




Caspar fert Myrrham, Thus Melchior, Balthazar Aurum.
Haec tria si scribas, optima nomina Regum.
Solvitur à morbo, Christi pietate, caduco.

Scribatur in schedulam, et in festo S. trium Regum supra dictam schedulam, legatur missa, deinde infirmi collo affigatur.

Cum gratia Dei. sanabitur.



D. ANDREAE AL-CIATI IVRECONS. CLARISS.

AD RESCRIPTA PRINCIPVM COMMENTARII.

DE SVMMA TRINITATE.
DE SACROSANCT. ECCLES.
DE AEDENDO.
DE IN IVS VOCANDO.
DE PACTIS.
DE TRANSACTIONIBVS.

Accessit item

De quinque pedum præscriptione, Lib. unus.
De magistratibus, ciuilibusque, & militaribus officijs, Lib. unus, partim Alciato, partim incerto authore.

ANNO M. D. XXXI.

AMPLISS. REVER. Q. PATRI. P. A CAESIS,

SS. RO. ECCL. CARDIN. DIGNISS. ANDR.
ALCIATVS IVRECONS. S. D. P.



VVM HOC anno, ampliſs. pater, ordinario profitendi munere Iuſtiniani Codicis primam partē aſſumpſiſſem, continuoq́ ductu quatuor integros ſecundi libri tractatus abſoluiſſem, & quibuſdā ex cauſis maturare æditionē cōpellerer, tu potiſſimū occurriſti, cui noſtras haſce lucubrationes dedicarē. Inſcribunt alij cōmentarios ſuos ſummis uiris, ſolum ut eorū gratiā fauoremq́ ſibi cōparent: ego uerò id, ex ueterū Iuriſconſultorum more, potius conſilij accipiendi, iudicijq́ ſubeundi cauſa faciundū duxi. Sic enim ex noſtris Sex. Pomponius ad Q. Mutium, itemq́ ad Sabinum ſcripſit: ſic ad Neratium Iulius Paulus, ad Ferocem Iulianus. Quòd ſi qua unq́ in iure ædita ſunt, quibus cōſilio, patrocinio, iudicio opus eſſet, hæc noſtra præſertim eiuſmodi uidentur: recedunt enim non modicum à communi noſtratium orbita, ueteremq́ methodum recentiorum incuria amiſſam, perditam, conquinatam, aliqua ex parte renouant, & in uſum reducunt: unde meritò ſuſpicari potui, pleroſq́ fore accuſatores, & eos quidem non uulgares uiros, à quibus me tueri abſq́ præſtantiſſimi alicuius uiri ope non poſſem: quam perſonā ut tu ſuſtineas, etiam atq́ etiam rogo: poteris enim, qua doctrina, eloquentia, prudentiaq́ polles, id facillime, ut qui legalem hanc ſcientiam domus tuæ alumnā habeas: quam tanta gloria præſtantiſſimus ille pater tuus Angelus olim pertractarit, ut ſui ſeculi eloquentia non contentus, ueteres illos fori togatos uel æquaret, uel uinceret: cuius ueſtigijs te inſiſtentē, eademq́ uadentem uia, ad Cardinalis dignitatis culmen euexit uirtus. Nam de fratre tuo Federico, Tudertium Antiſtite, quantum ſperandum ſit, qua pietate Deum colat, qua humanitate doctiſſimos quoſq́ excipiat, quo iudicio utriuſque iuris ſtudia pertractet, nō ſemel prædicaui. Ego certe ex tot auditoribus neminem hactenus habui, quo de magis gloriarer. Sed de his aliàs. Excipias igitur ſerena fronte, qualecūq́ id opus, & nominis tui authoritate defendas, tandemq́ in bibliotheca tua reponas: qua cultior, copioſior, boniſq́ authoribus inſtructior nulla alia eſt. Mittimus tenues operarij huius anni hoc ad te penſum, modica certe, id eſt pro opibus noſtris, munera: addidimus paucula, uelut auctarij uice, à nobis de ſumma Trinitate & ſacroſanctis eccleſijs priuatim cōpoſita, quo tempore in uniuerſum iuris corpus ſimilia gloſſemata meditabamur: à qua ſpe quum propter publicas temporum noſtrorum, tum propter proprias calamitates iam diu excidimus: ea, uel religionis nomine, gratiſſima amplitudini tuæ arbitror futura. Vale. Ex celeberrima Biturigum Gallorum Academia. Calen. Septembrib. M. D. XXX.

AD LECTOREM.



VIDEO Lector optime, aduersus M. Catonis præceptum in præsentia mihi agendum, & culpæ excusationem præpostere adducendam, quum si hasce lucrubationes suppreßissem, omni eius suspitione uacare potuerim. Nec enim me latet, eum qui aduersus receptam aliorum consuetudinẽ innouare aliquid uelit, ambitionis, aut temeritatis nota non carere: ut qui à maiorũ institutis se subducere, & longo usu iam explorata, pro incertis damnare ausit: soletq; plerunq; id genus hominibus hoc contingere, quod coruo albo accidisse in fabula traditum est, ut à congeneribus auibus, tanquàm dißimilis, uellicaretur: alijs aũt nihil ideo minus suspectus esset. Sic enim & mihi metuendum uideo, ne latine, breuiterq; de iure differendo, aliquorum nostri ordinis professorum offensionem incurram: nec idcirco tamen elegantiorum literarũ studiosis satisfaciam, qui sermonis puritatem alio in amœniore argumento percipere, quàm in tetrica hac, horrentiq; legum sylua conuersari malint. Sed certe non adeo mihi curæ est, quid hi de nostris studijs sentiant, qui à iuris disciplina abhorrẽt: abundeq; mihi satisfecero, si consilij mei rationem nostræ claßis hominibus probare poßim. Quum superiore anno accersitus in Butirigum academiam uenissem, tumq; tertius Pandectarum tomus pro lege gymnasij explicaretur, ego de uerborum obligationibus ea responsa interpretanda suscepi, quæ à Bartolo & recentioribus copiosius acutiusq;, ob materiæ subtilitatẽ, explanata fuerant: qualia sunt, quæ ad purgationẽ moræ, quæ ad pœnalis stipulationis commißionẽ, quæ ad fideicõmissorũ renũciationẽ attinent. Eò, ut fit, siue ob qualẽcunq; nominis nostri celebritatẽ, siue ob rei nouitatẽ, quæ curiosos omnes solet allicere, undiq; ex Gallia et Germania, nobilißimi, itemq; doctißimi auditores conuenerant: qui quum paucos menses docenti mihi semper præsto fuissent, tritaq; nostratibus doctoribus orbita incedentem, sectari utcunq; uiderent, his ducibus, qui inter eos erant maioris authoritatis, ferè seceßionem facere cœperunt, expostulantiq; causam, huiusmodi reddiderunt: Nos ad nominis tui famam huc ALCIATE conuolauimus, quòd nõ uulgaris te doctrinæ specimẽ dedisse, iam diu ex æditis à te operibus perspexeramus: nec enim nobis persuaderi poterat, te qui duodecimo ab hinc anno ius nostrum eleganter latineq; tradere institueras, huiusq; argumenti Paradoxa ædideras, non longe meliora, altioraq;, iam maturiore consilio, noua quaq; fœtura pariturum: ita enim iudicamus ea, quæ tunc ædidisti, si ad præsentem tum indicaturam æstimentur, nõ sanè plurimi facienda fuisse: si uero ex indole & futuri prouentus spe censeantur, utiq; esse preciosißima. Hosce nos uberes fructus in præsentia à te exspectabamus, hacq; fiducia ducti, tantum iter summis difficultatibus, maxima rei nostræ iactura emensi fueramus, quæ tamen spes nos hactenus (ut dicitur) decollauit: quod eò nobis iniquius ferendum est, quò id te sponte & dedita opera peccare oẽs scimus, qui quos in pectoris tui penu thesauros habes, ceu Plautinus ille Euclio supprimas, nec in apertum referre, expromereq; nobis uelis. Legimus apud Platonem eos, qui poëtas interpretantur, proximos calori poëtarũ accedere. Cur tu, qui ueteres Iurisconsultos nobis exponis, quàm simillimus illis esse non affectas? Quid absurdius, quàm eum, qui optima quæq; in manibus habeat, non ea ad imitandũ proponere? Non est igitur, quòd seceßionem hanc nostram accuses, sed teipsum potius, qui Chium illum negotiatorem imitaris, qui quũ optima, primæq; nobilitatis uina haberet, secũdaria, uappamq; bibebat: à quo seruus quum fugisset, sciscitareturq; quispiam, quid ita dominum dereliquisset? quia, inquit, quum bona ei plurima essent, mala tamen conquirebat. Nostrum non est rationem docendi præscribere, hacq; in re tibi præire (scis enim ipse melius quid nobis utilißimum futurum sit) Sed tamen uidemus aduersus legum scita, quæ ipse tractas, non te solum, sed & cæteros recentiores facere. Iußit Iustinianus, ut eius uerbo utamur, κατὰ πόδα interpretatiões fieri, ijsdemq; nos uestigijs quibus ueteres insistere: at quid magis semotum ab antiquorum consuetudine esse potuit, quàm toto anno decem leges explicare, uerbososq; cõmentarios conficere? Cœperunt quidem Pyleus, Accursius, Azo, & glossematici alij, quod in se fuit, leges ad literã declarare, nec infeliciter id eis succeßit negotiũ: subsequutus est Bartolus, quosq; didascalicos doctores recte dicemus, quales Castrensis, Alexander, Iason, qui certis doctrinarum limitibus, cancellisq; ius nostrum cõclusere, & hi non parua laude digni, & suo sceculo principes literarum habiti sunt. Quid nobis cum nouißima hac opiniosorum secta, à non multis annis cœpta, adeoq; in præsentiarum notabiliter aucta, ut ducibus quibusdam recentioribus, modum omnem excesserit? iamq; in perniciem studiorũ prorsus tendat? Cuius professores se subtiles prædicant, quum futiles potius esse appareat: ut qui proximitate uirtutis cõmendata uia, ad uitium ducant. Quid facilius, etiam uulgaris ingenij uiro, quàm nouas excogitare sententias? Id enim omnibus naturale, tralatitiumq; est: Vnde & Græci peculiari uerbo homines ab inuentione alphestas uocãt: apparetq; qui plurimum hac in re excedat, insanæ esse mentis, & eo uitio laborare, quam phantasiam Græci, Plinius sapientiæ morbum uocat. Est enim iudicij ipsius error, qui hoc modo, etiam ab imperitis, confestim deprænditur: quòd quæ unus tradit, alius confutat: nec unquàm satis concordes sunt. Videmus ex professo recentißimos quosq; fœtus uiperarũ more parentibus exitiosos esse, quiq; ætate posteriores sint, seniorum sententijs aduersari, omnemq; horam, quam doctrinæ impendere debuerant, contradicendo eximere: at istos rursus ab alijs conuelli. Quod ergo certius de eis iudicium feremus, quàm quod de Græcis historicis doctißimi Latinorum tulere? Nempe ut ubi cõueniunt, eis assen

tiamur

tiamur: at ubi simul altercantur, omnem abrogemus fidem, postquàm eos non eadem tradere uidemus: nec satis cō stat quibus potius accedendū sit. Quod multipliciter intelligitur, eius, inquit Boëthius, ueritas ignoratur. Meritò fa cetissimus poëta Aristophanes opiniosum id studiosorum genus plerūq; insectatur, ut quum eos esse ait τρῖμμα, κρόταλον, παιπάλην, crepitaculum seu cannam appellans, ab obstrepera uoce, qua suas inuentiones extollunt, alienas insectantur: trituram uero & pollinem, à subtilitate & minutijs, in quibus uersantur. Idem κυμινοπριστο-καρδαμογλύφους uocat, quasi aliquid ex cumino secto, & nasturtio exsculpentes: per cuminū tenuitatem signifi= cans, per nasturtium acumen. Alibi ματαιολέσχας eos dicit, quasi cognatores, metaphora à circumforaneis uendi toribus ducta, qui examinis lingulam trutináue non minus subtiliter obseruant, quàm hi de iuris apicibus omni in genij acumine sunt anxij. Didicimus quandoq; à te carmē illud, Campana æra sonāt, quicquid uir somniat amens. Atqui nos huiusmodi commentationes, seu chymeras potius, non pluris facimus, quàm Luciani illius subsannato= ris ἀληθοῦς ἱστορίας libros, sententiamq́; Aristonis Chij approbamus, qui id hominum genus simile araneis esse eleganter censebat: summo enim artis acumine & hos telam suam ordiri, sed nullo nobis fructu. Quum igitur corū methodum omnem, à te quoq; non sat probari pro comperto habeamus, id in primis petimus, ut in eo omnis potißi mum tua cura uersetur, ut hisce omißis opinationibus, quid communiter traditum sit, nos doceas, eiusq; receptioris sententiæ rationem subijcias: unde unico uerbo uiginti quandoq;, & hoc plura, eorum antilogia submoueri faci= le poßint. De Bartoli uerbis non admodum sis solicitus: fruatur ipse gloria sua apud alios, & ad literā ab his edi= scatur, qui adeò infantes sunt, ut diuersis eum uerbis referre non poßint: nobis satis erit, quid sentiat breuiter ad-moneri, clarioreq́; ordine, quàm ipse fecerit, non illius tantum, sed & cæterorum sententias edoceri. Illi in gymna-sium descendant, ut phantasiam suam integra lectione declarent, tu nobis singulis lectionibus XX. ut minimum, legum conclusiones explicato. Illi solido anno IIII. aut VI. leges interpretentur, tu centum: & quot illi constitutio nes, tu totidem integros cū suis titulis tractatus. Quid enim aliud hisce doctoribus, qui sola in rubrica (qualis de uer borum obligationibus) tres menses insudant, dicere possumus, quàm quod Samiorum legationi à Lacedæmonijs re sponsum est? Adeò uerbosa, ô Samij, uestra fuit oratio, ut prioris partis obliti simus: atq; ideo factum, ut nec poste riora quidem satis teneamus. Et hæc, quod ad sensum legum perscrutandum attinet, satis sint. Alius est articulus, quid à te circa Latini sermonis candorem desideremus? Noli arbitrari, quenquàm adeo bardum ineptumq́; esse, ut nō ei magis elegans sermo, quàm rusticus, Latinus, quàm barbarus placeat: Itali tui, qui uulgare suum idioma Lati no tam proximum habent, ut pleræq; uoces in eorum sermone occurrant, quas discernere non poßis ad uernaculā, an ad literatam linguam spectent, tolerabilius ipsi uulgato more profitentes, audire in iure nostro poterunt, id enim eis facilimum, quum ita ferè ab ipsis nutricum uberibus loqui didicerint. Nos qui gentilitia dialecto ab eis toto cœ= lo dißidemus, & quibus idem in eorum uulgari edicenda, qui in Latina labor esset, in eleganti ornatioreq; studiū impendere malumus. At inquies, non ita scripserunt cæteri, quos hactenus habuimus interpretes. Non dubitamus nos, si eorum tempestate tanta Latinorum authorū copia, tot egregij præceptores uixissent, quot nostra ætas tulit, quin ipsi quoq; didicissent: & sicut primas in iure partes occupant, in ornatu quoq; sermonis contemnendi non cen serentur: hanc præ se ferunt indolem, quæ extant Pylei, Placentini, Rogerijq; disputationes: hoc in Accursij monu mentis facile deprændimus, hoc in Bartoli tractatibus: quis credat tanto ingenio uiros, non plurimum ea quoq; in re promoturos fuisse? sed uitium illud ætatis, non hominum fuit. At hodie in tanta librorum, professorumq; copia, eum oportet egregie Bœotiū, crassoq; ingenio esse, qui hæc studia mediocriter non calleat: latet in leonis pelle per sonatus, qui elegantißima Iurisconsultorum responsa tractare illotis manibus ausit: quomodo illum nos credemus eruditum, qui rudimenta ipsa non tenet? Imponit ille plebeculæ, uenditatq; nescio quam ingenij acritudinem, quæ si sermone nō expoliatur, haud multo maiore laude digna est, quàm quæ im mœchanico quocunq; naturaliter adsit. Constat enim fabros quoq; ab Homero sapientes appellari. Quod si uidemus ætate nostra cæteras artes iam non paulo politiores esse, Græce, Latineq; disputare præstantes Theologos: Aristotelem, Platonem, Aphrodysæū, Plo tinum, Porphyrium, Hammonium eleganter loqui: Medicos, & in primis Dioscoridem, Galenum, & Aeginetam magna cura puriori sermoni redditos: quæ tandem inuidia est, ut non & nobis Iurisconsultis id concedatur? saltemq; postremi omnium resipiscamus? qui aliorum duces, si authores nostros imitaremur, esse debueramus. Dixerit ali quis, difficiliora hac ratione futura esse dictata, & talibus interpretationibus laborem auctum iri, quem publice in tererat studiosis potius diminui. Sed huic malo in te præsentaneum est remediū ALCIATE, qui facili stilo, sed tamen Latino, omnia effari poßis. Ea est authorum nostrorum conditio, ut non nisi inspectis legum, qui aduocan-tur, locis, intelligi poßint. Quis sumpto in manus Bartolo, eius uiginti uersus confestim intelligat, nisi legibus hisce perspectis, quas pro sua sententia adducit? At tu inductione paucorum uerborum adiecta, id incommodū facile eui-tabis, in uerbis enim uix ulla poterit subesse difficultas. Quis melius intelliget guerram, treugam, laudum, repræsa lias, & si qua similia, quòd barbara sint: quàm bellum, inducias, laudatiuum, clarigationem, quæ Latina sunt? Nō igitur ulla in uerbis ideo futura est obscuritas. Adde quod liberum tibi erit, dum uiua uoce doces, Rhetorumq; mo-re tonas & fulminas, quemcunq; stilum uolueris imitari: idq; potißimum effari, quod facilius intentionem tuam ex primere, etiam apud idiotas poßit: nobis satis erit, si dictata ipsa, quæ scribentibus suggeris, paulo ornatiora sint, maximoq; id nostris rationibus in lucro reputabimus. Debebunt hac causa tibi et cæteræ bonæ artes, quod tua ope

*ra ſerijs iſtis & grauioribus ſtudijs cõiunguntur: Sicq; ſuus Grãmaticis, ſuus Hiſtoricis, ſuus Rhetoribus honor ſal
uus ſit. Debebunt & Græci, quòd eorum literas ab hac profeßione nõ ſubmoueris. Sed nos maxime tibi perpetuo
addicti, obnoxijq; futuri ſumus, quorum precibus id à te ſumma cum noſtra utilitate conceſſum ſit. Et hæc qui-
dem tum illi: quibus quum morem gerendum eſſe iudicarem, ne temere id aggredi uiderer, omnium prius exploran
dam duxi ſententiam: uerebar enim, ne alij diſſentirent, copioſiusq; concluſiones omnes multis rationibus utrinq;
adductis, diſputari uellent: & quod in Oratore damnat Cæcilius, ipſi ad Iuriſconſultum quoq; pertinere arbitrarẽ
tur, dum præuaricationem eſſe ait, ea breuiter tranſire, quæ inculcanda, infigenda, repetenda ſunt: quòd ceu corpori
ferrum, ſic oratio animo non magis ictu, quàm mora imprimatur. Expertus quandoq; fueram, etiam quæ optima
ſunt, non omnibus placere: quòd indocti omnes corrupto ſint iudicio, ex doctis uero aliqui æmulatione, aliqui anti
ſophiſtarũ artibus, gratiaue ſeducti, maligne quandoq; pronuncient. Solent enim pleriq; homines, eas artes, qui-
bus ipſi pares eſſe non poſſunt, libenter inſectari: uerum exploratis cæterorum quoq; deſiderijs, quum animad-
uertiſſem, omnes uno ore idem ſentire, & didaſcalica phantaſticis, clara dubijs, munda lutulentis, Latina barbaris
præferre: neceſſariò dedi manus, & ad id docendi genus tranſij, quod ut meis ſtudijs hoc præſertim tempore accõ-
modatum eſt, quo paucis cum libris, & abſq; bibliotheca mea, foris ago, ita uulgari illo longe mihi laborioſius eſt:
quanto enim facilius eſſet, alicuius quæſtionis omnia argumenta, apud maiores noſtros diſperſa, colligere, quibuſ-
damq; additis, integram ea recitando ſic horam tranſigere, quàm ſtatim iugulum petere, ſoli ſcopo intendere, uni
cam rationem adducere, quæ aduerſantia omnia ſummoueat: quoties mihi uſu uenit, ut magna cum ſomni oleiq;
iactura, horum argutijs perlegendis incumberẽ, nihilq; dignum quod expromeretur, auditoribusue meis referre-
tur, inuenirem, & idcirco operam me id temporis luſiſſe fruſtra indoleſcerem? Cæterum quum ex lege à Gymnaſi-
archis mihi dicta, non ſolum libero uocis decurſu horam docendo dicere tenerer, ſed per alterã quoq; ſcribentibus
dictare, uideremq; non ſatis emendatas haſce lucubrationes circumferri, quod pleriq; male uerba mea ſubſequuti
eſſent, indeq; non modica nomini meo nota inuri poſſet, coactus qualeſcunq; illas ædendi conſilium cœpi: ad hæc
cæterorum auditorum quotidianis ferè conuitijs urgebar, qui quàmuis ipſi ſcribendo dictata excipere non potu
iſſent, æquum tamen arbitrabantur, harum ſibi traditionum copiam fieri: non potui itaq; diutius æditionem
premere, laxauiq; uela uentis, & populari auræ expoſui, quæ tutius ſupprimi fortè potuiſſent: niſi quod
ex animo meo lectoris cuiuſcunq; humanitatem metior, qui ſiquid hac in re erratum eſt, uel neceßitati,
uel nimiæ erga amicos meos facilitati imputabit. Ego certe qualiacunq; ſtudia mea ad communem
omnium utilitatem libens refero: & quum ſciam proximo anno pro Academiarum in Ita
lia more, hanc legalis Codicis partem explanatum iri, facile adductus ſum ut uix
appoſita operi ſuprema manu, ſinerem inuulgari: quo ſtudioſi omnes, &
hanc docendi rationem agnoſcerent, periculumq; eius facerent: ut
ex diui Pauli ſententia, nihil non experirentur: & quod fa-
ctu optimum tentando deprændiſſent, id po-
tißimum ſequerentur.*

VALE.

ANDREAE ALCIATI IVRISCONSVLTI AD RESCRIPTA PRINCIPVM COMMENTARII INCIPIVNT.

RVBRICA.

DE SVMMA TRIN. &c.



ERITO à diuinis incipiẽdum fuit, nimirũ dignioribus. Qua ratione & se Theologi alijs professoribus præponunt. traditurq;, si de episcopo eligendo agatur, cæteris præferẽdum Theologum. Quod utiq; uerũ est, nisi hunc honorẽ sibi deferri ipse ambiret; ꝓfessio em̃ sua repugnaret desiderio, & euangelico præcepto teneret. Idẽ & nisi magis expediret Canonisten eligi, qđ in ea ciuitate plurimæ essent iudiciales controuersiæ extricandæ, ut Host. & Abb. dixerũt[a]: qbus non assẽtio, quũ principale episcopi munus non sit, ut lites dirimat, sed ut diuina doceat, quod Paulus ad Titũ scribit. Sed nunqd cuilibet Christiano professio hæc Theologiæ addiscẽda sit? Et de episcopis dubium non est, quum eorum muneris sit, alios docere: qua lege & cæteri animarũ curatores tenentur. In cæteris uero clericis non ita est: quippe ijs satis est, si simplicius credant, sicut & laicis, qui pertinaciter aliquid defendere non debent, sed ecclesiæ iudicio deferre, quod & communi consensu traditur. Ego cõuenire nõ arbitror Christiano, legem in qua uersatur ignorare: debẽtq; hi, qbus ingenij aliquid cõcessum est, euangelia cum ueterum interpretamentis addiscere, et uanas recentiorũ quæstiones omittere, quas ubiq; sancti illi primitiuæ ecclesiæ patres damnauerunt.

¶ FIDE. Fides est eorum, quæ sperantur, fundamentum, & quæ non uidentur, indiciũ. Hoc enim melius accedit sententiæ Pauli ad Hebræos, quàm uulgata habet translatio, ut mirum nõ sit, si Paulum non intelligentes recentiores Theologi[b], alijs ipsi modis definiuerunt.

¶ CATHOLICA. Id est, uniuersali. uel quia hæretici singularibus opinionibus innituntur, uel quia fides CHRISTI ab Apostolis per uniuersum orbẽ fuit diuulgata, iuxta illud: In oẽm terram exiuit sonus eorum &c. Dicet aliquis, at qui multæ sunt prouinciæ, ad quas nemo Apostolorum profectus est. nec enim uerisimile est, adiuisse eos Antipodas, uel regiones ab Hispanorum classe nuper repertas: sed uel hyperbolicõs loquutus est Psaltes: uel, quod uerius arbitror, intelligendus est, ante consummationem seculi fore, ut ibi quoque inualescat CHRISTI cultus.

...le consan.

...in rubr. ...od.

CODICIS IVSTINIANI IMP. AVG. LIBER PRIMVS.

RVBRICA.

DE SVMMA trinitate, & fide catholica: & ut nemo de ea publice contẽdere audeat.

Imppp. Gratianus, & Valentinianus, & Theodosius Auggg. ad pop. urbis Constantinop.



Vnctos populos[a], q̊s clementiæ nostræ regit imperium[b], in tali uolumus religione uer

CVNCTOS populos. Quũ diuersæ ĩ Christiano cultu hæreses essent, præsertĩq; Macedonij inualescerent, Theodosius Imperator Thessalonicæ iij. Kal. Martias, Gratiano quintũ se, & Valẽtiniano Augustis Cõsulib9, hãc legem ꝓmulgauit, qua subditis ostẽderet, quã quisq; deberet fidem amplecti, refertq; constitutionis huius uerba Sosomenus in Tripartita Cassiodori, libro nono cap. vij.

b ¶ QVOS clemẽtiæ nostræ regit imperium. Relatiuũ quos, indicat aliquas fuisse gentes, quæ non paruerint Rom. Imperatori: & tamen communi calculo aiunt Doctores, uniuersum orbem illi de iure subijci[c]: qua ratione relatiuum non coarctet præcedentia, sed declararet. Sed hæc ipse non probo: tum quia multæ sunt ꝓuinciæ, quæ non paruerunt Romanis, ut Scythia & Sarmatia et ultra Euphraten fluuium uniuersus Oriens: tum etiam, quia in cõstitutiõibus legitur, aliqua esse loca extra Romanum imperium, ut infra habetur, titulo de Eunuchis, & de commercijs: nec uerisimile est, ut ĩtelligamus de his, qui non subsunt de facto, quum ad ius, non ad factum uerba in dubio referãtur[d]. Et quàmuis quandoq; Imperatores orbis dominos se appellent, id uel per hyperbolen accipiendũ est, uel eorum dictis minime credendũ, quia in causa propria. Ex hoc igitur consequens est, ut relatiuum qui, seruet naturam suam, & restringat superiora, licet quandoq; ex præsumpta intentione loquentium, uel narrationis argumento aliter sit: ueluti quum dicimus, omnes homines, qui naturali ratione uiuunt, ratio enim naturalis communis est omnibus. item si dixero, uendo tibi fundum Sempronianum, qui illis finibus continetur; licet enim demonstratio sit falsa, ualet uenditio.

a l. deportatio. ad l. Rhodiã. de iactu.

d gl. in c. consultationi. in fin. de temp. ord.

sari[c], quã diuinũ Petrũ apostolũ tradidisse Romanis, religio usq; adhuc ab ipso ĩsinuata declarat, quãq; Pontificẽ Damasum seq claret[d], & Petrũ Alexãdriæ episcopũ, uirũ apostolicæ sanctitatis. Hoc est, ut secũdũ apostolicã disciplinã euangelicãq; doctrinam Patris & Filij et Spũs sancti unã deitatẽ, sub pari maiestate, & sub pia trinitate credamus. Hãc legẽ sequẽtes, Christianorũ catholicorũ nomen iubemus amplecti: reliqs uero demẽtes uesanosq; iudicãtes, hæretici dogmatis ĩfamiã[e] substinere, diuĩa primũ uindicta[f], post etiam motus animi nostri[g], quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, ultiõe plectendos.

uenditio. Idem ubi relatiuo præponitur copula, nam tũc non fit restrictio, & hæc omẽs ꝓbant.

c ¶ IN TALI uolumus religiõe uersari. Verbum uolo, de se indicat solã uoluntatis declarationẽ: quapropt̃ qui se dicit uelle eligere, non elidit: & qui se dicit uelle hæreditatẽ adire, nõ iccirco adit: sicut & q dicit, uelle Stychũ dare, non iccirco dat[e]: licet ex illis uerbis censeat̃ facta electio: nõ em̃ quisq; uult dare, nisi pri9 elegit: & hæc ꝓprietate uerbi defendunt̃, aliꝗ loqui mens ꝓferẽtis quãdoq; aliud suadet: ut si qs cũ aliq̃ deliberatiõe, puta à me interrogatus, respõderit, se adire uelle, credit̃ em̃ ex ea respõsiõe adijsse. Idẽ si cõuocatis amicis qsq; dixerit, se uelle Titiũ instituere: hæc em̃ testiũ aduocatio, maturũ testatoris consiliũ ostẽdit. Qua ratione, & si ꝓfitear me uelle fundũ centũ sestertijs emere, & uenditor respõdeat se uelle uendere, contractus pficitur: nõ solent em̃ similia uerba temere ꝓferri. In hac ergo cõstitutiõe uerbũ, uolumus, idẽ significat qđ mãdamus & præcipimus: qa quũ dependeat id à sola uoluntate principis, id uerbũ actus pfectionem inducit: sicut si dixerĩ, uolo te gerere negotia mea: mandatũ pficitur, qa quantũ ad me attinet, aliud ulterius p me faciundũ nõ est. Idẽ si dicã, uolo esse hæres: uerbũ em̃ esse, ostẽdit actũ essentiã suam iã habere, & ideo inducit̃ aditio, qđ nõ est in uerbo adire. Et hæc cõmunit̃ seruãtur, quæ et ipse in casu dubio satis admitterẽ. Cæterũ prudẽs iudex in primis aduertet, qua intentiõe huiusmodi uerba aliqs ꝓtulerit, quod & Ful. uidet̃. Quapropt̃ in criminali causa reus, q interrogatus etiã cũ iuramẽto respõdit, uolo cõfiteri, nõ habebit̃ ꝓ cõfesso, ut Bal. scripsit[f]. qa in dubijs interp̃tatiõibus ad mitiora potius deflectendũ est.

e l. Clodius. de acq. hæred.

f in l. 1. C. de confeß.

d ¶ QVAM'QVE pontificẽ Damasum sequi claret. Et sic in uniuersum orthodoxorũ fides approbat̃. Qua ratiõe dicendũ esset, etiã ciuili iure usurariũ fœnus reprobari, quũ Christiana pietate rejciat̃, ex euãgelico p̃cepto, Mutuũ dantes, nihil inde sperãtes. Sed quũ specialit̃ Iustinianus usuras pmiserit[g], p hanc gñalem constitutionẽ non uidet̃ specialibus derogasse: quo fit, ut melius sentiãt q aiũt, ciuilibus sanctiõibus usurarios nõ reprobari, tametsi huiusmõi cõstitutiões nullius sint momẽti, utpote diuinis iussiõibus repugnantes: qđ pleriq; oẽs attestant̃. Sed & quæ hic de usuris referũt recentiores, in suum tractatum digerentur.

g l. eos. de usur.

e ¶ HAERETICI dogmatis infamiã. Videtur ergo hæretici infamia notari, quapropter & à testimonio repellerentur. Quod nõ est uerũ[h]. Puto distinguendum, ut hæretici omnes ipso iure notentur infamia facti, non autem infamia iuris, nisi prius fuerint condemnati. In qua sententia seruabitur, quod in ea constitutiõe traditum est: & hæc iure ueteri. Cæterum noua Fœdirici Imp. lege ipso iure hæretici notantur etiam iuris ĩfamia[i]: quapropter non admittentur ad testimoniũ, nisi utraq; parte laudãte, uel quum rem à se gestam explicãt, adhibitis tormentis, uel quum testimonium perhibent in causis qbusdam grauioribus, puta hæreseos, symõiæ, sacrilegij, læsæ maiestatis, expilatæ annonæ, quibus casibus eis creditur, si uerisimilia dicant, uel sint plures numero. Qua ratione fit, ut ex unius attestatione, non putem posse quenquam quæstionibus subjci. Et hæc in his qui notantur à iure locum habent. Si quis uerò notetur de facto, ueluti quum de eo boni uiri male opinantur. is regulariter utcunq; admittendus est: prætorq; in causis grauiorib9, quales sunt ciuiles magni põderis: puta causa matrimonij, uel status, uel famæ: & quales sunt omnes causæ criminales: in his em̃ etiam plures non probarent, neq; indicarẽt ut reus torqueretur, nisi ageretur de crimine quod soleat clam fieri, nam in subsidium admitterent̃, & ꝓ iudice sufficerent[k]. Quapropt̃ in cõspiratiõibus, in stupris, in testiũ subornatione infamiũ de facto attestationes solent recipi.

h l. quor... de hæret...

i auth. C... de hæret...

k c. ult. d... cogn.

f ¶ DIVINA primum uindicta. Quidam interpretantur ecclesiasticã, qđ non quadrat legislatorum temporibus: nam in primitiua ecclesia hæretici solũ diuinæ ultiõi relinquebant̃. Imperatorũ uero cõstitutiõibus arbitraria erat uindicta, ut hĩc colligit̃ licet Manichæi ipsi, et Euthycetis Appollinarisq; dogmata docentes, ultimo supplicio, discipuli X. librarũ auri pœna afficerẽtur[a]. At pontificiũ Rom. cõstitutiõibus pœnitẽti pœna remittit̃[b]: si rursus in eã demẽtiam ꝓciderit, ꝓnunciat̃ hæreticus: quẽ cõdemnatũ, & si sacris initiatus est, exauthoratũ rerũ capitaliũ quæstores uiuũ cõburi curãt, ex euãgelico præcepto Ioãnis XV. Si qs in me nõ manserit, mittet̃ foras sicut palmes, & arescet, & colligẽt eum, et in ignẽ mittent, & ardebit: & ita sentit Aret.

a l. Ari... cunq;. de...

b c. sup... hæret. in...

g ¶ POST etiã motus animi nostri. Videt̃ hic eã sñiam ꝓbari, ut ex eodẽ delicto et ecclesiastica pœna, et seculari qq; iudicio uindicari in aliquẽ possit. Qđ ita intelligit̃, ut punitus in foro Can.

poss

poſſit plecti in ciuili, quatenus pœna eſt maior: ꝙ ſi utrinq; æqualis ultio imponať, locus erit præoccupationi: quod Abbas probauit[c]. Sed nobis uidetur unam cum alia nihil cõmune habere, nec ſe inuicem reſpicere[d]. Et propterea per alteram pœnã alterã non diminui. Quo circa & in uno iudicio abſolutus, in alio poterit condemnari: quod Felin. probat[e], cũ eiuſdẽ ſententiæ quàm plurimis. Cæterũ diffuſa hæc eſt quæſtio, quam latius alibi attingam.

¶EXPLICITIS his, quæ paraphraſticõs referre placuit, ſupereſt longus tractatus, quẽ in hunc locũ interpretes oẽs congeſſerunt. Præcipit hic legislator, ut cõſtitutio obſerueť ab omnibus, quos clementiæ ſuæ regit imperium. Illud uidelicet indicans, eos, qui ſibi nõ ſubderentur, haud quaquã huiuſce legis nexu obligari. Quo fit, ut generaliter inquirendũ ducamus, an peregrini & aduenæ, cæteri'q; nõ ſubditi, municipalibus decretis parere debeant? Sed & num huiuſmodi decreta ſuos ſubditos, qui in alieno ſunt territorio, comprændant? In priore quæſtione aduertendum ante omnia fuerit, quomodo legis uerba concipiantur. Si enim legislatores bona ipſa in agro ſuo exiſtentia in aliquã diſpoſitionẽ ſubijciant, tenebitur ea lege quiſquis fuerit eorꝝ dominus. Quapropter ſi lex uetet parietes domorꝝ altius tolli: nec extraneus poterit altius tollere. Et ſi lege caueatur, ut bona defuncti ad ſolum primogenitum pertineãt: ſolus primogenitus aliegenæ ſuccedet in fundis legi ſuppoſitis. Quòd ſi legislatores de ciuibus uel ſibi ſubditis ſolum diſponant, & hic caſus ex uerbis legis clarus redditur. exempli cauſa: lex dictat, ut ciuis Venetus poſſit teſtari quinq; tantũ teſtib. adhibitis: non cõprændetur aliegena, qui Venetijs teſtamentũ condat, nec eius conſtitutionis beneficio uti poterit. Idem eſt, ubi inhabilẽ perſonã lex alicui actui idoneã redderet, uel è conuerſo: uidetur enim id tantũmodo ſubiectis indulgere. Quapropter ſi lex concedat filijs fam. ut conſentiente patre poſſunt teſtari: nihil proderit aliegenæ, ſi ea lege teſtetur[f]. Dubia ergo tũc eſt quæſtio, quum lex ſimpliciter ſe ad ciues uel ſubiectos nõ coarctat. & in huiuſmodi caſu adhærendum eſt regulæ, ut ea conſtitutiõe non teneantur exteri, niſi ipſi expreſſe uel tacite iuriſdictionem prorogent. Videntur aũt ſe ſubijcere, quando in loco legi ſuppoſito contrahunt, uel quaſi cõtrahunt: ueluti ſi delatam hæreditatem adeant: & hoc tam reſpectu ſolenniũ, quæ in cõtractu requirũtur, q̃; eorum, quæ ex natura contractus deſcendũt[g]. Quapropter ſi Ferrariæ cõſtitutũ ſit, ut quilibet ibi contrahens aliquid pendat principi, compellentur duo exteri ibi cõtrahentes & ipſi ſoluere. hic enim lex rẽ ipſam, non contrahentium perſonas reſpicit. Eadem ratiõe, quum duo Galli ſe ad duellum Mediolani inuitaſſent, proditum eſt, debere eos cõſuetudinem Mediolani obſeruatã ſequi. Is quoq; uidetur ſe ſubijcere iuriſdictiõi, qui litigat ratione ſcilicet eorũ, quæ iudicij inſtructionem reſpiciũt. Vnde lex dans formam inſtruendo iudicio, eum tenebit[h]. Quamobrem ſi affinem uel uicinũ ſuum externus aliquis Mediolani in ius uocet, & is propter eius urbis cõſtitutionem, petat in arbitrum cõpromitti, ſeruanda erit lex, quia hæc exceptio iudicij primordia reſpicit. Idem eſt ſi externus litigaret. nunquid appellatiõi deferendũ eſſet? nam & hoc procedentem iudicem ſpectat. Et huius caſus ea eſt ratio, quia reſpectu proceſſus lex cauſam ipſam reſpicit, quæ foro ſubijciť, non perſonam. Cæterum & ille etiã iuriſdictiõi ſeipſum ſupponit, qui intra territoriũ delinquit. nam delinquẽs tacito cõſenſu obligatur[i]. Quapropter ſi aliquis alienigena in agro Florentino hominem occiderit, eorꝝ lege plectetur[k]. Quod tamen nõ procedit, quando ueriſimile eſt eum ignoraſſe id, quod per ſe geſtũ eſt, in ea ciuitate pro delicto haberi. Quid em̃ ſi quis ignorans extra territorium cõtra formam legis triticũ deuexerit? is quidem non punietur[l]. Eadem ratione & ſi externus in contractu ſolẽnia omiſerit, uel in litium præparatorijs formã legis nõ ſeruauerit, magnum'q; idcirco damnũ patiatur: æquiſſimũ eſt illi ex præſumpta ignorantia ſuccurri[m]. Et hæc locum ſibi uendicant, quũ lex municipalis etiã reluctantes obligat. Quod ſi uoluntariæ iurisdictiõis aliquid inducat, extero quoq; ſine dubio proderit. Qua propter ſi Venetijs ſtatutum ſit, ut teſtamẽta à duobus teſtibus ſubſignata ualeant: poterit aliquis aduena ſecũdum eam formam teſtari. & ubiq; gentiũ diſpoſitio ea efficax erit[n]. Et ita ſe habet cõmunis ſcriptorꝝ ſententia. Quo modo autẽ poſſit extraneus beneficijs cõſtitutionũ uti, declarabiť in epiſtola Inter claras. infra eo. tit.

In ſequenti quæſtione, Nunquid conſtitutiõis effectus ad agẽtes extra territoriũ ſubiectos protendatur, conſiderandum prius erit, an conſtitutionis uerba in rẽ concepta ſint: nam tũc procul dubio earum rerũ dominus teneretur, tam & ſi abſens eſſet. Quapropter (ut ſupra docui) ſi Anglorum ſanctionibus in eorũ agro bona exiſtentia ad primogenitũ pertinerẽt, nihil referret quiſquis fuerit ille, qui deceſſerit. Quòd ſi lex perſonas reſpicit, ex ſupradictis quæſtio poterit explicari. In quibus enim caſibus aduenas ſtatutis nõ ſubijci diximus, eorꝝ patriæ cõſtitutio obſeruabitur. Quapropter quum aduena ſtatutis exequutionem contractus reſpicientibus nõ ſubſit, conſequẽs eſt, ut lege patriæ arceatur. Cuius rei illa eſt ratio, quia cum eo cõtrahens uidetur contrahere tanq; cum aduena: & propterea ſi ſolutionem petat, ea debebitur ſecũdum conſtitutiões q̃bus ſubeſt reus. Quapropter & mulier, quæ peregrino nubat, dotem repetere debet ſecundũ leges, quæ in mariti domicilio ſeruantur[o]. tum ꝙ uidetur cũ eo tanq; cum aduena contraxiſſe, tum quòd in mariti forum uidetur deſtinata ſolutio: tum etiã quia quũ ipſa maritũ ſequi teneretur, uideť egiſſe ut leges domicilij, quod utriq; futurꝝ erat cõmune, in eo contractu obſeruarentur: quod & magis probo. At uero ſi de his caſibus agatur, in quibus aduenæ ſtatutis ſubijciuntur, ueluti in contractuum ſolẽnitatem, uel iudiciorum præparatoria reſpicientibus, tũc lex eorum patriæ extra territoriũ nullius erit effectus: Quapropter finge ſtatuto patriæ meæ caueri, ne teſtamẽta ualeãt, niſi tribus notarijs ſubſignata, potero Romæ teſtari ſeruata iuris cõmunis forma. ualebit'q; ubiq; huiuſmodi teſtamentum. Quod intellige, niſi expreſſim patriæ conſtitutione caueatur, ut abſentes ſubditi ea teneantur.

c. tuæ. de
...lids de ...n 6.
...de bis, de
...fi. de tuto. ...datis ab
...undus. ff.
...l clericis. ...comp.

i l. Imperatores de iure fiſci.
k l. ſaccularij. §. ſunt quædam de extraordi. criminib.
l l. fi. de decret. ab ord. fac.
m l. 1. ex qb. cau & Can. in rubri extra. de conſuet
n l. de emanci. libe. l. nagis. §. ne paßim de reb. eorum.
o l. exigere. de iud.

Quapropter si lex imponat pœnam sicario ubicunq; delinquat, & is in alieno territorio deliquerit: si comprændatur in patria, poterit ea lege damnari: quamuis extra patriam lex loci, in quo deliquit, obseruetur. Sed quid iuris esse affirmemus, quando municipalis lex aliquem cæteris in locis inhabilem, reddit idoneum? Et quum lex respiciat personam sibi subdicam, magis crediderim, ubicũq; extendi, et à persona eam qualitatẽ nõ diuelli. Quapropter Imperialis Notarius quacũq; tendat, erit Notarius, licet in terris ecclesiæ de instrumento rogari nequeat. Qualitas itaq; semp ei adhæret, licet impediatur facultas defectu potestatis ipsius cõcedentis. Ex hoc ergo sequitur, ut si lex admittat spuriũ ad successionem: nõ succedat, nisi eis ĩ locis, ĩ quibus lex illa uiget [p]. Et si quisq; intestabilis impetrata dispensatione testetᷓ: disponet solũ de bonis, quæ iurisdictioni dispẽsantis subijciunť. Qua ratione & Bergomensis tabellio potuit in alieno agro inter suos cõmunicipes instrumentum conficere, ualebit'q; si Bergomi agatur, nõ alibi, ut Pau. Castr. Fulg. & Cornæus responderunt [q]. Idem'q; prorsus iuris est è conuerso, quũ lex eum, qui de iure cõmuni alicui rei faciendæ esset idoneus, inhabilem reddit: ueluti si lex prohibeat, ne quis extra municipiũ cõmercia exerceat. nam effectus eius extra territoriũ trahitur, licet in territorio tantũ possit puniri. Quod etiã in alia specie demonstratur, ueluti quũ lex perduellionis reos insectatur. nam & is tenebitur, qui extra territoriũ aliquid aduersus rempublicam cõmiserit, ꝗuis in patria solũ plecti queat. Sed & finge statutũ prohibere, ne minor XXV. annis testetur. quòd si aliquis intra hanc ætatem alibi extra patriã testetur: nõ ualebit testamentum respectu bonorum, quæ in patria habuerit, in alijs secus [r]. licet Bart. & cæteri testamentũ ubiq; nullum esse malint: sicut dicimus in furioso, cui si fuerit bonis interdictũ, nec quidem extra territorium alienare poterit. Quæ ratio parũ nos mouerit, quũ furiosus post interdictionẽ in omni territorio prohibeatur cõtrahere, cõmuni omnium lege ita mandante. quod in proposito casu non est, quũ iure speciali minor XXV. annis solum in patria testari prohibeatur.

Nota

p l. de pupillo. ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. cũ unus. §. is qui. de bon. author. iud. poss.

q Paul. l. fi. C. de temp. in integ. rest. Fulg. cons. 151. Corn. 64. in. 3.

r l. ex ea. de post. c. ut animarũ, de consti. in 6.

NVLLVS HAERETICIS. Prohibet hæc constitutio aliqua hæreticorum conuenticula fieri. Et quid in fide nostra sit obseruandum, ex Nicænæ synodi authoritate docet.

IIDEM AVGGG.
Eutropio Præf. Præt.

NVllus hæreticis mysteriorũ [a] locus, nulla ad exercẽdã animi [b] obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiã siquid speciali quolibet rescripto [c], per fraudem elicito [d], ab huiusmodi hominũ genere impetratum sit, non ualere. Arceantur cunctorum hæreticorũ ab illicitis congregationibus turbæ [e]. unius & summi dei nomẽ ubiq; celebretur. Nicænæ fidei, dudum à maioribus traditæ, & diuinæ religionis testimonio atq; assertiõe firmatæ, obseruantia semper mansura teneat. ☞ Is autẽ Nicænæ assertor fidei, & catholicæ religiõis uerus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum, & CHRISTVM filium Dei, uno nomine confitetur, Deũ de Deo, lumen ex lumine: qui spiritũ sanctum, quem ex

a ¶ MYSTERIORVM. Ita legendum, non ministeriorum. Mysteria ueteres sacra Cereris dicebant, quasi initia. Inde uox trahi cœpta ad q̃scunq; cultus. Mystæ dicuntur initiati, & Symmystæ cõsecranei Hieronymo. Et hinc colligitur argumentum, posse Rom. Pontificem dissoluere quascũq; cõgregatiões, si male de eis suspiceť.

b ¶ OBSTINATIORIS animi. Pertinacia est, quæ hæreticũ hominẽ facit. Quapropter omnium consensu, si quisq; in trinitate nõ recte sentiat, nisi admonitus persistat, hæreticus nõ est, quod in Rubrica supra annotauimus. Qua ratiõe, si addictus quisquam monasterio transfugerit, & uxorem duxerit: non est hæreticus, nisi id sibi licuisse pertinaciter defendat, ut Bald. scripsit [a].

a In l. seq.

c ¶ SPECIALI rescripto. Nõ mirum, quum hæreticus non possit impetrare rescriptũ, etiam si ad rem suam priuatam pertineret. tãto igitur minus admittetur, qui ausit impetrare, ut sibi liceat in hæc conuenticula coire. Nam quũ hæretici sint abominabiles & excommunicati [b]: non poterunt aliquid impetrare, uel ĩpetrato frui [c], nisi quod in sui damnum uergat.

b c. pen. hæret. c. c. 1. de in 6.

d ¶ PER FRAVDEM elicito. Quod præsumitur quotiescunq; lex resistit ĩpetrationi. aliàs fraus nõ præsumeretur, ut Albericus opinatur. Quapropter etiam si in rescripto esset derogatũ huic legi, nihil attenderetur, sed secũda iussio esset expectanda, Paul. Castr. Quod probo: quia huiusmodi clausulæ derogatoriæ nõ tollunt ea, quæ concilijs generalibus sunt constituta [d].

d l. ulti. tra ius pub. 1. l. 3.

e ¶ ILLICITIS congregationibus. Iudæis tamen licet synagogas habere [e]. Quippe illi nõ ita execrabiles, sicut hæretici, qui fidem, quam profitentur, uiolant.

e Infra l. 3.

Ex suma

summo rerū parente[f] speramus & accipimus, negando nō uiolat: apud quē intemerate fidei sensus uiget, incorruptæ trinitatis indiuisa substātia, quæ græco uocabulo ὁμούσιος[g] recte credētibus dicit̄, ꝓfecto uobis magis probanda ac uenerāda sunt. ☞ Qui uero non iisdem inseruiunt, desināt affectatis dolis alienum ueræ religionis nomē assumere, & suis apertis criminibus denotent̄[h], & ab omni summoti ecclesiarum limine penitus arceātur: quum omnes hæreticos illicitas agere ītra oppida[i] cōgregationes uetemus. At si quid eruptio factiosa tentauerit, ab ipsis etiā urbium mœnibus[k] exterminato furore propelli iubemus: ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicænam fidem tenent, catholicæ ecclesiæ toto orbe reddantur[l].

IMPERATOR
Martianus Palladio Præf. Præt.

NEmo[a] clericus uel militaris[b], uel alterius cuiuslibet[c] conditionis, de fide Christiana publice[d], turbis coadunatis & audiētibus, tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus, uel ꝑfidiæ[e] occasionem requirens: nam & iniuriam facit[f] iudicio reuerendiss. synodi,

f ¶ EX SVMMO rerū parente. Ergo & à filio, qui à patre est īseperabilis, ut interp̄tant̄ Canonistæ, in prima huius tituli constitutione. in VI.
g ¶ GRAECO uerbo ὁμοούσιος. id est, cōsubstantialis. Quod negabat Arrius, traxitq; in eā dementiā magnā partē orientalis ecclesiæ, annitentibus præsertim pro eo quibusdam Imperatoribus, ut est in historia Cassiodori.
h ¶ ET SVIS apertis criminibus denotentur. Appellabant enim se Christianos, ut tegeretur hæreticum nomē, quod lex prohibet.
i ¶ INTRA oppida. Prohibetur quidem ubiq; hæretici cōgregari, sed intra oppida præsertim, ubi maius est periculum.
k ¶ AB IPSIS urbium mœnibus. Ne alios inficiant, & malo sint exēplo. Qua ratiōe lenones de urbibus pelluntur[f], & meretrices de uicinia pudicarū: sicut scholaris facinorosus de collegio, leprosus uel pestilēs de ciuitate[g].
l ¶ TOTO orbe reddātur. Quapropter dubium non est, quin ecclesiæ sint orthodoxorum episcoporum. Sed nūquid possint laici sacrā turrim munire ꝓ ciuitatis defensione? Et obtinuit posse, fauore publicæ utilitatis[h]: aliter non liceret.

b. de len.
in l. casus. e testa.
l. prouin ... infr. de

NEMO CLERICVS. a ¶ Neminem publice de fide catholica disputare hæc constitutio permittit. Quod tamen communi calculo declaratur, ut hac lege non teneantur clerici, qui contra hæreticos disputant, uel ut melius addiscant in utranq; partem argumentantur. Quod ex qualitate personæ coniectandum arbitrio iudicis relinquitur. Laicis uerò omnino prohibitum est publice uel priuatim de fide catholica disserere[i]. Sanè extat Gregorii Nazanzeni aduersus Arrianos liber hac inscriptione, quòd nō liceat semper & publice de deo contendere: in quo nec clericis quidem id concedit, sed his tantum, qui expertæ probitatis & innocentiæ sunt, quiq; ingenium & industriam suam in θεωρίᾳ, id est, speculatione atq; disciplinis exercuerint, quiq; amotis corporalibus, spiritalia sequuti sint. Quomodo enim, inquit, qui ipurus est, poterit purissima hæc mysteria attingere? Videnda igit̄ sunt, q̄ ad hāc legē facientia diffusius ille scripsit.

de hæret.

b ¶ CLERICVS uel militaris. Ex ordine scripturæ argumentant̄ hic aliqui, digniores esse clericos militibus: quod neutiq; negauerim, dum ipsi sciāt, sacerdotalem dignitatem in animi candore consistere, non in eo, ut primos ament accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis: quod in euangelio Matthei Dn̄s prohibet.
c ¶ VEL alterius cuiuslibet conditionis. Nisi id esset additū, præcedens clausula non compræenderet maioris dignitatis antistites: quos alioqui uerisimile non fuisset tumultus aut perfidiæ causam quæsituros. Quapropter si Rom. Pontifex decimā clericis, cuiuslibet cōditiōis essent, in diceret, crederē dignissimos q̊q; regulariter cōtineri.
d ¶ PVBLICE. Quid si priuatim quis disputet, an teneatur pœna huius legis? Respondeo, non teneri, quia non ita delinquit, qui priuatim disputat, quum alios exemplo sui non trahat: sicut nec tantum delinquit fur, quantum latro. Publice enim delinquens malos suo exemplo concitat, cæteris est scandalo: tum & legem uidetur cōtemnere. Cæterū si id agat̄, quod sui natura delictū nō est, quum hæc ratio cesset, potius p̄sumet̄ aduersus eū, qui clā facit, q̄ qui palàm[k].
e ¶ VEL ꝑfidiæ. Quia posset eiusmodi ratiōibus disputando uti, quas deinde nesciret explicare[l], quæ res quibusdā ansam p̄staret à religiōe diuertendi. siquidē Christiana pietas fide, nō syllogismis cōsistit.
f ¶ NAM ET iniuriam facit. Accipitur hinc ar-

k l. ult. de ritu nup. l. non existimo. de adm. tut.
l. 4. dist. c. sit rector.

si quis semel iudicata ac recte disposita, reuoluere & publice disputare contenderit : quum ea, quæ nunc de Christiana fide à sacerdotibus, qui Chalcedonæ cō uenerūt, per nostra statuta p̄cepta sunt, iuxta apostolicas expositiones, & instituta sanctorum patrum trecentorum decem & octo, & centum & quinquaginta in hac regia urbe diffinita esse noscuntur: nam in contemptores huius legis pœna non deerit, quia non solum contra fidem uere expositam ueniunt, sed etiam Iudæis & paganis ex huiusmodi certamine prophanat ueneranda mysteria[g]. ◸ Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum[h] remouebitur: si uero militia sit præditus, cingulo spoliabitur : cæteri etiā huius criminis rei (si quidem liberi sunt) de hac sanctissima urbe repellātur: pro uigore etiam iudiciario, etiam competētibus supplicijs subiugandi : si uero serui, seuerissimis animaduersionibus plectentur[i].

GLORIOSISSIMO, *& Clementißimo filio Iustiniano, Ioannes episcopus urbis Romæ, Salutem dicit.*

INter claras sapiētiæ māsuetudinis nostræ laudes Christianissime principū puriore luce tāq̃ aliquod sydus irradiat, quòd amore fidei, ꝙ charitatis studio edocti ecclesiasticis disciplinis Romanæ sedis reuerentiam conseruatis, & ei cuncta subijcitis, & ad eius deducitis unitatem : ad cuius authorem, hoc est apostolorum primum, Domino loquente, præceptum est, pasce oues meas: quam esse omnium uere ecclesiarum caput[a], & patrum regulæ, & principū.

Et ea quæ sequūtur, omissa, ne tædio lectori sint, quæ q uolet, ab alijs exemplaribus accipiat.

gumentū, si sacrosancta synodus aliquid generaliter constituat, nō posse ad alios prouocari: à qua sententia non dissideo. Quum & si populus generaliter p legem municipalem quidq; ordinet, nō soleat appellatio concedi: quod & Bart. uidetur[m]. Si uero specialiter, puta aduersus Titiū cō stituatur, non erit deneganda appellatio: licet ī crimine hæreseos iure canonico nō posse appellari Iac. & Bal. existiment[n]. quia appellatione remota, inquisitoribus p̄mittitur, ut hæreticorū fautores compescāt. Sed ut inquit Ioā. Ana.[o] non sequitur, ut sicut impedientes eorum iurisdictionē confestim possint condemnare, ita etiā male audientes de hæresi, qui fortè se hæreticos negant. Alioqui & aduersus se cōgregatæ Synodi iudicium uti suspectū recusasse Ioannes Chrysost. tradit[p].

g ¶ PROPHANĀT uenerāda mysteria. Qua ratione hac lege teneretur, qui Ethnicum Christi fidē doceret, quē sciret non idcirco ad meliora se conuersurū : est em̄ quoddam perduellionis ecclesiasticæ crimē : sicut quum secreta Imperij hostibus aliquis detegit[q]. Et hinc argumentum sumitur aduersus decuriōes, qui gesta in consilio diuulgant, ut huiusmodi homines de consortio remouendi sint.

h ¶ A CONsortio clericorū. Quo casu priuilegijs priuaretur, sicut reiectus de collegio aduocatorum, eorum priuilegijs in dubio censeretur priuatus, Accursio, Baldo & cæteris.

i ¶ SEVERISSIMIS animaduersiōibus. Id est ultimo supplicio. Grauius ergo puniunt̄ serui q̃ liberi hoīes, & leuius plectunt̄ nobiles ignobilibus. Qua in quæstione solet cōmuniter id seruari, ut si delictum in officij, uel dignitatis dedecus tendat, q̄ quis est dignior, eò atrocius sit puniendus : alioqui pœna corporali pauperes, pecuniaria diuites grauius affligant̄: quod Bar. sensit[r]. Quod & ipse regulariter probauerim : nā & q̄nq; cernere est grauius mulctari mediocres nobilioribus[s].

INTER CLAras. In inscriptione mirantur aliqui, quur Imperatoris nomen Rom. Pōtifex suo p̄posuerit, quod & alibi quandoq; obseruatum uidemus[a]. Quibus ego rn̄derim, quò quisq; Christianus humilior est, animoq; demissiore, eò etiā gratiā apud Deū maiorem nācisci. Quapropter ut hac in re nemini cederēt antiqui pōtifices, se seruos seruorū Dei appellabāt[b]: quā ob causam, etiā in supplicationibus digniores se cæteris postponunt : licet quod ī signū demissæ mētis fuit ītroductū, uideamus in præsentiarū in cōtrariū uertisse: altercanturq; aliqui, uel potius certāt, ut posteriorē obtineāt locū. Sanè rn̄det hac epistola Ioan. huius nois Pōtifex secūdus Imp. Iustiniano, & eius fidē ap̄pbat, inseritq; in ea exēplū literarū, quas Imperator ad se miserat.

a ¶ OMNIVM ecclesiarum caput. Fuit olim magna

m In l. ult. de appel. reip.

n per c. ut officium. §. deniq. de hæret. in 6.

o Ioan. de ana. in c. ad abolendam. de hæret.

p 3. quæst. 5. in fin.

q l. 1. ad l. Iul. maiest.

r in l. quæ ... pœnis.

s l. 1. ut n... suum patr...

a c. licet c... de proba.

b c. quæst. ... tusc.

magna cõtrouersia, an Pontifex Roman. principatũ ecclesiarũ de iure diuino haberet: quòd si haberet, an ad eũ potius qui Romæ, q̃ qui Constantinopoli esset, quæ noua Roma est, pertineret: & Iustinianus hic ad Romanũ rẽ trahit, qđ & aliquo post tpe Phocas quoq; Imperator cõstituit, Cõstantinopolitanoq́; prætulit. Nũquid uerò id humanis sanctionibus potius q̃ iure diuino ꝓbetur, nodus esset haud sanè facilis, nisi ueteres & sancti illi primitiuæ ecclesiæ antistites nobis ꝓuidissent, & iuris diuini id esse demõstrassent. Quũ em̃ dixisset CHRISTVS Dñs noster Petro: Tu es Petrus, & sup hãc petrã ædificabo ecclesiã meã: apparet ꝑ hæc uerba ei uniuersalis ecclesiæ administrationẽ ꝓmissam: qđ aũt ab eo ꝓmissum est, fatuũ esset opinari, nõ & fuisse seruatũ: cõsensuq́; prudentiũ ꝓditur, tũc uere traditã, quũ post resurrectionem dixit, Pasce oues meas. Vt em̃ caput fidei ipse CHRISTVS est, qui gratiã q̃tidie ĩ ecclesiã suã inuisibiliter infundit, ita & loco sui Petrũ, eiusq́; successores in terris reliq̃t, qui ea, q̃bus ecclesia indiget, uisibiliter ipsi cõficerẽt: sic ab his sacramẽta exhibentᷓ, populi in fide instruuntᷓ, episcopi cõstituuntᷓ, cõcio fideliũ legibus, exẽplis, monitiõibus regitᷓ, mali abominatiõibus & pœnis corriguntᷓ: q̃ si CHRISTVS ipse sibi reseruasset, iã fidei merita ꝑderentur, certiq́; eius rei essemus, quã nostræ salutis interest, ut potius ex fide credamus. Sic ĩ euãgelio rogasse se asserit CHRISTVS, ne deficiat fides Petri: sic cõstituit, ne portæ ĩferi aduersus petrã, ĩ qua fundatᷓ ecclesia, ꝑualeant: sic ei mandatᷓ, ut cõfirmet fratres suos: sic ipe, tanq̃ os & caput apostolorũ dño nostro r̃ndet: sic semp ĩ fide ardentiorẽ se ꝓ̃stat: sic à generalitate aliorũ honoris gratia eximitur, quũ dicitᷓ (inquit) discipulis & Petro: sic ꝓ eo census soluitᷓ: quæ oĩa sancti antistites quũ optime animaduertissent, ꝓ exploratissimo habuerunt, primatũ ecclesiæ Petro, eiusq́; successoribus datũ. Sed quid ꝓfuit tot cõsilijs id sanctissimos patres statuisse, tot legibus Imperatores cauisse, ecclesiæ Doctores tã Græcos q̃ Latinos docuisse, si adhuc reperiuntᷓ, qui etiam editis uoluminibus id denegare ausint, nosq́; acephalos faciant? Vt libeat exclamare, quod uulgò dicunt: Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Quid em̃ unquã tã apertũ fuit, tã dilucidũ, ut dicendo inuerti nõ possit? Si singulis horũ rationibus r̃ndere operæ preciũ ducerẽ, & studiosos multa lectione inuoluerẽ, & nihil ꝓficerẽ. Qui em̃ hæc attentant, cancro illo, & hydra Platonica ptinaciores sunt. Pontificũq́; monitis minime resipiscentes, nouas q̃tidie & scandalo plenas cõclusiones cogitant, & in publicũ ꝓferunt: una in re solũ intenti, ut cõtradictiones cunctis orthodoxis adducãt: ut ubiq́; cõcordiam extinguant, nusq̃ pietatem adiuuent: quorũ sententiæ, si ueræ essent, ueteres oẽs, sanctosq́; Theologos abrogare oporteret, quorũcunq; principũ regna subuertere, qui à Pontifice Rom. primũ instituti sunt: & in primis Cæsar ipse exautorandus, quũ ex decreto Gregorij V. cõstituti Electores eũ designandi ius nullũ adepti fuerint: deturbandus Rex Francorũ, quũ à Chilperico in Pipinũ transferre dominationẽ sanctione sua Zacharias nequiuerit: dejciendi Siciliæ Reges, qui à sede apostolica sub fidelitatis iuramento regnum possident: Antistites omes, qui hactenus fuerunt: & pij & religiosi, ceu inuasores & pseudepiscopi explodendi, quũ à Rom. Pontifice instituti fuerint. Sed bene habet, noluit CHRISTVS fidem Petri deficere, tot colũnis, tot tibicinibus ea fulta est, ut labefactari aliquorũ syllogismis nequeat. Extant antiquorũ interpretũ cõmentarij, quibus oẽs hæreticorũ sententiæ cõfutantur: & ut Anacleti, Pelagij, Innocentij, Nicolai, Leonis [c] decretales epistolas omittamus, principatum ecclesiæ celeberrimus quisq; ueterum Petro ipsi datũ consentit: & ex Græcis Ioannes Chrysostomus homelia LV. in Matthæum, nunc Petrũ totius ecclesiæ pastorem constitutum, nunc eius pastorem & caput, nunc uniuerso orbi præpositum asserit. Et Homel. ult. in Ioan. Iacobum quidem Hierosolymorũ sedem accepisse, Petro uerò totius orbis curã demandatã affirmat. Theophilus principẽ apostolorũ ex eo factũ, Lucæ XXII. scripsit, quũ illi mandat, ut fratres cõfirmet. Rursus Ioan. cap. ulc. idcirco ei à CHRISTO dictũ, Sequere me, quonã dictorũ fideliũ ꝑlaturã ei cõcesserat. Cyrillus Alexandrinus libro thesaurorũ nos hortatur, ut maneamus ĩ ecclesia Petri, & ĩ capite nostro, nempe apostolico throno Rom. Pontificũ. Maximus epistola quadã oriẽtalibus populis suadet, ut uerã fidẽ approbantes, in ecclesiã Romanorũ tanq̃ in solẽ respiciant, & ex ipsa lumen catholicæ & apostolicæ fidei recipiant. Ignatius Cõstantinopolitanus potestatẽ apostolorũ principi Petro datã, nõ in eius ꝑsona circũscriptã, sed successoribus q̃q; senioris Romæ Pontificibus trãsmissam, author est. Ex Latinis Cyprianus sup uno Petro fundatam ecclesiam tradit, idq́; à CHRISTO institutũ, ut unitas eius ostẽderetᷓ. Idem lib. IIII. epist. ad Pupianũ, sup Petro ædificatã fuisse ecclesiã, aptissime fatetᷓ. Ambrosius nunc eũ ecclesiæ petrã appellat, nunc fidei firmamẽtũ [d]: idcircoq́; petrã esse, qm̃ primus in natiõibus fidei fundamẽta posuerit. Idẽ ser. XI. Hanc, inq̃t, solã ecclesiæ nauẽ ascendit Dñs, in q̃ Petrus magister est cõstitutus. Hieronymus in Matth. Petri nomẽ illi recte ab CHRISTO datum, qm̃ ꝑ metaphorã sup eũ ædificaturus erat ecclesiã suã [e]. Idẽ ad Damasum: Ego (inq̃t) beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri cõmuniõe cõsocior, & sup illã petrã ædificatã ecclesiã scio. Augustinus ad Paulinũ, epist. CVI. Innocẽtij literas cõmendat, q̃bus ad sedis suæ noticiã ptinere testabatᷓ, q̃cq̃d ubiq; ab cõcilijs de fide statuatᷓ, cuius iudicio uel stent, uel cadãt, q̃ tractata fuerint. Rursus in lib. aduersus epis. Donati, in Petro asserit tãq̃ in petra fundatã ecclesiã. Gregorius cũ uarijs in locis, tũ maxĩe epist. ad Mauritium Imp. eandẽ sententiã, adductis euãgeliorũ canonibus, clarissime defendit: & post eũ Bernardus eo sermõe, quẽ in ipsius apostoli uigilia habuit, diffusiusq́; ad Euge. Papã, li. II. de cõsideratiõe, Age (inq̃t) idagemus qs sis, quã geras ꝓ tpe ꝑsonã in ecclesia dei. Quis es? Sacerdos magnus, Summus Pontifex, tu princeps epõrũ, tu hæres apostolorũ, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraã, ordine Melchisedech, dignitate Aarõ, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unitiõe CHRISTVS, tu es cui claues traditæ, & oues creditæ sunt. habent alij sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi uniuersi crediti, & quæ sequuntur.

c 21. distinct.

d 1. dist. c. fideliter.

e 24. q. 1. quonia.

Socrates epiſcopus in hiſtoria Caſſiodori, quū in uarijs locis principatū Rom. ſedi aſſerit, tum et lib. IIII. cap. IX. ubi eccleſiaſticis regulis mandari aſſerit, ne præter Rom. Pontificis ſententiam cōcilium celebret. Rurſusq́ lib. IX. cap. XIII. regulam prolatam author eſt, ut Conſtantinopolitanus epiſcopus haberet honoris priuilegia poſt Pontificem Romanum, hisq́ cōſenſum ſuum præſtitiſſe Imperatorē Theodoſium. quod & Conſtantinopolitano concilio cautum reperitur, in quo hæc ad uerbum legere eſt. Conſtantinopolitanus epiſcopus habeat honoris primatum poſt Romanū, ꝓpterea quòd urbs ipſa ſit iunior Roma. Sed & Amianus Marcellinus hiſtoriæ lib. XV. author eſt, Conſtantium Cæſarem ſentētiam, qua Athanaſium cōdemnabat, petijſſe à Liberio Rom. pōtifice, pro authoritate qua potiores ſunt æternæ urbis epiſcopi, confirmari: quod minime optinere potuit. Sed quid ego hac in re uerba ulterius faciam, & cōtra uetus prouerbium, rem actam rurſus agam? pluribus enim concilijs, & nouiſſime Conſtantienſi res hæc omnis deciſa eſt. quod & Iuſtinianus Imperator hac conſtitutione approbauit, ut ridicula ſit ea hæreticorū concluſio, qua id introductum ex frigidiſſimis decretis ſolum à CCC. annis citra aſſeuerāt. Sed certe nobis uidentur iſti non tam credere, quæ aſſerunt, quàm id agere, ut inuidiā aduerſus Pontificem & præſules colligant, & contra Chriſtianorū dogmatū ſynceritatem principibus populi ſui maledicāt. quum tamen CHRISTVS quoq; ipſe Pontificibus et ſacerdotibus libētiſſime detulerit: quod annotauit Cyprianus. Paulus quoq; in Actis apoſt. ca. XXIII. Neſciebā, inqt, fratres, qa princeps eſt.

b ¶ QVAM uera religio. Religio ab antiqs in malam partē accipiebatur, nimirum pro ſuperſtitione. Lucretius.

Humana ante oculos fœde quum uita iaceret
In terris oppreſſa graui ſub religione.

Deinde cœpta eſt uox in bonam partem accipi. et Religioſi proprie dicuntur, qui paupertatem, obedientiam, caſtitatem perpetuam Deo uouerunt. Sed & ampliore ſignificatu hi accipiūtur, qui aliquid ex illis uotis obſeruant, ut hoſpitalarij & templarij. per ſummū uero abuſum, quilibet Chriſtianus dicitur religioſus, & ita ſentiūt Canoniſtæ in rubr. de regularib.

c ¶ NVLLIS rugis. Id eſt ſciſſuris, & diuiſionibus. Sumptum eſt ex epiſtola Pauli ad Epheſios cap. V. Sanè damnat Procopius Iuſtinianū, qui intra palatij cubiculum recluſus cum ſacrificulis, omnes bonas horas cōſumeret in ſecernēdis articulorū fidei minutijs, omiſſa rei bellicæ cura, ut inde præſtiterit Totylæ occaſionem urbis Romæ per Gotthos incendendæ.

d ¶ COEPISCOPORVM interueniēte cōſenſu. Edictum ergo Iuſtiniani, quod cum conſenſu epiſcoporū promulgauit, Iuſtiniano non epiſcopis attribuit: quod recentiorū quorūdam ſententiā confirmat. qui ſi in cōcilio à Rom. Pontifice indicto edat̃ cōſtitutio hac inſcriptiōe, Romanus pontifex de cōſenſu cōcilij, cenſent pōtificiā, non ſynodalem exiſtimandā: nam nō ſolēt actus à cōſentientibus denominari, ſed à facientibus. licet Nicolaus Tudiſcus cōtra, in oratione quā in Baſileæ ſynodo habuit in Germania. Sed hæc à nobis latius diſſerūtur Paradoxorum lib. VI. cap. X.

e ¶ VICTOR Iuſtinianus etc. Simili titulo utit̃ Honorius in epiſtola ad Bonifaciū[f]. poſtponiturq́ hic Pōtificis nomē; qui ſtylus in præſentiarum in Rom. curia exoleuit, qua ꝓpter Guil. in Speculo de præſent. reſcripti. author eſt, falſum præſumi reſcriptū, in quo nō legat̃ ſummi pōtificis nomē ante cætera. Veteres certe ſimplicius egerunt, nec cū tanta ſcrupuloſitate credidere.

f ¶ NOBIS magnum ſtudium fuit unitatē. Et ſic ad Imperatorē pertinet in ſchiſmate procurare, ut congreget conciliū. quod uerū eſt, ubi pontifex ipſe ex magna cauſa eſſet ſuſpectus, ueluti ſi ageret̃ de eo exauthorādo: alioquin cōgregatio ſynodi ad ipſum Pōtificem pertinet ut habetur XVII. diſtin & eo negligēte ad eos Cardinales, qui minime eius labis ſuſpiciōe notant̃, quæ cōuentui peragendo cauſam præſtat, ut Baldus, Cardin. Flo. & recentiores ſcripſere[g]. Vbicunq; aūt de hoc aliqua oriret̃ dubitatio, exiſtimauerī ob eis diſceptationē Imperatorē fortè adeūdū[h].

g ¶ ARCHIMANDRITAE. Ita abbates uocari arbitror. μάνδρα Græce ſpeluncā ſignificat & gregē. monachi enim in eremis cauernas inhabitabant. ab his ergo nomen ſumpſere, uel à grege propter illud euāgelicum: Paſce oues meas. quod alij arbitrātur. Huius uocis mentio eſt etiam Sydonio Apoll. in epiſtolis.

h ¶ HOMOVSION. ὁμοούσιον conſubſtantiale. quod in filio Arrius, in ſpirituſancto Macedonius negabat. at Neſtorius CHRISTVM filium Mariæ hominem tantum credidit, superueniſſeq́ deinde in eum diuinitatem: quibus nō minus deteriora prodidit Euthyces, qui CHRISTO diuinam ſolum naturā aſſeruit. quapropter Arrius Nicæna, Macedonius Conſtātinopolitana, Neſtorius Epheſia, Euthyces Chalcedonia ſynodo condemnati ſunt[i].

i ¶ PATRIARCHAM ueſtrum fratrē. Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Cardinales ſolet Rom. pōtifex fratres appellare, cæteros omnes filios, quæ forma niſi ſeruata ſit, præſumitur reſcriptum falſum[k].

k ¶ PLVS ueſtræ ſedis creſcit authoritas. Debēt em̄ pōtifices authoritatē ſedis ſuæ ꝓcurare: quaꝓpter nō licet pontifici de urbe Roma aliò ſedē transferre, quia diminueret̃ de maieſtate, quā cōſequitur ex dignitate urbis[l]. nam et diuino iuſſu de Antiochia Petrus eò contendit[m]. cui legi diuinæ & ipſe ſubijcit̃. atq; ita multi ſentiunt, & Alberico idem uidetur.

l ¶ ALIENVM ſeipſum ab eccleſia iudicabit eſſe catholica. Qui ergo delingt, ſeipſum condēnat. unde uulgo dicit̃: Ex maleficijs reū naturali obligatiōe teneri ad pœnā, quia uidet̃ cōſentire, ut merita pœna afficiat̃; qđ ferè oēs ꝓdiderūt[n].

m ¶ IVSSIMVS eſſe alienos. Id eſt excōmunicauimus. unde hic ꝓbat̃ ualere ſententiā, qua iudex aliquē excōmunicat, niſi quāprimū aliqd faciat. nec em̄ huiuſmōi ſentētia eſt cōditiōalis. ſed pura, quæ tamē eueniēte cōditiōe reſolui poſſit[o].

n ¶ EXTORRES. Sic dicunt̃ exules, quaſi extra terrā eiecti. hinc argumentū ſumūt plerīq;, ut aduenæ bn̄ficijs legū municipaliū uti nequeāt. qđ æquū eſt, ne qui onera nō ſuſtinēt, priuilegijs fruant̃. reſponderūtq́ ita recentiores uarijs cōſilijs.

Quapro

f 97. diſtin[...] Victor.

g Decig[...]

h l. ij. ſup[...]

i e. ſunt ig[...] diſtinc. C[...] quæſt. 3. q[...]

k c. quàm[...] extra de [...]

l 7. quæſt[...] tationes.

m 11. quæ[...] rogamus.

n l. ex hoc[...] iuſt. de ur[...]

o l. oblig[...] ditio. ff. d[...] oblig.

Quapropter si cõstitutum sit, ut pagani damna resarciant, qui in eorũ agro sit de latronibus spoliatus: aduenæ nihil prouidebitur. idem si ex lege instrumenta confestim executioni mandent. extraneus enim ordinario iudicio debebit experiri. Hanc tamẽ regulam ita intelligendam censeo, ut contrahentes non cõprehendat: quũ enim respectu solẽnium, & eorũ quæ ex natura cõtractus descendũt, extranei huiusmodi lege teneantur: uidẽtur cõtrahendo tacite cõsentire, ut lex attendatur. quocirca non tam beneficio statutorũ uti dicenẽ, quàm iure sibi tacita conuentione quæsito. Idemq́ iuris arbitror in his, quæ uoluntariã iurisdictionẽ respiciunt: quũ id nemini noceat, & ipsis prosit. nec aliter credidisse doctores uerisimile est[p], dũ simpliciter in utroq; casu asserunt, aduenã municipali legi subesse. Sed & clerici, quamuis laicorum legibus non arceãtur, eorum tamen beneficio uti poterũt: ne quod ob fauorẽ cõcessum est, in eorũ odium reflectatur, ut Bart. scripsit[q].

p supra eo.

q ...ct. repre... s. quæst. ...pali.

o ¶ GREMIVM nunquam redeuntibus claudit ecclesia. Hæretici ergo quotiescunq; ad sanitatẽ reuertanẽ, admittendi sunt, & impunes esse debent: quod & Augustino placuit, & antiquis patribus[r]. quod non seruatur, quantum ad pœnam criminalem[s].

r ...uæst.3 ...gãur. *s ...per eo. de ...t.in.6.*

p ¶ OBSECRO clementiã uestram. Quum in crimine hæreseos ecclesia cognitionem sibi reseruet: quid est, quòd Rom. Põtifex precibus implorat, ubi imperare poterat? Sed hæc olim fuere. alioqui si decretales cõstitutiões respiciamus, non potuit Iustinianus aduersus hæreticos ꝓcedere, deinde eis condemnatis pontificem admonere. quod tamen fecisse eum, hic satis constat.

q ¶ NISI perfectis in CHRISTO. Merito ita dixit. nam & Paulus suis epistolis ad Romanos perferẽdis, nõ alio usus est ministro, quàm Phœbe muliere Corinthia. Et hic notandum est, eos, qui in legationem mittuntur, præsumi prudentes, & principibus suis gratos.

RVBRICA.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS.

ECCLESIA Græca uox est, & concionem significat. In initio enim, & in ipsa (ut ita dixerim) nascẽtis nostræ religiõis infantia, quũ pauci essent Christiani, in urbibus cõueniebant simul, et Deo laudes canebant, cõstituebantq́ inter se, quæ ad institutionem suam pertinerẽt, ut Lucas in apost. actis ostẽdit, & Plynius ad Traianũ author est. Capitur ergo ecclesia ea significatione, ut & conuentus Christianorũ comprændat, & etiã locũ ipsum, in quem cõuenitur. appellatur & locus ipse Basilica, siue q loca publica Basilica Græci uocent, siue quòd domus principis Basilica, id est regia dicitẽ. quæ significationes etiã diuinis templis conueniunt. Sanè plura de ædificatione & consecratione earũ habentur in Decretis, de consecr. distinc. prima. Sed probabiliter dubitatur, quomodo constitutiones hoc in tractatu insertæ recipiendæ sint, quum cõmuni calculo affirmetur, Imperatorias sanctiões, quæ specialiter de clericis, uel ecclesiarum facultatibus uerba faciunt, nullius esse momenti, quòd hoc munus ad solũ Pontificẽ pertineat[a]. Et fatẽdum est, ubi aliter iure canonico cõstituitur, has leges nõ obseruari. alioqui esse obseruandas: non quia ab Imperatoribus latæ, sed quia per Pontifices uidẽtur tacito cõsensu admissæ: quod Alb. opinatur, in cuius sententiam eundum censeo. nemini tamẽ est dubiũ, quin in primitiua ecclesia de rebus & personis ecclesiasticis ius dicerent Imperatores.

a c. ecclesia. de constit.


RVBRICA.

DE SACRO sanctis ecclesijs.

IMPERATOR CONstantinus A. ad populũ.



HABEAT unusquisq[a] licentiam, san



HABEAT unusquisq;. Quoniam ante Constantinũ Magnũ collegia Christianorũ dãnata erant: eorũ ille professionẽ primus Cæsarũ syncera fide amplexatus[a], cõstituit, ut quilibet facultatẽ haberet quantũ uellet generali ipsi ecclesiæ relinquendi. fuitq́ tũc hæc lex intellecta, ut non ideo clericis uel monachis relinqui posset, aut particulari tẽplo. cuius rei rationẽ diuus Hieronymus quadam ad Nepotianũ epistola his uerbis attingit. Pudet dicere, sacerdotes idolorũ, mimi, & aurigæ, & scorta hæreditates capiũt. solis clericis & monachis hoc lege prohibetur, & ꝓhibetur nõ à persecutoribus, sed à principibus Christianis. nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruerimus hanc legẽ. Cauteriũ bonũ est, sed quo mihi uulnus, ut indigeã cauterio? Prouida seueraq; legis cautio, & tamẽ nec sic refrenatẽ auaricia. Per fideicõmissa legibus illudimus, et quasi maiora sint Imperatorũ scita, quàm Christi leges timemus, euãgelia contẽnimus. Sit hæres, sed mater filiorũ, id est gregis sui ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit & pauit. Quid nos inserimus inẽ matrẽ & liberos? Gloria episcopi est, pauperũ opibus prouidere, ignominia omniũ sacerdotũ est, ꝓprijs studere diuitijs. hæc ille. Vnde apparet recentiorũ interpretationẽ factam, ut aliter hæc lex nostro seculo, aliter in primitiua ecclesia intelligeretur.

a 12.q.1. futurũ.

a ¶ VNVSQVISQVE. Qui tamen factionem testamẽti habeat[b], & ita communiter accipitur. Bartolus etiã eos accipit, qui solum iure ciuili testari nequeũt, ut muti, uel surdi, uel qui status sui sunt incerti. idemq; filijfamilias, qui in alijs casibus, etiam consentiente patre, non admittuntur. itẽ damnati de crimine famoso, à quibus bona non auferunẽ. Quæ sententia satis defendi potest, quia huiusmodi testamẽtum, si hac constitutione confirmetẽ, omni iuris ratione munitũ dici poterit, & l. generali, in alijs casibus accipietur, ueluti in his, qui iure gentium sunt inhabiles. Ex qua interpretatione hic probatur, generalem hanc dictionem Vnusquisq;, restringi, ut iure

b l. generali inf. eodem.

ut iure gentium inhabiles non conprændat, q̄uis de fauore publico agatur. Quem articulū ſic arbitror breuiter poſſe expediri, ut dictiōes generales ex loquentis mente interpretationem accipiant. Quapropter reſtringunt, ut qui iure gentium inhabilis ſit, nunq; admittatur[c]. Idem in eo, qui iure ciuili reijciatur. Quē ſenſum ex cōmuni ſentētia hic accipimus. nec em̄ generalibus uerbis inducenda eſt legū correctio, niſi quum aliàs cōſtitutio ſupflua redderetur, uel de fauore publico agat̃, uel aliàs abſurdi aliqd conſequeretur, uel quū uerba plurimum exuberant, & ratiōis paritas non diſſuadet[d]. Sed nunqd propter huiuſmodi dictiones geminatas lex extra ꝓprietatē uocabuli trahatur? Et puto trahi. Quaproter ſi de qbuſcunq; hæredibus loquar, & fideicommiſſarij intelligentur[e]. Et appellatiōe cuiuslibet cōtractus, etiā de abuſiuis cōtractibus actū uidetur[f]. Qua ratiōe prohibita alienatiōe quorūcunq; bonorꝫ mobiliū & immobilium, crediderim & iura & actiones contineri[g]. Si tamen maxima improprietas fieret, aliud eſſe dicendum. Quãobrē ſi de quacūq; negociatione ſolui uectigal lex uelit, de legato non erit ſoluendum[h].

c l.iij.in fi.de op.no.nū.
d l.j.§.renuntiatio.ff. de op.no.nunt.
e Rom.in l.id tēpus.in fi. de uſucap.
f Gemin.in c.ij.§.j. de reb. eccl. non alien.in.6.
g Doct.l. gallus §. etiam
h Bar.l.cætera.§. ſed ſi quis. de leg.j.

ctiſſimo[b], catholico uenerabiliq; cōcilio decedens[c] bonorū, quod optauerit[d], relinquere[e]: & nō ſint caſſa iudicia eius. Nihil em̄ eſt, quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ uoluntatis, poſtquam iam aliud uelle non poſſunt, liber ſit ſtilus[f]: & licitū, quod iterū nō redit, arbitrium.

IMPPP. GRATIAnus & Valentinianus & Theodoſius Auggg. Pangratio Præfecto urbis.

NEmo apoſtolorum uel martyrum ſedē, humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam,

b ¶ SANCTISSIMO, catholico, uenerabiliq; concilio. Licet cōſtitutio de uniuerſali ſynodo loqui uideatur, tamen eadē priuilegia etiam cuilibet eccleſiæ cōpetunt, & cuicūq; fraternitati eccleſiaſticæ, nō incapaci, aut xenotrophio, uel miſerabilibus perſonis, puta uiduis & pupillis, dum pro ſalute animæ relinquatur. hæc em̄ pia cauſa eſt. alioq ſi alicui diuiti quiſq; ob dei amorem ſe legare dixerit, pia cauſa nō eſt: ſicut quū quiſq; male ablatum certæ perſonæ reſtituit, ut Bart. aſſerit. Sed qd ſi collegij præpoſitis legatum fuerit? Reſpondeo, cēſeri in uniuerſum ipſi collegio relictū: niſi aliud præſumatur ex coniecturis. Quid enim ſi ſanguine, uel magna amicitia coniūctus legauerit? Quid ſi natura rei aliud oſtēdat? Finge præpoſitos aucupijs oblectari, non erit ueriſimile accipitres & retia eccleſiæ legata. Quid item ſi uni ex pluribus præpoſitis legatum ſit? Et ita ſe cōmunis habet ſententia[i]. Sed & ſi generaliter eccleſiæ legatū ſit, parochiali exoluēdum erit. ſi duabus parochialibus ſub ſit teſtator, eg entior præferet̃: niſi aliter ex coniecturis appareat. κοινῶς.

i c. requiſiſti. de teſta.

c ¶ DECEDENS. Interpretatur Bar. ut beneficio huius legis ſolus fruat̃, qui inſtante mortis articulo teſtamētum condit: quod communis expoſitio reijcit.

d ¶ QVOD optauerit. Interpretant̃ omnes, ut ad teſtatorem referatur. ipſe etiā defendi poſſe arbitror, ut fauore piæ cauſæ ſuſtineatur, ſi qs ita legauerit. Collegio uel flagriferis talis eccleſiæ lego, quodcunq; de bonis meis optauerint ſeu elegerint[k]. Quo ſenſu id uerbum non ad teſtatorem, ſed ad concilium referetur.

k c.j.de e... et Archi... ſunt nom...

e ¶ RELINQVERE. Verbum id generale eſt. Quaꝑpter ſi eccleſiæ leget̃, hæreditate non adita, uideretur legatum nihilominus deberi: aliàs caſſum redderet̃ teſtatoris iudiciū: quod Bart. probat[l]. Alij contra crebriore calculo, quū id priuilegium eccleſiæ cōpetere ſpecialiter non caueatur, niſi quū filius in poteſtate fuiſſet inſtitutus: quum em̄ ipſo iure ſit hæres ſtatim quærit̃ ius eccleſiæ, licet deinde abſtineat[m]. Idem ſi præſtatio legati dilationē non admitteret, puta ſi pro ſepulchro legaſſet, uel ut reſtituerētur fœnebres pecuniæ. Sed & poterit eccleſiæ àdminiſtrator procurare, ut alicui fiat addictio bonorum, quæ etiam in libertatibus eſt introducta, ut legatum cōſeruetur[n]. adnotauitq; hæc Bald. mox cæteri.

l l.eam qu... fidei com.
m l. cū qu... ſed & ſi ... fid.lib.
n Inſti. de ... lib.cauſ.

f ¶ LIBER ſit ſtylus. Graphiū quo ſcribitur ſtylus ſignificat: unde uſus obtinuit, ut pro ſcriptura dicendiq; modo accipiatur. Exiſtimauit autem Bartolus hac lege conualeſcere teſtamentum ad pias cauſas, licet iuris ciuilis ſolēnitates non obſeruentur. Nam & idem militibus conceſſum eſt, & inter liberos teſtanti. Sed pleriq; omnes alia diſſeruere[o]. Verū quæſtio hæc inutilis eſt, quū in præſentiarū ius canonicū ubiq; ſeruet̃, quo teſtamentū ualet corā duobus teſtibus conditum, iuris ciuilis ſolennitatibus reiectis[p]. Quæ lex euangelico dicto nititur: In ore duorum &c. Quapropter teſtamentum ſuſtinetur etiā quo ad alios cohæredes, quos cauſa pia nō tangit, ut pleriq; affirmāt, ſecus ſi fauore cauſæ ſimpliciter id conſtitutum eſſet[q]. nam & eodem canonico iure piæ cauſæ q̄; plura alia indulgētur ueluti ſummaria cognitione, ut explicentur controuerſiæ, ut cognitio etiam eccleſiaſtico iudici competat, ut ſimplici exequutori contra negligentem hæredem actio detur, ut integrum legatū præſtetur, nihilq; deducatur, uel Falcidiæ uel S. cōſulti Trebelliani nomine: quod & Iuſtinianus ſanxit, ut ſolo natu facta inſtitutio ſit efficax, ut huiuſmodi relictum ex incertitudine nō uicietur. Qua cauſa & captatoria inſtitutio admittitur, & legatum in arbitrium hæredis collatum ualet[r]. Vnde conſequens eſt, ut male ablata reſtitui generaliter mandari poſſit: & pauperibus in genere legatum, robur obtineat: quod & inferius cauetur. collegitq; hæc Aretinus.

o l. hac ... de teſta.
p c. relat... teſta.
q in §. ex ... fr cto.in l.b... ſultiß.
r c. cum ... teſta.

NEMO APOSTOLORVM. Quum Romanorum antiquo iure mortui intra ciuitates

IMPERATORES Honor. & Theodosius Augg. Praef. urbis.

NEmo martyres distrahat[a], nemo mercetur[b].

IIDEM AVGVSTI Ninor Praef.

NOn plures q̃ nongenti[a] quadraginta Decani[b] sacrosanctae amplissimae Vrbis deputentur[c] ecclesiae, nulliq́[d] addendi, uel mutandi, uel in defuncti locum substituēdi pateat copia: nulli alij corporatorum praeter dictum numerum[e] per pa-

ciuitates sepeliri non possent, ne ob huiusmodi feralia municipioꝝ ius pollueretur[s]. Christianae legis homines ethnicoꝝ spreta religione, non solum in ecclesiarū cœmiterijs intra urbes, quod laicis iure pontificio cōceditur, sed in delubris, atq; adeo in ipsis sanctorum locellis tumulari se mandabāt, quod imperatoria hac cōstitutione deinde prohibitū fuit: uera'q; haec est cōstitutiōis interpretatio. Nā et adhuc Mediolani i Protasij Oribasij'q; Martyrū tumulo est epigrāma, quo Martyris ad frontē legit̃, sitā nescio quam fœmellam Manliam Daedaliā. Caeterū & hic constitutioni sensus affert̃, ut mercimonia in ecclesijs fieri prohibeat. Quam sententiam si probauerimus, corpora hic accipiēda artificum negociatorum'q; collegijs erunt: in quem sensum dictio ista quādoq; trahit̃[t]. Contractus ergo in ecclesijs fieri non debent, nisi causam piam respiciant, ut est cōtractus matrimonij & pacis[u]. uel cōtrahens tutò ecclesiā egredi nequeat[x]. Si quis tamen cōtraxerit, non idcirco tollitur obligatio: quapropter & uoluntariae iurisdictiōis actus in ecclesijs facti ualēt[y]. In iudicijs uero secularibus non ita est, tam enim iudiciales processus, q̃ sententiae ipso iure pereūt, si in ecclesijs ea gesta esse proponatur[z]. Vnde cōsequens est, ut in eis concepta arbitria, quae ad similitudinē iudicioꝝ rediguntur, deficiant: arbitratoꝝ mandata quod transactiōis uim obtinent, nō deficiant. Sed & nunqd testi deferendū sit iuramentū in ecclesia, frustra cognoscit̃. deferri tamē interrogari'q; in ea poterit: delatio em̄ iuramenti nō tam iudiciū q̃ piam causam respicit: sicut etiā interrogatio quae ueritatē fouet, & iure iurando accedit, communiter'q; haec traduntur. Sed & Bald. de ecclesia in ius uocari quemlibet posse credidit. Quod licet citatiōis relatio actis iudicialibus cōtineat̃, nō idem sit in ipsa citatiōe. Quod & alij probant[a]. licet nobis non arrideat.

NEMO MARTYRES. Prohibent̃ hac constitutiōe sanctoꝝ corporū cōmercia. Quod Alb. Ros. itelligit nō ꝓcedere, quū huiusmodi reliquiae emerent̃ à ꝓphanis, ut in ecclesijs recōderent̃, qđ ab aequitate nō abhorret.

a ¶ DISTRAHAT. Id est uendat: in quē sensum etiam Apul. utitur. Recentiores quālibet contractus resolutionē generaliter distractū uocant. Sed nunqd cōpelli possit uenditor, ut preciū restituat, qđ ex turpi causa accepit? Et in hoc consensum est, ut restituat[a]. licet Odofr. & Alb. cōtra in male fidei emptore: sicut emēs rem, quā ecclesiasticā esse scit, ab œconomo preciū non recipit, ex Leonis constitutione[b]. Sed & hoc communiter non admittitur.

b ¶ NEMO mercet̃. Et quū lex prohibitoria sit; consequens est, ut cōtractus ipso iure sit irritus[c]. Sed nunqd alia pœna cōtrahētes afficiant̃? & extra ordinem puniri fermè om̄es tradidere. Nam & in ecclesiastico foro huiusmodi trāsgressores honore priuant̃[d]. ubi aliter iure expressum non est. Quod si contractus de se illicitum aliquid non cōtineret, nulla alia pœna infligetur: ueluti quum lege cauetur, ne quisq̃ rē minoris emat, uel ne triticum extra territoriū conuehatur. ultra em̄ prohibitionē nihil pœnae est.

c l. non dubium, in fi. infra de ll.

d Glos. in c. generali, de cleri. in 6.

NON PLVRES. Ne fortè ultra facultates numero clericoꝝ Constantinopolitana ecclesia praegrauaret̃, statutus est hac constitutione certus numerus, ultra quē nemo eligi potest: & si quis fuerit electus, caeteroꝝ priuilegijs non fruitur.

a ¶ NONGENTI quinquaginta. Et is numerus deinde per Iustinianum arctatus fuit[a].

b ¶ DECANI. Decani prius dicti sunt in exercitu, qui decem militibus praeerāt, qui alio nomine caput contubernij dicuntur, ut Fl. Vegetius, & Modestus scripserunt: deinde id nomē ad ecclesiasticam dignitatem tractatum est, significantur'q; hoc nomine Archipresbyteri: qui fortè à principio instituti sunt, ut decē clericis praeessent. & q̃uis aucto deinde numero, nomen retinuerūt[b]: hic uero accipiunt̃ clerici Cōstantinop. ecclesiae, ita appellati, q̄ in decanias eēnt diuisi.

a in auth. ut deter. sit num. cler.

b l. distinc. c. in capite.

c ¶ DEPVTENTVR ecclesiae. Quid si facultates augeantur? Et poterit episcopus unà cū Canonicis numeꝝ excedere, etiā inconsulto principe. sed diminuere non poterit, quia id odiosius: nam mortuo collega ob auariciā diminuerent numeꝝ, ut eius portio sibi accresceret[c]. Quū alioqui portio uacās canonicis nō accrescat, sed in ecclesiae utilitatem sit uertenda, Bald.

c in c. cum accessissent. de const.

d ¶ NVLLI'QVE. Accipiendū est de episcopo & canonicis, quibus ius erat excedere taxatū numeꝝ, etiā si numerus esset per legē ab eis iuratam statutus, licet in periuriū incidāt. Idēq; si ea lex per summū Pontificē sit confirmata: nam et tūc si transgrediunt̃ ualet electio, nisi in cōfirmatione irritū declaret̃, quicqd aduersus eam fiat. Sed si facultatibus auctis augeat̃ numerus, nunqd aduersus eā confirmationē factā dicemus? & crebrior sentētia est[d], nō fieri: qa in ea cōfirmatione tacita est conditio, nisi facultates augeant̃.

d c. cū accessissēt.

e ¶ PRAETER dictū numeꝝ. Hinc colligit̃, supernumerarios nō frui priuilegijs collegarū. Quapropter si profitentiū doctoꝝ in aliqua Academia cōstitutus sit certus numerus, si qs supra numeꝝ simpliciter addat̃, nō erit particeps imunitatis. Quod arbitror uerū, nisi ex institutione instar aliorum redactus sit, puta si pleno iure receptus proponatur; atq; ita Felyno uidetur[e].

e Fely. in c. constitutus. in fi. de rescr.

c f ¶ PER

trocinia[f] immunitate concessa[g]: negataque[h] omni nouationis facultate similia uẽdicandi his, quæ in honorem uel necessaria obsequia sacrosanctæ ecclesiæ indulta sunt[i].

IIDEM AVGG.
Melitio Præf. Præt.

PLacet, rationabilis consilij[a] tenore perpenso, districta moderatione præscribere, à quibus specialiter necessitatibus urbiũ[b] ecclesiæ singularum habẽtur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellẽda est: ne prædia usibus cœlestium[c] secretorum dedicata, sordidorum[d] munerum fæce uexentur: nil extraordinarium[e] abhinc superindi-

f ¶PER patrocinia. Id est, suffragia & commendationes potentium.

g ¶IMMVNITATE concessa. Sed quid si Pontifex alicui canonicatũ in tali ecclesia concedat, si aliqs de numero deest, uel deesse cõtigerit: nunqd in supnumerarij locum sit admittẽdus? Et Old. & Alb. putant admittendum: nec est legitima recusatio canonicorũ, qui, ut eũ excludant, aiũt debere expectari, donec ad antiquũ numerũ sit deuentum. Nam quum põtifex præter numerũ illũ, qui defunctus est, instituit, non uidetur habuisse rationẽ antiqui numeri: qđ in casu huius legis nõ est, in qua supernumerarijs subrogari aliquẽ expresse prohibitum est.

h ¶NEGATAque omi uocatiõis facultate. Quòd uidelicet aduersus hanc cõstitutionẽ nihil nouari potest, nec q supra numerũ obrepserit, potest paria cæteris priuilegia deinde impetrare: fraus em̃ legi fieret. Sed finge decreto capituli certũ canonicorũ numerũ esse taxatũ. Item cautũ, ut si quis quoquomodo præter numerũ fuerit admissus, is certis priuilegijs non fruatur. Nũquid ea lege tenebitur, qui à Romano pontifice iura canonicatus impetrauerit? Et uerior est sentẽtia, teneri, ut Felynus scripsit[f]. Nisi utrique capiti legis pontifex derogauerit.

f c. constitutus.

i ¶ECCLESIAE indulta. Indubio igit̃ priuilegia cõcessa clericis, præsumunt̃ cõcessa fauore ecclesiæ: unde illis clerici renunciare non possunt[g]. sicut priuilegiũ cõcessum patri & filijs, cẽsetur contẽplatione patris cõcessum[h]. Vnde hic quærit̃, si Titio & eius filijs idulgeat̃, ut ad decurionatũ possunt admitti, demũ omes concessiones reuocentur, præter quæ Titio concessa sunt, an filij censeantur posteriore hac constitutione illo priuilegio priuati? Et Iac. But. & Bal. non priuari crediderunt: idemque cæteris uidet̃. Sed qd si Titius priuet̃, an eius filij æqualem cũ patre iacturam sentiant? & non sentire Saly. & Aret. scripsit, ne ius semel filijs quæsitum, sine eorum facto amittatur.

g c. si diligenti. de foro comp.
h l. sed si plures. §. ut arrogato. ff. de uulg. & pup.

PLACET. Hac cõstitutiõe cauet̃, ut ecclesiæ extraordinarijs muneribus, & supindicto nõ aggrauent̃, sed ordinaria tantũ subeãt, et ea, quæ ppt̃ aduenticiã necessitatẽ inducunt̃[a].

a 16. q. 1. §. placet

a ¶RATIONABILIS consilij. Non enim debẽt principes ex seipsis leges promulgare, sed adhibito peritorũ consilio: ex quo consequens est, ut solus Papa, absque Cardinaliũ consensu, ardua negocia perficere nõ debeat: qua ĩ re magna est altercatio[b]. quoniã si ita esset, nõ haberet liberam potestatem, quã tamen liberã illi CHRISTVS ex traditiõe clauiũ cõcessit. Sed hæc potestatẽ ligãdi & soluendi respicit, nõ iurisdictiões, quæ quis nihil cõmune habeant cũ regno coelorũ, amplissimæ tamẽ in præsentiarũ possident̃ ab ecclesia. Quo fit, ut si qua ardua in eis incidant, non solum per Pontificẽ, sed & p cõsistoriũ debeãt extricari, nõ em̃ ecclesia à capite solo repsentat̃, sed et à mẽbris, ut Theologi aliq sensere. Qđ si aliqua cõpetant põtifici, nõ in rebus ecclesiæ, sed ppter eius authoritatẽ, ea tametsi ardua p eum solũ poterũt explicari, ut est creare cardinalẽ, & ex necessaria causa exauthorare principẽ secularẽ. Et ex his hoc etiam consequitur, ut episcopus nõ ualeat ardua absque Capituli consensu decidere: absentesque tamẽ sunt citandi: nec impeditus tenebitur tali casu procuratorem constituere. quod communiter traditur.

b Fely. i[n] ... extra de ...

b ¶VRBIVM. Prouincialium. Nam Italicæ sunt immunes[c].

c l. de hi...

c ¶VSIBVS cœlestium. Quidam de fundis solum accipiunt, qui propter Eucharistiam deputati sunt ecclesijs. Nam hi ab omni seruitio sunt immunes. Sed communis sententia est[d], ut generaliter intelligamus de omnibus prædijs ecclesiæ: nam alioqui minimum hoc esset priuilegium.

d 24. qu... sancitum

d ¶SORDIDORVM. Vt est calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, custodia aquæductus, calefactio balnei[e]. Accurs.

e l. mun... de mun.

e ¶EXTRAORDINARIVM. Hæc sunt quæ non habent certam & perpetuam præstationem: quapropter ab exactionibus, quæ uulgò taleæ & collectæ dicuntur, ecclesia est immunis. Nam & huiusmodi munera psonalia sunt. In personas autem clericorum nulla est principis secularis iurisdictio. Quapropter quis Eugubienses constituerint, ut omnia agri sui prædia sint tributaria & obligata collectis: non tamen personaliter tenebunt̃ ecclesiastici, ad quos aliqua ex eis peruenerint. Per hypothecam uero fortè compellentur: atque ita Bart. sententia defendi potest. Possunt enim laici res suas obligare, ut ad quemcunque cum onere suo pertranseant: non tamẽ ex simplici scriptura professionis probabitur hypotheca, ut Bald. & Aret. aiunt.

¶SVPER-

ctiúe[f] flagitet, nulla translationum[g] solicitudo signetur: postremo nihil, præter canonicā illationē[h], quā aduētitiæ[i] necessitatis sarcina repentina popoſcerit, eius functiōibus aſcribatur. Si quis contrauenerit, post debitæ ultionis acrimoniam[k], quæ erga sacrilegos iure promenda est, exilio deportationis perpetuæ subdatur.

IIDEM PHILIPPO *Præf. Præt. Illyrici.*

Omni innouatione cessante, uetustatem, & canones uetustos ecclesiasticos, qui usq; nūc tenuerunt, etiā p oēs

f ¶ SVPERINDICTVM'VE. Hoc intellige etiam quando alij tenerentur, quia princeps ex aliqua causa imposuerit: alioquin regulariter non solum ecclesia, sed nec cæteri superindicti nomine obligantur. Sed nunquid quilibet Princeps possit imponere exactiones subditis? Et nō posse cōstat, sicut nec noua uectigalia, nisi consulto superiore. Si quisq; uero superiorem nemi nem agnoscit, ex causa hoc potest, dum tamē memi nerit, si ob prodi galitatē suam pecunia īdigeat, uel iustitiā subditis nō ministret, posse etiam sibi tributa denegari, & de facto resisti[f].

eas l.1.de ind.lib.10.

g ¶ TRANSLAtionum. Ob cessationem tributorum, etiā quæ alias debentur, non tamē ecclesiæ prædia in fiscū transferri possunt: quod in pœna legis procedit. Quòd si ex natura contractus pœna descendat, existimauit Baldus & ecclesiam teneri. Quapropter si ecclesia acceperit fundū in Emphiteosim, & triennio à Canonis solutiōe cessauerit, cadet. Idem si feudi leges non seruauerit: quod pleriq; omnes autumant. Cæterum forte uerius est, ob subtractionem tributorum prædia publicari, nam & hāc pœnā diuinis domibus infligi expressim lex dicit[g]. Nec satis quadrat sententia de imperatorijs domibus interpretantiū: & trāslatio hic muneris cuiusdam nomen est, quū quilibet tenetur aliquid transferre, non absimile arbitror angarijs, quæ Græca uox est[h].

g l.inf. de ex rib.

h C li.12.de ex & translat. il.anno.

h ¶ CANONICAM illationem. Ordinarium munus est, quod habet certam præstationē lege impositā, ut tributū, ad cuius solutionē ecclesia quoq; tenet, quia res cū onere suo trāsijt[i]. Si uero prædia libere in ecclesiā transierūt, lege principis secularis amplius non obligant. Sed nunquid clerici pro patrimonialibus bonis uectigalibus (quæ pedagia uocāt) subijciantur? Et omnes negant, nisi negociatiōis causa emerint, & secum aduexerint, staturq; eorum iuramento[k]. Aret. Cuius rei hæc est ratio, nā huiusmodi portoria ad munera personalia pertinent, quia personis pro rebus imponunt: at in clericorum personas non cōpetit laicis iurisdictio, quod iure canonico approbatū est: licet hæc lex generaliter de quibuslibet ordinarijs muneribus loquat, siue patrimonio, siue personis imposita fuerint. Sed hæc olim fuere: nam & diuus Basilius, antiquorum omniū theologorū eloquentia, doctrina, sanctitate longe princeps, in regula monachorum sic propemodum scripsit. Si quis relinquens fiscalia debita intret ad fratres, & parētes eius pro ipso exigant, & tribulent: an non affert hoc culpam aliquam, uel his, qui eum susceperunt, uel ipsi illi, qui ita egerit? Basilius: Dominus noster IESVS CHRISTVS, his, q eū interrogauerūt, Si licet censum dari Cæsari, an non? Ostendite, inquit, mihi numisma census, cuius imaginem habent, & inscriptionem? quū autem dixissent, Cæsaris, subdidit: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: quæ sunt dei, deo. Ex hoc manifeste docemur, quia hi obnoxij sūt tributis Cæsaris, apud quos inuenit census Cæsaris & imago. Si ergo aliquis tale quid, etiam iuste, ad fratres ueniens detulit, obnoxius est ad soluendū debitū. Si uero oībus in manibus ppinquorū derelictis, abscessit, nullus uel ipsi uel fratribus scrupulus debet existere. hæc ille.

i l.si tributū.

k clericis.de eccle.in.6.

i ¶ NISI quam aduentitiæ. Ita habent codices antiqui, atq; sic etiam legitur in Decretis. Significat autem, quum propter repentinū principis aduentum aliqd muneris subeundum est: quo casu per Episcopum à clericis collatio petetur, atq; sic cōmuniter aiunt[l]. Quod quis ex se uerum sit, non conuenit uerbis legis. nulla em hic de principe mentio. Ego aduentitiā necessitatem intelligo, ubicūq; repente aduenit aliquid peragendū, quod ad publicam utilitatē spectet. Quapropter & clerici pro custodia murorum aduersus communes hostes excudebunt, & urgente necessitate hospites recipient, nec hoc casu ab angarijs excusabuntur[m].

l l.neminē.inf.e.l

m c.ij.& iij.de im.eccl.

k ¶ ACRIMONIAM. Accursius & cæteri excommunicatione intelligunt, quasi arcentem à gremio ecclesiæ. Quod ratio latinitatis non admittit. Melius Canonistæ, qui atrocitatem pœnæ accipiūt, quæ lege Iulia sacrilegis infligitur[n]. Sed quencunq; sensum capiamus, hic probatur ex eodem delicto duabus pœnis aliquem affici: quod procedit, quum ex eadem lege utraque infligitur, secus si diuersis[o]. Quid si idem delictum à lege ciuili uel canonica puniatur? Et putauerim uno in foro punitum, in altero quoq; plecti posse. hic enim utriq; foro iniuriam fecit, ergo utriq; satisfacere debet. Quod & supra attigi[p].

n l.1.ad l.iul. pecul.

o l.senatus de accus.

p in l.cunctos pop. in fi.

OMNI. Et per Nicænam synodum, & per alia concilia fuerunt antiquitus multi Canones compositi, in his quod aliqua dubia essent, Illyrici sub interpretatiōis prætextu multa innouauerunt. Quapropter mandatur id rescindi, & quæ dubia sunt, sacro conuentui reseruari.

Illyrici ꝓuincias seruari præcipimus: ut si quid dubietatis[a] emerserit, id oporteat (non absq; sciẽtia uiri reuerẽdissimi sacrosãctæ legis antistitis[b] ecclesiæ urbi Cõstãtinopolitanæ quæ Romæ ueteris[c] prærogatiua lætať) conuentui[d] sacerdotali, sanctoq́; iudicio reseruari.

IIDEM AVGG. *Asclepiadoto.*

AD instructiones itinerum[a] pontiumq́, & diuinas domos[b], & uenerabiles ecclesias, tam laudabili titulo[c] libenter ascribimus: qa nõ inter sordida munera numeratũ.

IMPERATOR CArus *Præsidoro Præf. Præt.*

SAcrosancta Thessalonicensis ecclesia aperte sciat propriæ tantũmodo capitatiõis[b] modum,

a ¶ SI QVID dubietatis. Causæ enim sacræ à sacerdotibus diffiniri debẽt. Quòd si non in iure negocij dubitetur, sed factum quæstio respiciat, poterit & secularis iudex incidenter cognoscere. Finge debitorem dicere, pro fœnoris uelamento, plus precij in instrumento promissum ꝗ́ acceperit: quæstio est facti, & prætor cognoscet: ꝗ́uis si disputaretur an contractus sit usurarius, non cognosceret. Idem si mulier cõtraxisse nuptias se neget: nam & id facti est. Secꝰ quũ quæritur, an nuptiæ ualuerint: & in hoc magis cõmuniter consensum est[q]. Quamuis etiã ubi quæstio est iuris, quandoq; secularis interueniat, ut si de plano ex partis confessiõe uelit iudex edoceri, fortè ut uideat, an causa sit spiritualis, an exceptio ꝑ calumniã opponatur, quo casu & eam reijcere poterit. Idem quũ ꝓpter contumaciam in possessionẽ ex primo decreto mittit. Idẽ quũ mandat sibi articulos exhiberi, quos corã Episcopo dicit reus se uelle producere: nam si, quãuis probareť, uideat nihilominus eos actoris intentioni nõ obesse, ad ulteriora procedet.

q in l.titia.sol. mat.

b ¶ ANTISTITIS. Debet em̃ quælibet uniuersitas, quũ qd agendũ est, authore rectore suo agere, nisi huiusmõi negocio rector sit suspectus quod Alb. uidetur. Quaꝓpter si de reformãdo põtifice agať, poterit absq; eo cõuentus indici[r].

r Dec.consi.151.

c ¶ ROMAE ueteris. Constantinus cum Romanorũ coloniam deduxisset Bizantiũ, omnes urbis antiquæ prærogatiuas illi cõcessit, certauerũtq́; simul pontifices de præeminẽtia sedis, donec Phocas Imperator ꝓ Romano ꝓnunciauit.

d ¶ CONVENTVI. Id est concilio. Eius em̃ est interpretari, cuius est cõdere. Quod ad leges, statuta, priuilegia declaranda notandum est.

AD INSTRVCTIONES. His muneribus subeundis obligať ecclesia, quæ pro cõmuni utilitate & necessitate indicunť, dum sordida nõ sint. Qua ratione & portoriũ soluet, qđ plaustra ducentibus impositum est, pro itinere publico reficiendo, põtibusq́; fabricandis, quæ ut plurimum à plaustris uastantur. Idem ut puteus, furnusq́; toti uiciniæ cõmunis instruatur. Compellenťq; clerici per suos Episcopos, ut satisfaciant. Sed nunquid pro mœnibus extruendis conferent? Et hic aiunt doctores, teneri, eadem ratione, nisi ad ornatũ ciuitatis tantũmodo pertineant, ipsi aũt muros fabricare nõ compellentur, quia id sordidum est[s]. Sed iure canonico fortè aliter dicendum est, non em̃ omnino par ratio est, quum pontes & uiæ publicæ æque principaliter deseruiãt clericis, sicut laicis, mœnia uero ad ciuitatis custodiã spectant, quæ in primis laicorũ solicitudo est: atq; ita Abbas sensit[t]. Sed si subsit perquàm euidens necessitas, cui laicorũ facultates pares non sint, clerici tum, cõsulto tamẽ Roman. pontifice, cõferent[u], constituentq; laici, accersitis clericis, quantum ab uno quoq; exigẽdum sit, compellenturq́; per episcopum suum, absq; legitima causa renuentes, ut consentiãt. Quòd si ex causa particulariter unicuiq; æque utilis collatio inducať: Ro. Pontificis cõsensus non requiritur.

s l.maximarum. inf.de exc.mun.

t c.non mi... im.eccl.

u c.aduers... co.tit.

a ¶ ITINERVM. Cum quilibet teneatur uiam ante domum suam reficere, nõ est dubium, quin etiã ecclesia teneatur: munus enim id in rem est. Quaꝓpter si nullas possessiões habeat, nihil omnino præstabit. Sed quid si ob uias reficiendas collatio imponitur? Bartolus, & quidã alij existimauere non teneri, argumento constitutionis Federici[x]. In quo cõmunis sentẽtia uidetur reclamare. alioqui lex hæc nimis coarctaretur. Cõstitutio enim illa non procedit, quando collatio indicitur, etiam uocatis clericis, compellente Episcopo eos, qui absq; causa rationabili dissentiũt, quod huiusmodi casu obseruandum est.

x auth.item nul... la.inf.ti.1.

b ¶ DIVINAS dómos. Id est imperatorias. Cæsares enim ex antiquorum more post mortem inter Diuos referebantur, quãuis & sic potuerunt appellari, quòd à Deo imperium constitutum sit. Mihi non placet à sermonis proprietate recedere. itaq; interpretare ecclesias, quæ pro cõgregatione fidelium constructæ sunt, cæteras uero diuinas domos, quæ quoquomodo ad sacra pertinent.

c ¶ LAVDABILI titulo. Atqui uidetur hic modica laus uersari, nisi id ex ueterum consuetudine emanauerit, qui uiarum & pontium magna molimina solebant imperatoris titulo inscribere. Quod adhuc Romæ cernitur in ponte Narsetis, & in uarijs eulogijs. Atque hoc clarius explicatur in l. absit. de priuileg. dom. aug. lib. XI. unde hæc lex accepta est.

SACROSANCTA. a ¶ Capitatio nomen ordinarij tributi est, quod ꝑ unoquoq; aĩalis capite soluebať: ab hoc Thessalonicẽsis ecclesia speciali priuilegio excẽpta erat[y]. Admonet Imperator, ne in fraudem fisci, etiã aliena aĩalia subleuet

y l.si.inf.de...

subleuet. Cuius legis argumento non proderit uillicis emptio nomine ciuis facta, ut ab his muneribus, à quibus ciues sunt immunes[z]. Nā res in cōmissum incidet, & etiā interdictae rei minister alterum tantū fisco praestabit[a].

b ¶ GRAVAMINE. Grauatur enim respublica, quū sibi p extraneos debitis tributis defraudať.

QVI SVB praetextu. Vt munera euitarent, aliq quamuis non idonei, se i Decanos, qui Constantinopolitanae ecclesiae canonici erant, recipi procurabāt: mandat Imperator in eorum locū alios subrogari, cum primatus assensu.

beneficio nostri numinis, subleuandū: Nec extraneorum grauamine[b] tributorum rempublicā ecclesiastici nominis abusione laedēdam.

IMPP. *Theod. & Valen. Augg. Cyro Prae. urbis.*

QVi sub praetextu decanorū, seu collegiatorū, cū id munus non impleant[a], alijs se muneribus conanť subtrahere, eorum fraudibus credimus esse obuiādū: ne qs sub specie muneris, qd' minus[b] exeqť, alterius muneris oneribus releueť: ne argētariorū[c] uel nūmulariorū munera declinētur ab his, q dici tantūmodo collegiati uel decani festināt. Ideoq; si qs eorū sub nudae appellationis[d] uelamine collegiatū seu decanū se appellat, sciat pro se aliū subrogādum[e], q praedicto muneri sufficiēs approbetur: subrogatione[f] uidelicet loco memoratorū uel eorum, qui moriūtur[g] primatū eius, q subrogať[h] admisso iudicio, ab hac dispositione nemine se excusante sacrosctārū ecclesiarū reuerētia.

IIdem AA. Flo. Praef. Praet.

IVbemus nullam nauē, ultra duorū miliū[a] modiorū capacē, aū felicē embolam[b] uel publicarū specierū trāsuectionē, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut pro-

a ¶ MVNVS non impleāt. Qd pro argumento est, ut scholaris q nō studet, de scholarium numero ejiciēdus sit. Quapropter si clerico cōcessum sit, ut dū causa studiorum Ticini moratur, quis absens, fructus beneficij pcipiat: nisi operam studijs ueram det, eos non lucrabiť. Eadem ratione p artifice habendus non est, qui non exercet; idemq; in Notario, & caeteris. Quod non pcedit i his, quae nō respectu exercitij conceduntur, sed dignitatis. Quapropter clericus, quis à sacris abhorrens, priuilegio fori utetur, & eum uerberans erit excōmunicatus, quia id ordini est indultum. fructus uero beneficij non lucrabitur, quia id propter cultus diuini seruitium principaliter tribuitur. Sanè qui studiorum causa abest, praesens esse uidetur. Iure uero Can. in Theologiae & iuris Pontificij studio absentes in generali Gymnasio, per quinquēnium pro residentibus habētur, & fructus beneficij retinēt[a].

b ¶ MINVS. Id est, nō exequitur. Quid si partim exequitur? Puto cōpellendū, ut in totū exequatur. Quid si scholaris idem sit mercator? Et aiunt obseruandū, quod pricipaliter agit. Quid si clericus sit cōiugatus? Et is priuilegio fori gaudet, si tonsuram habeat, & uirginem duxerit[b].

c ¶ ARGENTARIORVM. Hi forte quibusdam oneribus erant grauati, quae non licet etiā sub praetextu religionis euitare.

d ¶ NVDAE appellationis. Quid si quis se doctorem uel equitem simpliciter appellet, quum non sit? Et ait Bald. extra ordinem puniēdum. Quòd si etiam insignibus eorū utatur, iudicio falsi reus erit: idēq; in similibus.

e ¶ SVBROGANDŪ. Ipsius qui causam dedit subrogatiōi sumptibus, sicut in decurione fugitiuo solet dici[c].

f ¶ SVBROGATIONE. Id est in subrogatione admisso primatis iudicio.

g ¶ QVI MORIUNTUR. Clausula haec satis impertinens, nisi quod ostendit in quacūq; subrogatione requiri primatis iudicium.

h ¶ EIVS qui subrogatur. Magis placet, cui. Quid em si subrogandus primatē nullum habeat? Quamuis si primatem habuerit, non negauerim etiam eius consensum requiri. Sed nunquid monachus possit ad aliā sacram professionem transire? Et si ad arctiorem regulam uadat, petita Abbatis uenia, quis non cōcessa, licet[d]: si ad aequalem, non licet, nisi concessa licentia: ad latiorē uero solus Romanus Pontifex dispensat, nec secum absportabit res, sui causa interim monasterio quaesitas[e].

IVBEMVS. Quoties classis imperatoria in hostes tendit, uel ad publicas species transuehendas, nulla nauis quocunq; priuilegio fulciatur est immunis.

a ¶ VLTRA duorum milium. Idem si minoris quantitatis sit capax, nā eadē est ratio. Saly. & Aret. Quod non arbitror, maiores em naues & praelijs & transuectionibus utiliores sunt. Adde quòd quum lex haec poenam imponat, non est recedendū à uerbis.

b ¶ FELICEM embolā. Accursius hic qdā ridicula effutijt. embola Graeca uox & iter caetera, itineris igressum significat, q felix dicit, ppter iperatoriā maiestatem.

nfr. de na. / t. lib. 11. / ine. §. in / n. ff. ad

le mag.

e. con-

c Io. de plat. in l. 1. infr. de colle. lib. 11. per l. circē sium de decur.

d c. licet de reg.

e §. pe. in auth. de sanct. epis.

gatiua p̄sonæ, publicis utilitatibus[c] excusari posse subtractā[d]: nec si cœleste cōtra p̄feratur[e] oraculū, siue annotatio[f] sit, siue diuina pragmatica sanctio, p̄uidētissimæ legis regulas excusare debebit. Qđ etiā ī oībus causis cupimus obseruari: ut ḡnaliter, si q̄d huiusmodi cō tra ius uel utilitatē publicā in quolibet negocio p̄feratur, nō ualeat[g]. Quicq̄d enī in fraudē[h] istius legis quolibet mō fuerit attētatum[i], id nauigij, quod excusatur, publicatione[k] corrigimus.

IIDEM AVGG. AD *Taurum Præf. Præt.*

NEminē ab angarijs[a], uel per angarijs, uel plaustris[b], uel quolibet munere excusari p̄cipimus, quū ad felicissimam expeditionē[c] nostri nominis, omnium prouincia

c ¶ PVBLICIS utilitatibus. Hinc quoq; colligitur, licere rectori ciuitatis retinere plaustra & equos priuatorum pro deuehendo cōmeatu ad exercitum, itemq; licere iudici capere à uiatore asinum, supra quem deridendum aliquem reum traducat.

d ¶ SVBTRActam. Id est libera tam & imunem. Quamuis ergo aliquis immunitatem principis indulgētia cōsequutus fuerit, non tamen eo casu excusabitur, quo aliquid indicatur ex necessitate belli[f]. Qđ non p̄cedere arbitrarer, quum specialiter & hic casus cōprændatur. Quamuis & tunc immunitas nō obseruaretur, quū magna subesset necessitas, de qua non esset ueri simile cogitatum fuisse.

f l.1.infr. ut non lice. Doct. in l.si ex toto. ff. de leg.1.

e ¶ PROFERAtur oraculum. Nisi in eo huic constitutioni manifeste esset derogatū. Saly[g].

g l.fi.infr.si contra ius.

f ¶ SIVE ANnotatio. Oraculum uidetur hic accipi pro indulgentia, quæ uiua principis uoce conceditur. Annotatio, quæ scriptis tantum[h]: Pragmatica, quæ adhibita causæ cognitiōe in modum sententiæ, uel ad alicuius uniuersitatis preces[i].

h l.1.infr. de uet. lib.12.
i l.fi. infr. de diuer. rescript.

g ¶ NON ualeat. De quo inferiùs habetur, titulo, si contra ius uel util. &c.

h ¶ IN FRAVDEM. Quid enim si quis insciente ecclesia nauem subtraxerit? Certe pœnæ locus nō erit[k]: sed subtrahens ipse de suo in æstimatione rei tenebitur. Quòd si aliqui ex capitulo licet pauciores, cæteris reclamantibus dedissent nauem, minor pars hoc casu maiorem seruabit, atq; ita sentit Guil. aliàs si nauis re ipsa nō præstetur, puto huic legi locum esse.

k l.cotem.§.dominus.ff. de publicanis.

i ¶ ATTENTATVM cum effectu. Non enī sufficeret, si uerbo tenus nauis fuisset excusata.

k ¶ PVBLICATIONE. Sed quomodo potest Imperator rem ecclesiæ confiscare? nisi quod tempore, quo Romanum Imperium florebat, etiam clerici Imperatoribus suberāt, donec paulatim se in libertatem uendicauere: dein ultro ad seculares quoq; subijciendos p̄gressi sunt. Hinc tamen argumentum accipitur, posse ex magna causa cōstitui, ut extranei habentes in territorio prædia teneant ciuitati conferre sub publicationis pœna: quod Inn. & Pau. sensit. Cæterum & hic dubitatur, quomodo ecclesiæ potuerit p eius rectores præiudicari: & dicēdum est posse, quum prælatus unà cum capitulo ad id negociū congregati in uniuersum constituerunt nauim subtrahendam. alioqui quod particulariter agitur, ecclesiæ non obest, quæ ex uniuersitate constatur, sed ipsis solum[a]: & hæc in delictis. In contractibus uero factum prælati ecclesiæ non nocet, nisi seruatis solennitatibus contraxerit, uel negligendo utilia omiserit[b], puta, quia non interpellauerit præscribētem. Illud cōstat, quoties ex administratorum delicto damnum ecclesiæ irrogatur, teneri eos de suo, ut ecclesiæ satisfaciant: quòd si soluendo nō fuerint, ecclesiam in integrum restitui[c].

a l.2.c.de ... no. in l. de nauib. excusan.
b Auth. ... ctiones. in ... Aret.
c l.fi.ff. ... per quem

NEMINEM. Quū Imperator in expeditionē progreditur, quacūq; trāsit, nemo à muneribus excusat. Et quū hæc lex specialis sit, derogat habentibus generalia priuilegia, sicut clericis[a], & ueteranis[b].

a l.2. in ...
b l.fi. in ... mun.

a ¶ ANGARIIS. Munera sunt quæ in operis personarum uersantur, sicut perangariæ in quibus etiā aliquid impēsæ fit. Accursius, Angaros uox Persica est, & significat nuncium, unde Græci angarias deduxerunt. Angarosq; appellabant baiulos, & onera subeuntes, sicq; nos hodie etiam rusticos Tangaros uocamus.

b ¶ PLAVSTRIS. Sed si ab hostibus diripiantur, an tenebitur Princeps uillico satisfacere? Et non teneri crediderim, quū uillicus neq; operam neq; plaustrum censeatur locare, sed obligationi sibi à lege impositæ satisfacere. Qđ si onus non uillicum, sed uniuersitatem respiciat, cui nō spontaneam operam præstat uillicus, tūc æquū est per eam succurri, & hoc casu Lucæ sentētiam probo[c].

c Luc. ... in l.fi. in ... non exc...

c ¶ EXPEDITIONEM. Sed nunquid liceat exercitui capere res singulorum. Et non licere procul dubio est, propter illud euangelicum, Neminem concutiatis, nec calumniemini, sed contenti estote stipendijs uestris[d]. Debet enim princeps, anteq; in expeditionem transeat, necessaria omnia præparare, & ciuitatum pecunias in subsidium accipere, & si subsit iusta causa, collationes imponere: & si periculum sit in mora, à præsentem pecuniam habentibus accipere, quibus imposita collatione, deinde satisfaciendum est: nec excusarentur milites, q̄uis princeps stipendia eis non persolueret: debent enim infructuosam militiam potius deserere, quàm furari.

d l.1. in ... Salg. l...

¶PRO-

lium [d] per loca, qua iter arripimus, debeāt solita [e] nobis ministeria exhibere, licet ad sacrosanctas ecclesias [f] possessiones pertineant.

IMPP. VALEN. ET *Marcus Palladio Praef. Praet.*

Priuilegia, quæ generalibus constitutiōibus uniuersis sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ religionis retro principes præstiterunt, firma [a], & illibata, & in perpetuū ualitura, decernimus custodiri. ¶ Oēs sanè pragmaticas sanctiōes, quæ cōtra canones ecclesiasticos, īteruētu gratiæ, uel ambitiōis [b] elicitæ sunt, robore suo & firmitate uacuatas, cessare [c] præcipimus. ¶ Et qa humanitatis nostræ est egenis prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta nō desint, salaria etiā, quæ sacrosanctis ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus [d] ministrata sunt, iubemus nunc quoqꝫ incōcussa, & à nullo prorsus imminuta [e] præstari [f]:

d ¶ PROVINCIALIVM. Sed nūquid quælibet ciuitas etiam inconsulto principe, possit ex causa necessaria indicere collationē ciuibus? Et aiunt posse [e], dum pro facto principis nō imponat, & extraneos prædia in territorio habentes, non compellat [f]. Quãuis enī illi muneribus realibus obligentur, nō tamen ad personalia tenentur: sicut est collatio, q̄ personis ꝓ rebus imponit. Quòd si princeps oīa regalia ciuitatis sibi usurpauerit, tunc nō poterit. Saly.

e ¶ SOLITA. Quapropter ista lex etiam iure canonico uidetur procedere, quum noua munera ecclesijs nō indicat, sed solita sibi præstari solum uelit, uidetur'qꝫ consuetudo hæc rationabilis.

f ¶ ECCLESIAS. Sed nunquid possint res in ecclesiā transferri, pacto ut pro eis soluant collationes, & similia onera? Et posse constat. tūc enim ecclesia non tā iure ciuili, q̄ proprio pacto cōuenitur.

PRIVILEGIA. Priuilegia ecclesijs concessa confirmant, tolluntur'qꝫ contrariæ cōstitutiones.

a ¶ FIRMA. Sed si hæc priuilegia ualebant, quid opus est confirmatione? An quia cōfirmatio efficacius ius tribuit? & priuilegium confirmatum difficilius tollitur, propter geminationem, quod aliq̄ dixere [a]. An quòd & id utile fuit causa tollendæ dubitationis, si qua in prioribus uertebat? quòd si priuilegium nō ualebat, confirmatio nullius fuisset momenti, nisi ex certa principis scientia facta sit [b]: quod tunc depræenditur, quum interuenit causæ cognitio, uel in serie libelli totus rei tenor est expressus, uel geminata iussio emanauerit, uel princeps attestetur se ex certa scientia illud facere, uel æquipollentibus uerbis utatur, in quo Abbas & cæteri consentiunt [c]: quod si obreptū principi probetur: clausulā hanc nullius esse effectus, idem Abbas scripsit [d]. Illud cōstat, generalem cōcessionem ad illicita nō trahi, nec ex ea aduersus cōfirmantem fieri interpretationē [e]: nec enim generalibus uerbis uerisimile est, ita sensisse principem.

b ¶ INTERVENTV gratiæ uel ambitionis. Quod præsumit lex, & sup huiusmodi præsumptione disponit, unde regulariter contrariū probari non potest, Odofredus.

c ¶ CESSARE. Et ideo in generali cōfirmatione cōprændūtur etiā priuilegia reuocata, quia ita specialiter hoc casu cautū est, quod Baldus asserit. Cæterum hic dubitatur, quomodo Canones ecclesiastici principū cōstitutionibus præualeant? & in spiritualibus præualere nō est dubium. Idem in his q̄ aduersus legem CHRISTI peccantur [f], etiam si ueniāliter: alioqui q̄libet lex in suo foro est potentior, nisi quod in ciuitatibus, quæ ecclesiasticæ sunt iurisdictionis, etiam in foro ciuili canones sunt efficaciores: præterquā si aliud fœderibus actum sit, uel populi decreto cautum. ualent enim municipalia statuta, & ipsos laicos obligant, quæ digna ratione cōcepta sint, licet aduersentur canonibus: quale est illud, ut masculi in parentum successione fœminis p̄ferantur [g]. Sanè ubi ciuilibus constitutionibus aliquid non cauet, quod expressim canonico iure est declaratum, tunc in ciuili foro etiam Canones seruandi sunt. Idē'qꝫ & econuerso: utraqꝫ enim lex se adiuuat, & uicissim interpretationes recipit [h].

d ¶ SPECIEBVS. Vt pane, uino, & similibus. Accur. Et hic aduerte salaria dici, etiā quæ pro eleemosynis præstantur.

e ¶ PRORSVS imminuta. Admonet hinc Saly. non posse per quæstores detrahi colybum (capsoldum ipse barbara uoce appellat) ex salarijs, quæ monasterijs debentur. Idem de doctorum stipendijs. quod & nos probamus.

f ¶ PRAESTARI. Atqui uidetur nihil præstandum, quum hic nulla certa summa contineatur, merito ergo dispositio non ualet [i]. Sed respondendum est, quū lex referatur ad id, quod ante præstitum fuerat, satis certam reddi iussionem. Si ergo præstatio semp fuit uniformis, in promptu est certitudo: si autem diuersimode fuerit erogatum, arbitratu boni uiri, procurator fisci, uel decuriones præstari iubebunt [k]. Condicentur'qꝫ huiusmodi salaria ex hac lege, Saly. alioqui ex nimia obscuritate, etiam legata ad pias causas uiciantur, nisi legis dispositione, uel coniectura declarentur; quod Pet. Cy. Bal. aiunt [l].

¶ PER=

Margin notes (left, cut off): fr'. desu | l. | præter mun. | .. intrat. .. ni. | io non. ff. dopt. | rrecta de rat. | erdile. fi. instr. | t. 2. pen. | e rescr.

Margin notes (right): f. Imo. in c. fin. de præscr. | g c. ecclesia sanctæ. de constit. | h c. 1. de op. no. nunt. | i l. ita stipulatus. de uerb. oblig. | k l. quidā. ff. de leg. 2. | l c. cum tibi ext. de testa.

g ¶ PERPETVAM. Poteſt tamen eius ſucceſſor reuocare. Sed nunquid poterit ciuitas cōtrario decreto reuocare annuā præſtationem, quā quibuſdam eccleſijs dabat? Et poſſe crebriore calculo aſſeritur[m], dum iure contractus debita non ſit, uel etiā ex priuilegio, ut alij dixerunt. Quod nō probo, quoniā hic oſtenditur pragmaticas ſanctiones, q̄ huiuſmodi priuilegia reuocabant, ſi ex certa ſcientia emanauiſſent, ualere potuiſſe.

m Mod. in l. non amplius. §. ſi certum. ff. de lege. 1.

liberalitatíq; huic promptiſſimæ perpetuam[g] tribuimus firmitatem.

NOVA CONSTITUTIO Federici Imp. Colla. x.

CAſſa & irrita eſſe denunciari per totam Italiam[a] præcipimus omnia ſtatuta & cōſuetudines, contra libertates eccleſiæ[b], earumq; perſonas[c] inductas, aduerſus canonicas uel Imperiales ſanctiones[d], & ea de ca=

CASSA. Quum Fœdericus iunior, huius nominis ſecundus, ab Romano Pontifice Honorio in urbe Roma Imperatoria corona inſignitus fuiſſet, ī eius gratiā quaſdam leges promulgauit, inter quas hac noua cōſtitutione cauit, ut quælibet ſtatuta uel conſuetudines aduerſus eccleſiaſticam libertatem, ipſo iure irritarentur, pœna aduerſus eam facientibus imminente.

a ¶ ITALIAM. Idem & alibi gentium. Sed idcirco ſpecialiter de Italia actum, quoniā frequentius ibi huiuſmodi ſtatuta cōderentur, cōpellabunturq; ad eorum obſeruantiā ſacerdotes, quod in cæteris regionibus nō erat, quæ regibus ſeruiunt: quū in Italia hodieq; ſint q̄plurimæ ciuitates liberæ ſolo nomine, ſed titulo tenus uel Rom. Pontificē, uel Imperatorē in dominos agnoſcentes, quū re ipſa nihil eorū fiſco tribuāt. Sanè in authographo Fœderici, nec Italiæ quidem ulla eſt mentio.

b ¶ LIBERTATES eccleſiæ. Quæcunq; ſtatuta eduntur, quibus quicquā cautum ſit aduerſus priuilegia iure diuino eccleſijs competentia, uel à Rom. Pont. Imperatoribusue indulta, ea aduerſus eccleſiaſticam libertatē eſſe Inno. aſſeruit[a]. Idemq; uiſum eſt, ſi nō ſpecialiter, ſed iure cōmuni cōpetant. Addit Bartolus idem quoq; generaliter eſſe in ſtatutis, quibus clerici timidiores cæteris redduntur. Quod & ad ſpecialis alicuius eccleſiæ indulta extendūt pleriq;[b]. Sed ut in his caſibus & ipſe ſatis fateor ſtatuta nō ualere: ita crediderim ſtatutorū authores in huius cōſtitutionis pœnas nō incidere, niſi quū iuriſdictionem ſuam ſupra clericos extendere audent. Quāuis em̄ clerici ſuis prælatis, Rom.q; Pont. ſubſint, nō ideo tñ minus liberi dicuntur:[c] quin ut filij, fratresue habeantur. Quod ſi laici in ſuā iuriſdictionē eos trahere audeant, cōtra eorum libertatem fit: merito huiuſmodi ſtatuentes, contra eccleſiaſticā libertatem agere dicuntur, & legalibus pœnis ſubijciuntur: & hoc procedit, etiam ſi nō directo de clericis agatur, ueluti ſi munus aliquod cōſanguineis uel colonis clericorū imponatur[d]: quod ſi lex clericos non reſpiciat, tunc ualebit. Quapropter ſi ius pignoris reipublicæ cōpetat in agris omnibus ſui territorij pro iure inducendorū munerum, etiā eccleſia tenebitur, ad quā cōdita lege fundus deinde peruenerit. Idem ſi ſtatuto caueat, ut qui nō ſunt ſubditi, à beneficio ſtatutorū habeant extorres, excludentur clerici: quoniā hoc nō eſt quicquā de iure eorum diminuere, ſed nolle ſua illis cōmunicare, ut communiter aiunt: & legis uerba præſertim remouent clericos, qui non ſolū non ſunt ſubditi, ſed nec eſſe poſſunt etiam ſi uellent, licet Decius[e] aliter reſponderit quū lex nō de ſubdito, ſed de eo, q non paruerit, prætori loqueretur. Et ex hoc etiā cōſequens eſt, ut ualeat ſtatutum, quo cauetur idem iuriū nō ſubditis aduerſus indigenas reddi, quod in eorum foro indigenis ipſis redditur. Quod ita intelligitur, ut ſalua ſint priuilegia à Rom. Pont. uel Cæſaribus clericis indulta[f]; nec enim ea potuerunt per huiuſmodi legem auferri. Sed dubitari cōtingit, quid ſi lex prohibeat bona immobilia ſine certa ſolēnitate in nō ſubditum alienari? Et compræhendi eccleſiam dicendum eſt[g], dum ea ſolennitas difficillima non ſit, alioqui uideretur contra eccleſiaſticam libertatem id eſſe, ueluti etiam, ſi generaliter alienatio huiuſmodi prohibeatur[h]. Sanè conſenſus principis pro difficillima ſolennitate nō habetur, quū & eccleſia idem iuris ſeruet in rerū ſuarū alienatione. Illud conſtat, ſtatuta, quibus cauetur eū, qui cognitionē prætoris ſubterfugerit, impune poſſe offendi, uel qui non ſubditū occiderit, aliqua leui pœna plecti, ſi ad clericos referantur, nullius eſſe momenti. clericis em̄ ex priuilegio competit, ut ſub ſecularibus non conueniantur, & qui eos læſerit, grauiter puniatur.

a c. nouerint de uerb. ſig.
b Mod. in c. eccleſia S. M. de cōſti.
c c. 2. §. cæterū de uerb. ſig. in 6.
d Bart. in l. 1. in fi. de his quæ pœn. nom.
e Dec. co
f Saly. in
g Dec. in in pen. col.
h c. fi. de in le, in 6.

c ¶ EARVMQVE perſonas. Quid ſi ſtatutū eos obliget anteq; clerici fiant, & tunc ualere cōſtat. Quapropter ex lege huiuſmodi excludetur filius clericus à ſucceſſione regni, primogenito exiſtente[i]. Quoniam ius huic quæſitū ſit, priuſq; ſequens gnatus in ſortē domini fuerit uocatus. Eadem ratione, ſi cautum ſit, ut exiſtentibus maſculis, fœmina nō ſuccedat, excludetur monialis[k], dum tamen anteq; ſe dedicauerit maſculi aliqui extarent, ut ego ſentio. Quid ſi ſtatuti uerba in eū caſum cōcipiantur, quū adhuc religionem non eſt ingreſſa? Puta ingrediens monaſterium, uel ſi quis intraret cœnobiū, ſit priuatus iure ſuccedendi: & ualere Bartolus ait:[l] quod cōmuniter reijcit. Qua ratione & ſi dictum ſit, ut qui ciuiliter pro mortuo habet, cenſeatur priori hora deceſſiſſe, crediderim nō ualere, nec ideo monaſterium excludi, quominus monacho ſuo ſuccedat.

i Fely. d. c. q. 15.
k Idem q. 6.
l Bart. in l. C. de pact.

d ¶ SANCTIONES. Quæritur ergo hic generaliter, an ſecularium ſtatutis obligentur clerici? Et nō obligari cōſtat[m], ſiue de rebus eccleſiæ, ſiue de

m Fely. in

pitularibus[e] penitus aboleri[f] mandat noua constitutio, & de cætero similia attentata ipso iure nulla esse decernit: si qd contra fiat[g], pœnæ quæ statutæ[h] sunt, imminebunt. Sed si per annũ huiusmodi nouellæ constitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium impune ab omnibus occupentur.

et. cons. 25. o.

siue de patrimonialibus, etiã si de laicorum rebus annexis agatur[n]. Idemq́ si clerici sint adhuc in minoribus ordinibus, uel etiam sint coniugati, dummodo cũ unica & uirgine contraxerint, habitumq́ & tonsuram seruent. nec refert quo in foro, & quomodo agatur. Quapropter secularis iudex secundum canonica iura causam clerici decidet, & alienationem rei ecclesiasticæ ex forma statuti sui factam reuocabit, licet de ea incidenter tantum agatur[o]. Cuius rei ratio est, q̃niã laicis nõ cõpetit potestas seu alia iurisdictio in clericos: unde nec si huiusmodi statuta sint illis fauorabilia, adhuc inuiti obligantur[p]. Et quum ipsi huiusmodi legibus non teneantur, consequens est: ut nec laici in foro Canonico cum eis litigãtes obligentur[q]. lex enim omnibus communis est: & quod iuris in alio non ꝓbat, nec in se quis quàm accipere debet: nec hoc casu poterit clericus statutum in sui fauorem acceptare: quia non est uerisimile, uoluisse legislatores in alieno foro agẽtibus, statuta sua prodesse, & id aduersus subditos suos. Reperiuntur tamen aliqui casus in quibus laicorum statuta clerici seruant, ut si coram iudice seculari litigẽt: in his enim quæ ordinem iudicij, modumue procedendi respiciũt, statuta obseruari æquum est[r]: quoniam non clerici personam, sed causam ipsam alligãt, quæ foro suo subijcitur. Quapropter eo casu ab interloquente iudice clericus non prouocabit, iuxta laicorũ constituta compromittet, ex instrumento absq́ ulla libelli præstatione exequutionem implorabit. huiusmodi enim statuta procedentem iudicem respiciũt, ordinemq́ iudiciarium. Quamuis idem poterit exceptionem peremptoriam obijcere, testes, instrumentaue producere, etiam aduersante statuto. Quoniam hæc ad decisionem, finemq́ litis, non ad processum accedunt. Qua ratione & à diffinitiua contra formã statuti appellabit. Et quæ de ordine iudiciorum dicta sunt, locum sibi uendicant, etiam in respicientibus solennitatem contractuũ. Quapropter laicus cum clerico contrahens, nisi solennitas à lege tradita obseruetur, non obligatur, nec uicissim sibi clericum obligat[s]. Et ratio est, quoniam in subditum suũ lex facta est, non in clericum. Idem & ubicunq́ uerba statuti in rem concepta sunt, ut si diceretur, quod talis fundus alienari nõ possit absq́ illa solennitate: & hic enim statutum de re sibi supposita loquitur, nõ de clerico, merito clericus tenebitur obseruare. Idẽ & ubi consuetudo fuerit introducta, nõ solum à laicis, sed etiam à clericis: quia si sit laudabilis, in quocunq́ foro seruabitur[t]. Qua ratione ualeret consuetudo, ut custodiam oblationũ, quæ in usus pios conuertuntur, nunc laici nunc clerici alternis uicibus assumant[u]. Quod & in feudorũ iure receptum est. Cæterum & si clericus statuto, quod existimet sibi fauorabile, aduersus laicum uti uoluerit, non est dubium posse[x]: dum aliter statuentes non cauerint, dum idem in foro ciuili agatur, & eo utatur in totum, etiam si aliqua sibi obsint[y]. Sed & tenebitur clericus statuto, quod pro utilitate publica factum sit, compellentq́ ad eius obseruantiã per episcopũ: ut si cautũ sit, ne altius ædes tollãtur, ut quòd uiæ & cõpita purgentur, sternantur, reficiantur, et si qua similia. Sanè & clericus cõtrahẽs, uidetur secundũ ciuitatis consuetudines uel statuta contraxisse, quod & ad dilationes pensionum, ad monetæ formã, ad contrahentiũ priuilegia pertinet. Episcopiq́ sui de hac re erit notio. atq́ ita sentit Saly. Sunt & alij casus quos supra attigi.

Alb. in d. c. .not. — nobis. inf. exc. — et. cõs. 45. — c clericis. ro comp. — y. in d. c. æst. — uenissent i mutt. in — c. dilectg. e off. ord.

x c. dilecti. de foro comp.

y arg. l. in traditionibus. ff. de pact.

e ¶ CAPITVLARIBVS. Id est libris statutorum. Quapropter si in huiusmodi libris sit aliquid constitutum aduersus ecclesiasticam libertatem, licet in fine uoluminis sit generaliter cautum, ut si qua in eo sint aduersus ecclesiasticam libertatem constituta, nullius sint momenti, nihilominus in huius legis pœnas legislatores incurrent, quoniam ea de capitularibus non aboleuerint, ut Barto. Bal. & cæteri scripserunt. Sed quum legis uirtus in ipsa scriptura nõ consistat, dixerit aliquis, satis abolitam esse legem, cuius sentẽtia sublata sit[z]. Quod & ipse probo, nisi dolo malo abradere de uolumine authores noluerint, puta quia ab Episcopo requisiti, ut id facerent, neglexerint: uel ideo non aboleuerint, ut damnosa memoria remaneret[a], in quo prudẽs iudex arbitrabitur.

z Bar. in l. emptor. §. lucius de pact.

a l. quoniã. inf. tit. se q.

f ¶ ABOLERI. Idem si lex dixisset cancellari, uel induci: nam si lex simpliciter requirit instrumentum cassari, uel irritari, satis est si iudex cassum & irritum esse pronunciet. Si uero mandet aboleri, uel cancellari, debet re ipsa instrumẽtum dissipari, uel per cancellos & cruces deliniari, Paul.

g ¶ CONTRA fiat. Sed finge statutum simpliciter disponere contra non subditos, uel non parentes prætori. Et dicendum est, non censeri de clericis actum, ne interpretatio ea admittatur per quam statutum esset illicitum, & authores in pœnam inciderent[b]. Quod tanto magis procedit, si extraneos, uel (ut uulgato uerbo utar) forenses lex appellet. clerici enim pro extraneis non sunt, quum urbem incolant, onera spiritualia subeant, Deum pro populo deprecentur[c].

b Fely. in d. c. ecclesia in iiij. qõ. et Pau. Cast. hic.

c Dec. cõsil. 114.

h ¶ STATVTAE. Quæ sunt, mulcta mille marcharũ auri, iurisdictiõis priuatio, et infamia ut latius habẽt in ipso idiographo sub finem X. collationis. Sanè iure canonico excommunicationis quoq́ pœna infligitur[d].

d c. nouerunt. de sent. excom.

GENERALI. Quælibet perſona, etiam Deo dedicata, habet liberam teſtamẽti factionẽ, poteſtq́; bona ſua relinquere quibus maluerit: quod hodie non ꝓcedit, facta profeſſione[e].

e Vt in auth. ſequenti.

IIDEM AVGVSTI
Palla. Præf. Præt.

GEnerali lege ſancimus, ſiue uidua, ſiue diaconiſſa[a], uel uirgo Deo dicata, uel ſanctimonialis mulier, ſiue quocunq; alio nomine religioſi honoris, uel dignitate[b] fœmina nũcupata, uel teſtamento uel codicillo ſuo (quod tamen alia[c] omni iuris ratiõe munitum ſit) eccleſiæ, uel martyrio[d], uel clero, uel monachis, uel pauperibus aliquid, uel ex integro[e], uel ex parte, in quacunq; re, uel ſpecie crediderit relinquẽdum, id modis omnibus ratum[f], firmumq́; cõſiſtat: ſiue hoc in inſtitutione, ſiue ſubſtitutione, ſeu legato, aut fidei cõmiſſo per uniuerſitatem, ſeu ſpeciali, ſiue ſcripta, ſeu non ſcripta[g] uoluntate fuerit derelictum, omni in poſterũ in huiuſmodi negotijs ambiguitate ſummota[h].

a ¶ VIDVA uel Diaconiſſa. His hodie mulieribus Ro. eccleſia nõ utitur, ut ait Odof. licet adhuc Mediolani cõſuetudo hæc non exoleuerit.

b ¶ VEL DIgnitatis. Suæ eñ ſunt in eccleſia dignitates, quæ ꝓprie ita appellantur, quum iuriſdictionem habent annexam[f], ut eſt Epiſcopus, Abbas, Præpoſitus, Archidiaconus, Archipresbyter: idemq́; in Abbatiſſa. aliàs ſi iuriſdictionem nõ habent, dicuntur carere dignitate, nõ officio. Sunt tamẽ aliqua officia, quib9 annexa eſt dignitas, ut protonotariatus, ſed hæc ſecularia ſũt.

f Abb. in c. multa. de præb.

Vt habetur inf. de mag. ſcrin. l. xij. Andr. de barul. ibi.

c ¶ OMNI alia. Iure tamen canonico ſufficit teſtamentum corã duobus teſtibus factum. Quod aiũt omnes. Ego crediderim ſecundum Euãgelicam regulam illud intelligendum, ut uidelicet in foro cõſciẽtiæ compellatur unuſquiſq; ad obſeruationem huiuſcemodi uoluntatis, ſi de intentione teſtatoris ſit certus: aliàs poteſt ꝓbabilit' præſumptioni legis credere, fraudem ſuſpicantis in teſtamento minus ſolenni. Et hæc expoſitio uerbis Canõis ſatis quadrat[g], in q̊ reprobatur conſuetudo non ius cõmune: item reprobat̃, quia reſcindebat, quaſi oſtenderet huiuſmodi reſciſſionem ſolitam fieri etiam ubi nulla fraudis ſuſpicio eſſet. His accedit, quod & regula Euangelica (qua ratione Canon nititur) proprie ad conſcientiæ forum refertur: nec enim uerisimile eſt CHRISTVM de iudiciarijs ſtrophis loquutũ. Sanè & hinc conuincitur Bart. ſententia, quam attigi ſupra l. prima.

g c. cum eſſes. & ſeq. de teſta.

d ¶ MARTYRIO. Templo martyris, hincq́; apparet, quòd ex Conſtantini lege ſolum concilio ipſi ſeu eccleſiæ generali permittebatur hac conſtitutione productum, ut particulari quoq; eccleſiæ relinqui poſſet.

e ¶ EX INTEGRO. Id eſt in ſolidũ: & intelligit Accur. atq; alij hãc legem etiam ſi alicui collegio uel ſeculari pſonæ relinquatur, quod uidet præter mentem huius legis eſſe, ut expreſſe ſentit Odofred. nec diſſentit Bartolus.

f ¶ RATVM. Saluo tamen iure alterius[h].

h de quo in ... presbyter. ... ſeq.

g ¶ SIVE non ſcripta. Non eñ refert, ut ideo minus ultima uoluntas ualeat, dum de mẽte diſponentis conſtet. Sed dubitatur: Quid ſi ſtatutum prohibeat mulierem teſtari uel cõtrahere, non adhibitis conſanguineis, an poterit in fauorem eccleſiæ etiam omiſſa ſolennitate? Et Bald. Paul.q́; Caſtr. aiunt poſſe. Nam etiam ſi in ſtatuto ſpecialiter hoc ageretur, non tamẽ poſſunt hoc ſtatuentes inducere, quippe id aduerſus eccleſiaſticam libertatem eſſet.

h ¶ SVMMOTA. Corrigitur tamen hoc duabus ſequẽtibus authenticis conſtitutionibus.

RVBRICA.

DE AEDENDO.



QVVM IVS CIVILE OLIM inordinate, cõfuſimq́; traditum eſſet, arbitrioq́; Prætorũ plerũq; conſtitueretur, primus Saluius Iulianus, tanquam in quandam artẽ illud redegit, ædictaq́; Prætorum certa ſerie coniunxit, omneq́; ius libris ferè centum concluſit, hacq́; ex cauſa Digeſtorum nomine primus inſcripſit, & hinc edictum perpetuũ cœpit appellari[a]: quod in epitomen deinde ab Hermogeniano ſex libris eodem ordine concluſum fuit[b], quem ordinem Iuſtinianus ipſe iuſſit obſeruari, diuiſitq́; om̃e iuris corpus in ſeptem partes, quarum primam iuſſit ex re ipſa τὰ πρῶτα appellari[c], an quia præparatoria omnia iudiciorum complectitur? quum eñ de diuerſis magiſtratuũ muneribꝰ in genere prius attigerit, & iudicia, quæ coram eis examinantur: in ſecunda parte trãſiturus, debuit ea prius referre, quæ iudicium ipſum præueniunt[d]: & quum iudiciũ in litis conteſtatiõe conſenſu partium accipiat̃, firmeturq́;[e], ut ex M. Varrone docui: quumq́; proprie id nomẽ adipiſcatur[f], conſequẽs eſt, ut quæ ſpecialiter idcirco fiunt, ut ad eam deueniamus, præparatoria iudicij dicant̃. Quapropter æditio actionis, & cautio iudicio ſiſti, ꝓprie præparatoria eſt[g]. Aedimus eñ actionẽ, ut reus cognoſcat deliberetq́;, an iudiciũ accipere uelit[h], quũ eatenus ĩpune pœnitere poſſit[i]. Cautionẽ petimus, ut qs iudiciũ ſuſcipiat: quia niſi ſuſceperit aduerſus eũ ſola nobis remedia, quæ cõtumaciæ ulciſcendæ cauſa inuenta ſunt, competerent[k]: quũ noſtra intereſſe poſſit, litem potius

a l. ij. §. ſe... diuinæ. C. ... iur. en.
b l. ij. ff. de ... hom.
c ſup. d. l. ij. ... tur.
d glo. in § ... auth. in me...
e l. is qui ſe... lit. ff. de rei ...
f l. ubi accep... de iudi. & ... Bart.
g Bar. l. inſ... op. de uer. o...
h l. j. in pri. ...
i l. ſi reus ... tus. ff. de p...
k l. ſancim... properandi ... cũ aũt. C. ...

potius conteſtari, q̃ꝫ ex cauſa cõtumaciæ quicq̃ꝫ obtinere[l]. At citatio non ſolius iudicij præparatoria proprie eſt, ſed neceſſarie potius ad cuiuslibet actus quocunq; tempore explicationem[m]. Actio uero ad exhibendum non iudicij præparatoria, ſed alterius actionis eſt, non ſolum quũ rei uẽdicatiõe, ſed etiam quũ cõmuni diuidundo, uel petitione hæreditatis agimus[n]: unde poſt omnes illas explicatur[o], quũ prius de ſimplicibus, q̃ꝫ de his quæ ad mixta pertinent, tractandũ fuerit[p]. Quapropter nec ex aduerſarij uoluntate ullam in ſe neceſſitatem habet, ſed poteſt actor utrã maluerit eligere, uendicare ſcilicet prius uelit, an agere ut exhibeat: idẽq; in interrogatorijs actiõibus dici poteſt[q]. Aeditio uero actionis neceſſitatem habet, tenet̃ enim actor ædere: quapropter cõcepta eſt rubrica per gerundij modum, de ædendo: quia gerũdia quandam qualitatem indicãt, & ſecundum uerbi uel præpoſitionis naturam reguntur. At in noſtro caſu propter præpoſitiõem De, & nullius uerbi actionem, perinde eſt ac ſi dictũ eſſet, quomodo ædi debeat: participiorũ futuri temporis in dus terminatorum exemplo, quæ id indicant, quod fieri debet[r]: unde dicimus, de liberis inſtituendis, uel exhæredandis[s]: qua ratione idẽ & de gerundio dicitur, cuius nominatiuus per oportet uel debet declaratur: ut quũ dicimus lubricum linguæ ad pœnam non trahendum[t]: uiuendum eſt recte, pacem petendum, & ſimilia à Grãmaticis accipienda: qua ratione & infra eſt titulus de ſatiſdando. tenetur enim reus ſatiſdare, indicatq; id rubrica, quæ inſtar prætorij edicti in Digeſtis, & hoc in Codice litigatores admonet, quid agere debeant.

Vnde & Perſius:

Excepto ſiquid Maſuri rubrica uetauit.

In inſtitutionibus uero (quo in opere non litigantes decidendarum controuerſiarũ cauſa Iuſtinianus, ſed legum ſtudioſos docuit) ſimpliciter dicitur de ſatiſdationibus: nempe eos admonens, quid de iure ſentire debeant circa ſatiſdationis effectum. Dixerit aliquis, actiões quidem æditionem neceſſariam eſſe, & præparatoriam, ſed minimũ eſt, quòd de ea hic tractatur[u], quum ferè omnes conſtitutiones de inſtrumentorum, actorum, rationũ æditione loquant̃, quæ omia ad fidem probationis potius pertinent, q̃ꝫ ad iudicij præcurſum[x]. Quapropter traditum eſt, etiam ſi inſtrumenti æditio ante litẽ cõteſtatam facta ſit, non tamẽ ullam fidem facere, niſi accepto iudicio iterum in actis producatur[y], & parti petenti dilatio contradicendi cauſa detur[z]. Sed his reſpondendum eſt, in edicto de actionis æditiõe actum[a], in cuius conſequentiã de inſtrumentis quoq; tractauit, ne æditiõis materia diuideret̃;

x.in l.ſcien | n princ.ff. | t.cog. | unoquoq; | e iudi. l.nã | ado. | ubi no.inf. | ib. | z.rubr.inf. | lega.et inf. | r.iud. | in prin.de | oblig. | ff.de inter. | leganter.§. | pbos.ff.de | ſt. | r.ff.de lib. | ſtb. | moſi.ff.ad | maieſt. | .edita.inf.c | quoniã cõ.ut | n conteſt.c. | ericis.de fo. | m.conſ.156. | onſi.322. | oſt.l 4.§.hoc | ff.dam inf. | .hic. | .ff.eo.

IVSTINIANI CODICIS LIBER Secundus.

RVBRICA.

DE AEDENDO.

IMPERATOR PIVS *Antoninus Aemilio.*

IPSE diſpice quẽadmodum pecuniam, quam depoſuiſſe te dicis, deberi tibi probes. Nã quòd deſideras, ut ratiões ſuas aduerſa

nec enim quæ natura ſui cõiuncta ſunt, ſeparari debẽt[b]: nãq; et pleraq; uidemus adiũcti cauſa cõcedi, quæ ex ſe non permitterent̃[c]. Addit Iaſon, non omino alienum fuiſſe de eis quoq; tractari, quũ & ipſorũ æditio præparatoria eſſe poſſit[d]: quoniam qui in libello mentionem alicuius inſtrumenti facit, illud ante litem cõteſtatã ædere actori tenetur[e]: quod & in ceſſionario reſpõſum eſt, qui inſtrumentũ ceſſionis confeſtim ædere debet[f]: quãobrẽ ut ex inſtrumento duplex eſt effectus, alter ut ante litem cõteſtatam ædatur, alter ut poſt litem conteſtatã rurſus exhibeatur probationis faciũdæ cauſa[g]: ita etiam duplicem habemus rubricã: hanc, itemq; infra de fide inſtrumẽtorum, in quam Iaſonis rationem ſunt qui argutias comminiſcantur, ſed nos otioſis diſputãdas huiumodi minutias relinquamus, quum, ut recte dixit Picus:

In ſteriles campos nolint iuga ferre iuuenci.

Idq; Martialis authoritate

IPSE DISPICE. Affirmabat Aemilius, depoſitam ſuã pecuniam eſſe apud quandam mulierem, exiſtimabatq; ex eius rationibus, ſeu inſtrumentis (nam et hæc appellatiõe rationũ cotinẽtur)[h] ſe eam conuicturũ, ſi modo exhiberent̃. hacq; cauſa Imperatorem libello adierat, ut exhiberi eas rationes iuberet, ſiue quia de cauſa depoſiti tractaretur, cui ſpecialiter in iure multa tributa ſunt: habet em̃ executionẽ in prõptu[i]: nec cõpenſatiõis, uel nõ numeratæ pecuniæ exceptione ſuſpendit̃[k]: ſiue quia affirmaret nullum ſibi aliũ ꝓbationis modum ſupereſſe, quo caſu aliquid de iuris rigore ſolet remitti[l]. Sed tamen reſpondet Antoninus, à iuris regula non eſſe recedendum[m], nec reum compelli debere, ut ꝓbationes ipſe aduerſario ſuo ſuggerat[n]: quod tamẽ ex cauſa quãdoq; concedit̃, quæ hoc caſu ſufficienter nõ ſubeſt: nam depoſito tũc indulgetur, quũ conſtat depoſitũ eſſe[o]: at hic adhuc non conſtabat, ſed res probatione indigebat: multa em̃ in caſu claro concedunt̃, quæ in dubijs lex non permittit[p]: unde quæ depoſito priuilegia cõpetunt, reſpectu ꝓbationis locũ non habent[q]: & quæ ex iuris regula tradunt̃, in eis quoq; obſeruari æquũ eſt, quæ aduerſus eam regulam ſpeciale priuilegiũ non habent[r]: quaꝓpter in cauſis quibus ſummarie & de plano ꝓcedi poteſt, nõ tamẽ reus actori ædet: itẽq; ſi quis ſola facti ueritate inſpecta ius cognoſcendi habea: nec em̃ hic rei ipſius ſecuritatẽ aduerſus æquitatẽ naturalẽ auferre debet[s]. Nec obſtat quòd aliæ ꝓbationes nullæ actori adeſſent: quia ei id imputãdum eſt, nec ideo cogẽdus reus, ut in necẽ ſuã tanquã Bellerophon ratiões exhibeat; ſi quidem ut carmi-

b d.l.2.ſtat.ho.
c gloſ.l.fin.inf. de pac.et l.iã dubitari.in uerb.exceſſus.de hæred.inſt.
d l.1.§.fi.ff.eo.
e l.poſtquã.§.dies.ff.ut leg.nom.
f Bal.l.qui ſtipẽdia.C.de procu.
g Fely.ca.1.col.pen.de prob.
h l.cũ ſeruus.de condi.& dem.l.prætor.§.1.ff.eo.
i l.pen.inf.depo.
k l.in contractib.§.ſed quoniã inf.de non num.pec.
l c.fi.de teſt.cog.
m l.qui accuſare.inf.eo.
n l.nimis graue.inf.de teſti.
o l.1.de his qui not.infa.et l.1.§.ꝑmittitur.quod ui aut clam.
p l.fi.ubi not.inf.de tranſact.
q arg.d.l.famoſi.
r l.in fraudem.§.fi.de teſt.mil.
s l.qui accuſare.inf.eo.Bar.in extrauan.ad repri.in uer.figura.

ne prouerbiali dicitur: Bis interimitur, qui suis armis perit[s]. Alioqui plerìq; hoc subuertentes, nullas tabulas rationum conficerent, ut in III. in C. Verrẽ actionẽ inq̃t Asconius Pedianus: aut falso cõficerent: debuit igiẽ unusquisq; tutus in re sua, nec inuitus cõpelli ad id exhibendum qđ suũ est[u], quod q; uel flãmis, si uelit, dare possit[z]. Quòd si lex Iulia publicorum iudiciorũ consanguineo permittit detrectare, quo minus in coniunctũ attestetẽ[a], quanto magis licere unicuiq; debet de re sua i sui damnũ nemini copiã facere testimonij? Sed quũ hæc ita sint, cur lex positiõibus etiã iurato respõderi iubet[b]? nõne reus in id adigiẽ, ut ꝓpria uoce, & indicio suo pereat? An quod plerìq; probãt, id tolleraẽ, quia quantũ sit ad rei cõfessionẽ, actor aliũde instructus esse nõ potuit[c]? An quod mauult Decius, quia facilitati suæ imputare debet, qui cõfiteẽ? Quod merito displicet, non em̃ quicq; ei imputandũ est, qui peierare noluit. Sed sciendũ, positiões consuetudine magis quàm iure inductas fuisse[d]: quũ alioqui iure nostro interrogatiões solum admittanẽ instruendi iudicij, nõ litis decidẽdi causa[e]. Inoleuit aũt hæc consuetudo ea ratiõe, quòd æquũ uisum est, licere actori, ut periculũ de rei uoluntate faceret, an citra alias ꝓbationes longiorẽq; moram bonã fidem agnoscere, & modum cõtrouersiæ imponere uellet[f]: quũ in confessum nullæ sint iudicis partes[g]. Quæ ratio in instrumentorum & tabularum æditiõe cessat, quæ non ex uoluntate rei, sed aduersus inuitũ petiẽ; nec controuersiæ imponit finem, quũ multa aduersus rationes deduci possint[h]; atq; ita ego sentio.

CAETERVM quòd in lege diciẽ, ex causa iudicis officiũ pertinere, ut quandoq; à reo æditionem actori fieri iubeat: uidendum est, quæ causæ sufficiant, et hæ ex infra scriptis casibus accipiendæ sunt. Primus est, quãdo quis teneẽ ædere ratiõe publici muneris, ut quia argentarius, uel nũmularius, cuius officij naturã alibi declaraui: horum aũt exemplo institutos tabelliones plerìq; censerunt[i]. Illud constat, per fœminã id munus exerceri non posse[k]: unde si in præsenti lege eius exemplũ quadrare uelis, necessario dicendũ est, hãc quæ conueniebaẽ, argentariã non fuisse, sed argentarij hæredem[l]. Sit igiẽ causa, quia argentario successerit ut ædere debeat. Oldra. Alber. Ias. mulierẽ hanc existimant argentariã per institorem procuratoremue, aut seruũ exercuisse[m]: quæ sententia ꝓbabilis est, quia mulieres ab huiusmodi officio remoueri uideñẽ, nõ ꝙ sint respectu effectus incapaces[n]. absurdũ em̃ esset id seruo cõcedi, quod fœminæ liberæ nõ permitteret[o]. sed quia conuenire earum uerecundiæ lex existimauit, ne personã suam hoc in munus publice exibeant[p]: quæ ratio in ea cessat, quæ per alium facit: unde uerisimile est Polam argentariã, quæ Lucani poëtæ uxor, etiam ipsa poëtria fuit, per seruos id munus administrasse[q]. Sed an hoc casu cuilibet petenti tenebitur argentarius uel notarius ædere? Et plerìq; hic cõiunctim requirunt mandatum interuenisse, & nostra interesse[r], excepto quum de æditione actorum agitur.

s c.1. de proba.
u l.3. §.pen. ad. exhib.
z l. in re. C. mãd.
a l. lege. ff. de test.
b c.1. & seq. de confess. in sexto.
c doct. ind. c.1. de prob.
d Bart. l.2. §.1. de iura. cal.
e l. de ætate. ubi Bar. de inter. act. §. qui interrogatus.
f Clem. sæpe. §. & quia. de uerbo. sig.
g l.1. C. de confes.
h Bart. l. nuda. de donat.
i d.l. argentarius. et d.l. prætor.
k l. pen. ff. eo.
l l. quædam. §. nihil. ff. eo.
m d.l. prætor. §. sed etsi.
n l. non licet. de contrah. empt.
o l. quod attinet. de reg. iur.
p l. quæ adulterium. C. de adult. c.1. de ui. et hon. cle. in 6. ubi Gemi.
q arg. l.1. in prin. ff. de uerb. obl.
r l. si quis ex argen. §. pertinere ff. eo.

ria tua exhibeat, id ex causa ad iudicis officium pertinere solet.

ea enim unicuiq;, quisquis sit cuius intersit, sunt ædenda[s]. Idem quum ei, qui petit ædi, concessa est talis instrumenti rescissio, ut ei qui querelam inofficiosi præpararet[t], uel in eo qui instrumentum per sententiam uel aliter infirmatum repetat[u]. In ultimis quoq; uoluntatibus propter præsumptã testatoris mentem omnibus ædendum est[x]. Sed & si instrumentũ de re mea prĩcipaliter scriptum est, tametsi nõ mandauerim, possum ratum habere, & æditionem petere, quod Aret. sentit[z]: uidetur enim mei causa, meoq; nomine factum, & hæc quidem communiter approbantur. Sed Bal. Romanusq; sufficere existimant, si petentis intersit, huiusq; rei fidem iureiurando suo ille fecerit[a]. lex enim simpliciter ædi iubet, quia meum quodammodo est, quod mei causa cõfectum est[b]: alioqui & quilibet priuatus, si mandatum accesserit, ad ædendum cogitur, ut mox dicam. Ego mandatum etiam in argentario requiri arbitror, ut ex eo edicto condemnari possit[c]: quia rationes inter alios uel parte absente confectæ, fidem nõ facerent[d]: nec cuiusq; interesse uidetur, si non & probari potest[e]: nulla igitur tali casu aduersus argentarium esset probatio[f]: quapropter si notarius stipulatus sit nomine cuiuscunq; intersit, non putarem ullam mandati quæstionem esse necessariam[g], eo scilicet qui ædi sibi petit ratũ habente[h].

Secundus casus est in eo, qui mandato meo scripsit, is enim quisquis erit, ædere tenebitur, etiam si mea non intersit[i]: sufficitq; uel tacitũ mandatum accessisse, cuius ex consuetudine præsumptio sufficiens accipi possit[k], siue ea consuetudo mandantis personã respiciat[l], siue mãdatarij[m], siue neutrius ipsorum, sed in uniuersum ita soleãt cæteri mercatores, ut Aretinus scripsit: quoniam idem uidemus in testamentis, in quibus fit interpretatio, etiam ex cæterorum testatorum consuetudine[n]. Sed id parum me mouet, quum enim mandatum ex uoluntate contrahatur, altero negante deficit cõsensus[o]. Vnde nõ tam facile in cõtractibus quicq; tacite actum præsumitur, quàm in testamentis[p]: in quibus testator nõ negat se cæterorũ consuetudinem secutũ. Quum igiẽ status hic coniecturalis sit, plurimum in arbitrio iudicis uersabitur. Præsumiẽ etiam mandatum, quũ me præsente rationes scriptæ sunt[q], quæ ad me pertineant, seu quas ꝓbabiliter mea intersit scribi[r]: ex quo generaliter deduciẽ quẽlibet negotiatorẽ, qui causa artis, quã exercet, rationes cõficit, ad ædendum compelli, quia cum eo contrahens mandasse illi uidetur ut scribat, & ita frequentissime traditum est. Contra Bald. Fulgos. Paul. Ias. & omnes ferè recentiores sentiũt: quum enim mandatum id tacitum ex præsumptione accipiaẽ, nõ est dubium præsumptiones ex uerisimili signo oriri[s], at hoc casu nulla est uerisimilitudo, quum mercatores & hodie & semp rationes suas in utilitatẽ instructionẽq; propriã conficiant, nõ ut alijs cõsulant[t], in suũ præsertim damnũ[u]. Quis em̃ credat nostra tantum tempestate solitos mercatores artis suæ rationes conficere, & non item fuisse etiã olim florẽtibus

iuris

s l.2. infr...
t l. si quis ... mauerit. ff...
u l. dissolu... de cõdic. c...
x l.1. qu... test. aper.
z arg. d. l... tor. in prin...
a d.l. quæd... l. thesauru... ad exhib...
b d.l. præt... princ.
c d. §. perti...
d l. nuda. ub... ff. de dona...
e l. duo. d... tut. Archi... §. iudicante...
f l. argenta... §. si. ff. eo.
g l. non a... de adopt.
h l.2. ff. rem... sal. fo.
i d. §. perti...
k Rom. l.3. ... furi. de iure...
l l. certi. §. ... mos. ff. si ce...
m l. uel uniu... rum de pig...
n l. si seruu... riũ. §. si. ff...
o l. an inutil... accept.
p l. quicqu... uer. oblig.
q l. qui pat... ff. manda.
r glos. in l... neg. gest. ff...
s Bal. in rub... de proba.
t l. cum de in... bito. de proba...
u l. quod fui... supra de leg...

iuris nostri conditoribus? quum ex Cicerone, Asconio'q; Pediano, aliis'q; authoribus constare possit, solitos ueteres ratione totius uitæ suæ p singulos dies scribere, & tamē Iurecōsulti de solis argentarijs, itē'q; nūmularijs meminerūt, quia eorū ministeriū publicam habet causam, et principalis hæc est eorū opera, ut actus sui diligenter ratione conficiant[x]. Sciendū em̄, solitos ueteres pecunias suas apud argentarios depositas habere, qui eas ex eorū uoluntate fœnori dabant, rationes'q; cōficiebant; erat'q; id publicum quoddā ministerium ad eos pertinens, tam qui darent, quàm qui acciperent mutuaticiam pecuniama: lioqui si uere publicum & ciuile munus fuisset, per seruum geri nō potuisset[y]: & Prætor in edicto ipsorū dominorum, non aūt exercitorum mensæ mentionem fecisset[z]: qua ratione & Cicero III. off. argentarij munus omnibus ordinibus gratiosum esse dixit. Vnde apparet longe aliam esse mercatorum nostri temporis conditionem, qui in sui utilitatem tantū rationes cōficiunt, nec principale munus in scribendo exercent, quū si sola libros cōficiendi consuetudo sufficeret, nec in ipsis quidem argentarijs mandatum requireret, quod tamen lex generaliter necessarium affirmat[a]: nec speciale in usurario, siue secretò, siue manifestò esset, quē lex pontificia solum ad ædendum cogit, quū de usuris agit[b]: quum alioqui & ex generali regula, & ex omni causa propter morem scribēdi ædere debuisset.

Putarim tamen, quum hæc omnis quæstio ex præsumptione taciti mandati oriatur, plurimū cōiecturis uerisimilibus tribuendū esse, & si huiusmodi negotiatores consueuerint à principio iurare, recte atq; iuste artem suā exercituros, p publicis personis accipiendos[c]: idem si uerisimile sit de scriptura cōficienda fuisse eos ab ipso cōtrahendo rogatos, ut quia tunc eius interesset tabularum fidei rem cōmendari, nec aliud sensisse huius sententiæ authores credibile est, dū fatent rationes quidem exhibēdas, sed schedulas, quas domi & secretò retinent, pro sua instructione nō exhibendas[d]: non em̄ in eis cōsuetudine quicq; innouatum uideri potest, quū aliàs dubium nō sit, rationum appellatione nō tabulas tantum, aut codices, sed & calendaria & diaria, seu ephemerides, & aduersaria cōtineri, item'q; si qua in palimpsesto, seu deleticia charta, aut opisthographo scripta sunt[e]. Tertius casus est in usurario, cuius odio lex induxit, ut cogat ædere, dū tamē de usuris ipsis cōtrouersia sit[f]: idem'q; si de re cōnexa[g]: ut quia usurarius sortē sibi restitutā neget, quod recepta soli fœnori imputauerit[h]. Sed an idem in Iudæo sit? & aiunt idē esse, quia uerba legis generalia sunt. nō em̄ debet melioris cōditionis erga orthodoxū esse Iudæus, quàm quilibet, tametsi īprobus, Christianus. Quid in publicanis? & Bal. Alex. atq; alij idē esse aiunt, qa eadem uidet ratio[k]: id'q; & Decius probat. Sed Pontanus, Ias. Aretinus'q; cōtrà, qbus nos assentimur, dū licitorū uectigaliū cōductores sint, nullum em̄ in eis est delictū, honestus'q; censet moribus nostris publicanorū ordo, quod & M. Cicero quādoq; attestat: consistebat em̄ ex equitibus Romanis, unde & lex nostra indulgendū publicanis putat, fauorabilem'q; esse uectigalis causam[l]: tametsi eorū familias, quas factiōes uocat, suspectas habeat[m] Tertullianus in apologetico. Quū boni, quū probi cōgregantur, factio nō est, sed curia. merito igit ex hoc capite nō cōpelletur publicanus eiusue exercitor ædere. Sed quid de nauta, caupone, stabulario? & Baldus, Alexander'q; idē quod in usurario arbitrant[n]: lex em̄ aduersus hos nō parum præsumit[o]. Idem sentit Picus de Parocho, seu hospite, qui scholasticos in contubernium recipit, & trophematis seu nutriticij causa certā summā habet. existimat em̄ cum eo utiliter ex edicto Prætoris, de cauponibus loquente agi posse, si lucri causa cauponariū negotium principaliter exercet, alioqui caupone non censeri, sed præscriptis uerbis agi. uidet em̄ ei datum ut faciat, id est alat[p]. Ego aūt si quis cœnacularia faciat, id est, ut uulgo dicimus, cameras locet, etiam ex conducto teneri arbitror[q]. Sed uerius mihi uidetur, horum neminem ad ædendū teneri, quū ratio edicti sit, ne cū furibus in damnum eorum, quos recipiunt, hi coeant[r]: quæ nihil commune cum instrumentorum æditiōe habet: nam & usurarius non propter odium personæ solum, sed & ppter fraudes, quibus ueritatem dissimulat,[s] ædere cogitur, quæ rationes in hisce alijs non procedunt. Sed quid in usurario, qui fœnus exercere desierit? Et responsum est adhuc teneri[t]: nisi quum constat omnino usuras ab eo restitutas, tunc tanquam omni abolita macula non teneretur[u]; quod Baldus recte sensit[x].

Quartus casus est in fisco, quod nos alibi diffusius attingemus[y]. Procuratori em̄ fisci agenti ex causa nūmaria, à reo ædendū esse tradunt[z]: in capitali uero secus est[a]: quod & Alex. respondit in pœna pecuniaria, quæ ex delicto debeat, nec em̄ tunc ædendū est[b]: quæ sententia humanior uidet. Exemplo fisci idem & in ecclesia existimatum à plerisq; est[c]: uel quū de fauore matrimonij, aut dotis[d], aut alimentorū agitur. Pro libertate quoq; idem responsum est[e], & pro studio[f], pro miserabilibus psonis: non em̄ minus his causis debet īdulgeri quàm fiscalibus: quod intelligendū, quando pbationum copia aliter haberi non potest[g]: ut quibusdam uisum est, ne facile hæc priuilegia extendamus[h]. Sunt & qui putent, in casibus, quibus specialiter receptū est, ut serui cōtra dominos torqueant, teneri reum actori ædere, quod lege sequenti attingemus.

Quintus casus est, quādo ipse reus eius rationibus in iudicio uteret[i], tunc em̄ etiā actori teneretur ædere: unde nos admonet Paul. Castr. quòd si reus in iudicio titulos aliquos, seu particulam rationis ædat, potest actor petere, ut integer codex ædatur, & cogetur reus etiā his, quæ aduersus se faciunt, stare: quod Picus asseuerat, etiā si protestatus sit, se in his tantum articulis & nominibus producere, unde adiuuari possit, nō unde sua intentio subuertat: uis em̄ probatiōis à iure publico, nō ab eius ptestatione pendet[k]. Sed mihi uerius uidetur, nō integrū codicem exhibere eū teneri, sed ratiōes tantū illis, quas ipse ædidit cōnexas[l]: nā & qui in sui fauorē aliquas rationes approbat, ea quoq; approbare cōpellitur, quæ eis annexa sunt[m]: quæ uerò separatis capitulis continentur, non censetur approbasse[n]: quod & eleganter quodam responso Fulgos. Signorellus'q; censuerunt[o]; ubi & quæ cone-

rgētarius
od attinet.
rætor. in
ertinere.
. §. cæte-
usur.
quædam.
nularios.
n
& Can.
. eū quo-
tæ. de bo.
. tab.
l. 1. §. cæ
quis ex
. rōnē.
. §. fin.
ntæ. de
e. publ.

m d. l. quæm
n Bal. in d. l. dissolutæ.
o l. 1. nau. cau. stabu.
p l. naturaliter. de præs. uer.
q l. si uero. de his qui deie.
r d. l. in princ.
s d. Clem. 1.
t l. prætor. §. in etiam.
u c. cum tu. de usur.
x in rub. j. de usur.
y l. iustum. j. eo.
z l. 3. ff. eo.
a l. 2. §. diuus. ff. de iur. fis.
b Alex. cons. 132. in 1.
c l. fi. l. priuilegia. sup. de sacr. eccle.
d l. 2. j. de priu. fis
e l. sicut datam. j. de lib. cau.
f auth. habita. j. ne fil. pro pat.
g d. l. 2. uers. si uerum.
h Abb. in d. c. 1.
i d. l. 1. §. ædēda.
k gl. in d. l. 1. §. æditiones
l d. l. si quis ex argentarijs. §. ratione. in fi. Bar. in l. aurelius. §. idem quæsijt. de lib. leg
m l. publica. infi. ff. depo.
n Bar. d. l. quædā. §. nummularios.
o consil. post tractat. Ang. de maleficijs.

 nexa

nexa existimari debeant subtiliter docent. Sextus casus est, quando actor prætenderet ius sibi competere ex aliqua causa sup illis rationibus, ut quia probaret iure dominij ad se ptinere[p]; idem si asserat sibi cõmunes cũ reo esse[q]: uel iure administratiõis sibi tradendas, ut cũ episcopus ab hærede decessoris sui rationes ad ecclesiã spectãtes postulat[r]: idẽ ĩ eo q causam à reo habuerit, ut si emptor ꝓ defensiõe bonorũ petat à uenditore copiã sibi ĩstrumẽtorꝝ fieri[s], uel creditor ꝓ euictiõe pignoris à debitore, & uiceuersa debitor à creditore[t]; idẽ in legatorio, q exhiberi ĩstrumentum authoritatis ab hærede petat[t]. Huc pertinere potest etiã quũ cliens, quẽ uasallum uocãt, uel emphyteuta à dñis conueniunt, ut fiduciarij, ꝑpetuarijue iuris instrumentorꝝ, copiam faciant. receptius em̃ est eos teneri[u], dum cõstet uasallum uel emphyteutã esse[x], quod aliqui inductum potius existimant, quia tali casu uidetur reus nõ ad originem intentionis fundandã ædere, sed ad cõfirmandam tantũ: quòd si iuratus se instrumentũ nullũ habere affirmet, certa'q; bona nihilominus designet, nõ uidetur ulterius inquietandus[y], alioqui eo nõ iurante, oĩa bona præsumerent emphyteutica[z]. Cæterum ex natura quoq; contractus quis ædere tenet, quũ scilicet rationes cõficere debuit, ut in socio, tutore, negotiorum gestore[a]. de quibus infra dicemus: eũ quoq;, qui fratris minoris bona administrauit, ad cõficiendas, ædendas'q; rationes teneri respõsum est[b]. Sed hæc oĩa magis iure actionis exhibentur, quàm officio iudicis, de quo lex nostra loquitur, qua de re infra disseram. Septimus est, quũ actor ædi sibi petit, nõ ad intentiõis originem fundandã, sed ad replicationẽ inducendam[c], uel simpliciter adiuuãdam, & ita sentiunt omnes[d]: facilius em̃ quod iã factũ est confirmat, quàm a principio possit induci[e]: quapropter si probauero mutuauisse me tibi pecunias, id'q; recte cõstet, potero ut earũ quantitas appareat petere rationes tuas ædi[f], quod & Decius sensit[g]. Sed quid si actor semiplene (ut uocant) solum ꝓbasset, nunqd poterit causa adiuuandæ intentionis reum ad ædendũ cogere? Et posse quidam prædicta ratione arbitrati sunt[h]: & quia talis ꝓbatio ueritatis ꝑscrutandæ fauore, per iuramentum actoris suppleri potest[i], ergo multo magis tolerandum, ut ad æditionẽ reus compellatur: quũ difficilius in causa propria alicui credendũ sit, quàm cogendus ad ædendũ reus. Baldus tamen, quẽ cæteri sequũtur, contrarium tradidit, quoniã iuramentũ facilius cõceditur, quod potest utriusq; patris fauorẽ respicere, quàm æditio, quæ à reo in utilitatẽ actoris solum fieret[k]: quo argumento credi posset, si actor ꝓtestetur se eis rationibus tã pro se q̃ aduersus se staturũ cogi ad ædendum debere, & sic dissidẽtes hasce opiniones cõciliandas: nec me mouet, quòd de seruis in dominos queri non potest, etiam si indicia urgeant, & semiplene probent[l]: quia difficilius cõcedendum est, in caput dñi torqueri seruos, q̃ in ciuili causa rationẽ ædi[l]. Sed quid in iudicijs duplicibus, in quibus uter'q; est actor & reus[m]? Et receptũ est, semp ædendũ[n], ut mutuo se adiuuent[n]. Sed quid in eo, qui cõpensationẽ actori obijcit? Et quatenus sibi est petitum, uidetur reus, & ideo actorem ex regula coget[o], tantum abest ut ipse illi ædere debeat. Si uero amplior sit summa ex qua cõpensat, quatenus excedit, ꝓ actore est, & ideo quantũ sit eius partis respectu, inutilem æditionis petitionem arbitrarer, atq; ita Baldi sententiã interpretor[p]. Octauus casus generaliter traditur, quoties iudici ex aliqua causa æquũ uisum fuerit, ad quẽ casum rectius est nostræ cõstitutionis uerba referre, quã ad prædictos, qui iã decisi determinati'q; sunt, quos utiq; sciuisset Imperator recensere, si de eis intellexisset, quare melius est, ut generaliter accipiamus, quacũq; de causa arbitrio iudicis, nã & ipsi Argentario denegatur æditio, quũ in propria lite ex se ipso instrui debeat, & tamẽ ex causa ei quoq; arbitratu iudicis ædi oportet[q]: erit aũt iusta causa, si actor iurauerit se calũniæ causa æditionem nõ petere[r]: & aliquibus cõiecturis docuerit instrumenta se, uel respõsiones amisisse, nec aliunde habere posse, quàm reo ædente[s]: uideretur em̃ hoc casu ueritatis inquirendæ fauore (qui alioqui solus nõ sufficeret) subesse æquitatem, qua iudex ex officio ad priuatam utilitatem moueatur[t]: ædi'q; à reo iubeat, sufficiet'q; amissionem ex cõiecturis ostendere, accedente dein iuramento[u]. Absentia quoq; actoris iustam causam præstabit, compellitur'q; reus ad ædendum, ut Alexandro ferè uisum est[x]: quia absentis partes supplere iudex potest[y]: in quo pleriq; recte dissentiunt, quũ nec ipse actor præsens id foret obtenturus. Vnde ego arbitror, iustiorem causam esse, si iudex ex qualitate ꝑsonæ moueatur, ut quũ agricola literarꝝ ignarus se locatoris ratiões secutũ affirmat, eas'q; ædi petit, quod Picus recte existimat. Sed & quid si allegem me mutuasse Titio amico meo centũ, cum quo adeo iungebar, ut uerisimile sit nullam me ab eo petijsse cautionẽ, is'q; decesserit, & ab hærede petã ædi eius ratiões, qbus me staturũ ꝓfitear: nã quũ lex ex causa ædi iubeat, q̃ æquior excogitari potest? nõ em̃ de solius ueritatis inquisitione hic agit, sed de defuncti quoq; exoneratione[z]: quẽ ꝓ amicitia uerisimile est morẽ mihi gestum uelle[a]: alioqui mali exempli res erit, nemini'q; fidendũ esset, Timoniano'q; quodam more humanitas oĩs exuenda. At nemo cogendus est aduersus se ædere? atq si testatoris ipse hæres animum ita representaret, sicut ꝑsonam lex fingit[b]: sponte eas tabulas amico obtulisset, siquidẽ, ut ingt Isocrates, nõ solum defuncti substantiã tueri hæres debet, uerũ & amicos, cuius rei etiam Menedemi philosophi extat exemplũ, & C. Plinius ad Albiniũ epistolarꝝ li. VI. id uulgò nõ obseruari cõqueritur. Sed an iusta ad ædendũ causa sit, ne qs in peccatũ incidat ex instrumẽti suppꝛessione? Et aiũt esse, ĩ diuino foro[c]: qđ nõ diffiteor, si ꝓbetur affectã reo hac ex causa conscientiã esse[d]: ut qa sciat se debitorẽ: q̃ ꝓbatio difficilis est[e]: quũ possit ille regulæ legis ꝓbabiliter adhærere, q̃ eũ creditorẽ esse nõ cẽset, q ꝓbare nequeat: obliuiscimur em̃ quãdoq;, nec oẽm solutionem ratiõibus adscribimus, qua de re eius iureiurando standũ esset, quũ hæc ꝓbatio in foro cõscientiæ sufficiat[f]. In facto autem proprio non esset credibilis excusatio æris alieni à se contracti ignorantiam allegantis[g]. Illud sciendum, licet suprascriptis octo casibus æditionem fieri ostenderimus, non tamen id perpetuum esse, sed

p l. 3. §. interdũ. ad exhib.
q l. procurator. infr. eo.
r Paul. de Castr. cõs. 226. in 2.
s l. Titius. 2. l. creditor. de act. ẽp.
t l. fi. de pig. act.
t l. instrumenta. infr. de fideicom
u Ias. l. 2. infr. de iur. emph. 15. q.
x gl. c. 1. §. illud de prohib. feud. alien. per Fed. et in l. 2. in uerb. iurata. c. quãdo et qbus quarta pars. lib. x.
y gl. in d. l. 2.
z c. uasallus. 1. ubi Doct. si de feud. fuer. cont.
a l. quædã. ff. eo.
b Socy. cons. 213.
c l. fi. infr. eo.
d arg. l. qui cõcubinam. §. 2. de leg. 3. pe. §. fi. ff. ad l. Falc.
e l. si donatæ. §. si spõsus. de dona. in. uir. & ux.
f arg. Bart. in l. admonẽdi. coll. 9. de iureiur.
g d. c. 1.
h Guil. in l. ædita. But. d. c. 1.
i c. fi. de iureiur.
k c. 1. et 2. de confess. in 6.
l l. fi. ff. de quæstion.
l l. fi. inf. de quæstion.
m l. in tribus. de iudi.
n Bald. l. instrumenta. C. de fid.
n l. 2. C. quãdo et quib9 quar. pars.

o l. non ... eo.
p in d. l. ...
q d. l. fi ... arg. §. ...
r l. 3. § ... iureiur. ...
s Rot. d... munis o...
t l. plan... hæred.
u l. thes... exhib.
x l. fi. in...
y l. am... princ. d...
z arg. ... de usur. ...
a §. nos ... auth. de ...
b in au... à mor. ...
c Doc. in...
d c. ueni... cto. de ...
e l. quid... larum.
f Bar. ... uag. a... uer. den...
g l. fi. f...

sed quandoq; aliter diiudicandum, ut quum ille, à quo petitur, semel ædiderit, non em̃ iterum nisi ex causa cōpellendus est, ut quia casu fortuito amissæ sint hæ rationes[h]: quod intelligēdum in eo, qui aliàs cogi potuit. Si em̃ quisq; sponte sua, quũ ad ædendum nullo iure teneret̃, sibi semel ædiderit, non ideo cōpelli amplius poterit, quũ satis sit tibi uel in paucis amici labore cōsultum fuisse[i]: nec actus suapte natura uolũtarius, prolixiorem obligationē inducat, quàm ex ea actum sit[k]: & ita receptũ est in eo, cui tertius aliquis semel ædiderat, nō em̃ cogi amplius poterit[l], nisi aliqua eius culpa arguat̃[m]. Sed et à quibusdam traditum est, ita demum ædendas rationes, si hæ fidem faciant: & ideo quando mercatorum codicibus fides non præstaretur, non tenerentur illi ædere, ut Aretinus existimat[n]: quæ sententia plerisq; displicuit, quia quæ rationes plene nō probant, rem tamen in cōiecturã indiciumue deducunt: eademq; ratio in parte probationis est, quæ & in toto[o]: imò facilius tolerabit̃ æditio, quæ modicum præiudiciũ faciat, quàm quæ omnino damnosa sit. Sed hæc quidē hactenus. Sup est ut uideamus, quo iure æditio petatur: & lex nostra ostendit persequutione, seu officio iudicis id expediri: sic & lex ait, ad officium iudicis pertinere, ut exploret rationes defuncti, iubeatq; ab eo ædi replicationis adiuuandæ causa[p], nã & prætor in edicto: Causa, inquit, cognita ædi iubebo[q]: quæ uerba ad iudicem referuntur. merito igitur cōmuni sententia existimatum est, officio iudicis id explicari[r]: censuitq; Bart.[s] id officium non mere in personã, sed quãtum sit ad singularem successorem, instar cuiusdam rei uendicationis inductum esse opinor, quia ratio edicti est, quoniã quod mei causa confectum est, meum quodãmodo instrumentum censetur[t]: alioqui in personã tantũmodo cōpetere dicendũ esset[u]: hocq; casu quorundam opinio defendi posset[x]. Alex. tamē existimauit actione in factum fieri æditionē, tum quòd ex edicto regulariter actio in factum datur[y], tũ quod uerba edicti partē ipsam respiciunt: ait em̃, Argentarij ædere debent[z]. Sed hæ rationes procederent, si uerba ad eum referrentur, cui actus explicandus est, uel præceptiua essent, quorum neutrum in hoc casu est, quum simpliciter enuncient, quid debeant Argentarij facere, unde solo iudicis officio cōpelluntur: quòd si post iussum non fecerint, tunc dubiũ nō est in factũ agi, quatenus petentis interest[a]: qui em̃ solo iudicis officio teneatur, ante nō est in mora, q̃ in iudicio sit interpellatus: iussumq; deinde ut ædat[b]: & ideo lex metu actiōis inquit ædendum[c]: quia postq̃ decreuit prætor ædi, deinde aduersus non parentem agitur ad pœnam, ut id præstet̃, quod interfuit tpe decreti[d]. Sed quũ Argentarij & Notarij nō nisi ex mandato cōfectas rationes ædant, cur nō potius mandati agit̃? Et tradunt ideo nō agi, quia ex natura officij sui tenent̃ ratiōes uel instrumenta cōficere, mercedemq; possunt accipere: q̃ oĩa mandato non cōueniunt[e], quod uoluntarie gratuitoq; suscipit̃: quod si maxīe demus sponte eos liberaliterq; suscepisse, quũ tamen cogi possint, necessitati potius imputamus[f], non tamen perpetuũ est, æditionem ꝑsequutiōe (quã officiũ iudicis nobile uulgò appellant) expediri. Atqui aliter atq; aliter quibusdã casibus prouidetur, & in primis mercenario officio iudicis quandoq; æditio petitur, quũ scilicet incidenter petitur, ut quia de eorũ instrumentorũ æditiōe agatur, quibus se usurum litigator affirmauit[g], quod & de actis fatentur oēs. Sed & si æditio causa replicationis postuletur, idem iuris esse aliqui censuerunt[h], quia quæcunq; iudicio incepto fiunt, officio iudicis, quod mercenariũ uocant, expediri solent[i]: quod & dicendũ uidetur in ea æditione, quũ actor facere cōpellitur, ut rei exceptionē fulciat[k]: idem & Baldus Ancharanusq; hac in specie tradiderunt[l]. Deposui penes priuatã personã rem meã, mandauiq; ut depositũ id rationibus suis cōmendaret, agam depositi, in cuius actionis sequelã coget iudex mercenario officio mihi ædi. quũ em̃ depositũ sit causa mandati, ex principali ipsa actiōe, seu officio illi subseruiente, nō ex mandato agendum erit[m]: quod si mandatũ à principio ex causa alterius cōtractus non producatur, tunc secus: mandati em̃ iudicio experiundum esset, ut hoc exemplo, quod recte & humaniter Picus affert. Solent agricolæ, quũ dño colonarium seu pensionem soluunt, rogare, ut in codicem rationum eã pecuniam referat: quòd em̃ ipsi, ut plurimum artem scribendi nō teneãt, dominicis rationibus cōfidunt: cōpellentur igit̃ locatores ædere actiōe mandati. sentitq; id Bar. Aret. Decius & cæteri, dum in eo, qui mandatũ suscipere nō cogitur, si factum proponatur, actionem mandati locũ habere affirmant[n]. Rursus petitur æditio per actionem, quãdo quis rationē uel instrumentũ iure dominij peteret, ut quia in sua charta descriptum esset, quo casu ad exhibendum ageretur[o]: quandoq; & in factum agitur actione generali, quæ ex æquitate à prætore datur[p], ut quum uxoris meæ seruus, rationes meas aliena in charta scripsit, dominusq; chartæ retinere eas iure materiæ ad se spectantis uelit[q]: iniquum id est, & actionis in factum ope emandandum[r]. quod & Alb. existimauit, licet Accurs. nō aliter agi in factũ eo casu à me posse crediderit, q̃ si mandato meo seruus scripserit[s], quod uerbis iureconsi. non quadrat. Sed cur actio ad exhibendum generaliter non datur, quoties nostra interest rationes ædi[t]? Et quidam dixerunt, ne edictum prætoris ad hunc titulum pertinens, superfluum redderetur[u]: cui sententiæ consequens est, quod Bald. Paulusq; tradiderunt[x], quibus casibus edicto nō sit locus, ut quia nullũ accesserit mandatũ, si tamen petētis interest agi in factũ utiliter loco actionis exhibitoriæ posse. Ego cũ pluribus aliud censeo[y], Albericiq; sententiã sequor, & actionē ad exhibendũ etiã si intersit dari nō arbitror, nisi quũ nostra interest ob ius quod in re possessioneue eius nobis cōpetat, uel cōpetere possit[z]. Finge igit̃, Titius ꝓmisit mihi centũ si Sēpronius talis ratiocinij librũ habeat, potero ne cogere ut exhibeat? mea em̃ ĩterest exhiberi. Et nō puto, quũ liber nec meus sit, nec mihi debeat̃, nec ius aliqđ in eo re uel spe habeã[a]. Quare solũ superit, ut cogere Sēproniũ possim, ut testimonij dicēdi causa ĩ iudiciũ ueniat[b]. debebitq; prius admoneri, ut ea ratiocinia ꝑlegat, q̃ dictorũ suorũ rationē idoneã afferre possit: ad iusiurandũ em̃ non nisi meditatò, & summa cũ diligentia deueniendum est[c], & hæc in contractibus ꝓcedunt.

Quum

g d.l. 1. §. ædenda.

h d.l. fi.

i l. ædiles. §. item sciendum. de ædi. edict.

k l. non est nouũ. infr. eod.

l Bal. hic Anch. in d. cle. 1. §. cæterum.

m l. 1. §. si te rogauero. ff. de po.

n d.l. quædam. in prin.

o l. 2. §. pen. ad exhib.

p l. quoties, de præscri. uerb.

q §. literæ. inst. de rer. diuis.

r d. §. pen.

s Alex. in d.l. quædã. in prin.

t d. §. pen.

u Iac. but. Saly. & Mod. hic.

x d.l. quædam.

y Alex. cōs. 58. in 1.

z d.l. 3. §. item sciendum. uers. plus. & seq. & uidetur casus in l. pe. ff. eo. ad exhib.

a Cy. in l. instrumēta. C. ad exhi.

b l. si quando. C. de testi.

c c. ex rescripto. de iureiu.

n. & l.
sfr. de si.
. infr. de
ntariæ.
ut.
audē. §.
ur. fis.
tuus. ff.
§. num
de tota.
, uend.
. §. fi.
tis ex ar
rætor.
si soror.
la.
§. cato.
. de uerb.
etor.
. si ter
quis. de
re.
r Ar. t.
cato.
prin. C.
quē fa.
fi. inst.
etor.
pris ex
rijs. §.
licto.
ostulas
dam.
edam.
. infr.
nd. l. 1.
de pro.
sime. qd
uelle. de

Quum uero ex ultima uolũtate æditio petitur, ad interdictũ de tabulis exhibendis remittimur, eius distinctione obseruata[d]. Cæterum actionis ope tum quoq; petitur æditio, quũ reus iure cõtractus rationes cõficere tenebatur[e], ut in tutore, socio, negotiorum gestore, & similibus[f]: hi em̃ ex natura officij ad rationes obligantur: quas si minus fecerint, nihilominus côueniuntur, & aduersus eos ĩ litem iuratur[g]: nec refert an expressum mandatum præcesserit, quũ ex natura actus teneantur[h]: sicut & negotiorũ gestor, uel institor, quẽ uulgò factorem uocamus[i]. Idem in actore quẽ curator adolescentis cõstituit, & is em̃ ædere tenetur[k]. Idem in patruo, qui nepotis ex fratre bona administrauit[l], & fratre maiore, qui fratris sui minoris res ꝓcurauit[m]. Idem'q; in socio publicani, qui telonium exercuit[n]: hi em̃ omnes tenentur ad codices faciendos: nec eis credendũ esset, si nullas se rationes habere affirmarent, sed in eos iurari in litem posset, quod & Bald. respondit[o].

d d.l.2. in fi. ff. quemad. test.
e l.1. §. officio. ff. de tut. & rat. distr.
f d.l. quædam.
g l. pen. ff. de in lit. iur.
h Ias. l. si hæres, in prin. de condic. ob cau.
i Socy. consil. 192. in 2.
k Barb. consi. 91. in 3.
l Comen. cons. 87. Dec. 179.
m Socy. d. consil. 192.
n Ang. consil. 286. col. 2.
o Bal. consi. 152. in 3.

IMPP. SEVERVS & Antoninus Augg. Fausto.

IS, apud quem[a] res agitur, acta

IS, APVD QVEM. Varijs modis exponitur, de quo accipiantur hæc uerba, id est cui æditio fieri debeat. Et ueteres aliqui dixerunt, ipsi iudici faciendam, siue ordinarius sit iudex causæ principalis, sed acta coram decessore suo gesta sint[a]: siue iudex sit delegatus, & acta corã ordinario facta fuerint: uel è conuerso[b], siue iudex appellationis sit, cui exhibendum est, quicquid in prima causa deductum est[c]. Sed Socynus generalius intelligit, etiam de actis coram eodem iudice descriptis, propter em̃ negotiorũ multitudinem, si oblitum se affirmet, quid corã se fuerit actum, poterit Notario mandare, ut integrũ processum ad se deferat: quæ res nullã unq; dubitationem habuit, quinimo temere faceret iudex, qui tã memoriæ suæ fideret, ut acta inspicere auersaretur. Alij de æditione, quæ ipsi parti fieri debeat intellexerunt, ut si actor, qui diu abfuit, uelit eorum certior fieri, quæ aduersus se gesta sunt[d], uel si petat attestationes in causa receptas apiri, copiam'q; sibi fieri[e], uel quod Paulo Castrensi placuit, quum petit integrum sibi processus omnis iudiciarij uolumen patefieri, quia aduocatum suum consulere uelit[f]: addit Purp. cum actor in alia causa litigat, & falsi conuincere aliquem reum intendit, id'q; ex originalium curiæ regestorum, quæ à Notarijs extorquere non poterat, ostensione se probaturũ sperat: exhibebuntur em̃, legẽdi'q; copia ei fiet, quæ exhibitio à traditione exempli multum differt[g]. Alij de æditione intelligunt, quæ non à iudice uel à parte (quippe id sine dubio est) petitur, sed à tertio aliquo. cui non uidebatur ædendũ, quia ipse nõ mandauerat[h], & tamen hic deciditur unicuiq; ædenda acta cuius intersit. quum enim iudex ꝑsona sit publica[i], sufficit eo mandante acta esse cõfecta, aiunt'q; sic maiores nostri, & prædictos omnes intellectus, ceu iure ueros comprobant. Videamus, ne hic ultimus uerus non sit: non enim inter rationes instrumenta'q; constituenda temere est ab actis differentia[k]: quum plerunq; lex ea iungat, & aliud pro alio assumat.

a l. mortuo. de iudi.
b auth. ad hæc infr. de iud.
c l. ne causas infra de appell.
d l. properandũ. §. & si quidem. infr. de iudic.
e l. 2. supr. ut li. pen.
f c G. perpetuus. de fi. instr.
g Paul. de Cast. d.l. quædam.
h d.§. pertinere.
i l.1. §. huius. de iust. & iur.
k l.1. de fid. instru. ff.

Vnde & uidemus, quòd sicut reus ædere actori instrumenta non tenetur, ita & fiscus, qui in priuati locũ successit, acta in eius bonis reperta non ædit, nisi recepta cautione, ne is, cui describendi sit potestas, aduersus se uel rempub. hisce actis utatur[l], quod Iureconsul. refert, regulam prius à se scriptam declarando, qua tradiderat, ex bonis ad fiscum delatis instrumenta & acta postulãtibus reddi debere. nec apparet aliqd specialiter fauore fisci eo ĩ loco statui[m]. nec nos multũ mouet hæc constitutio, quæ de actis publicis, id est ad rem pub. pertinentibus solum loquitur, quod infra declarabimus: nec em̃ apud iureconsultos, ueteres'q; Impp. uox hæc aliter fermè accipitur. Sed & ratione legis sustineri cõmunis sententia uix potest, quamuis em̃ iussu iudicis acta cõficiunt, hoc tamen fit instante parte, eius'q; respectu restringitur mandatum[n]: alioqui & Notarius instrumenta ædere unicuiq; deberet, quũ non minus publica persona sit q; iudex[o]. Putarim igitur Notarios ad eorum tantum actorum æditionem cogendos, quæ uel mandato petentis facta sunt, uel publicam utilitatem respiciunt: ut si qua in causa publici iudicij, ut falsi, homicidij, parricidij scripta sunt[p]: idem quum quis cõmunione fidelium eiectus seu excõmunicatus est[q], qui em̃ aliquo in loco abominabilis sacer'q; est, is ubiq; pro scelesto est[r]: partem uero ipsam nõ cogi ut acta cuiq; exhibeat, si de re priuata sint[s], nisi is sit ad quẽ exemplaria ipsa, id est originalia fortè peruenerint, tunc em̃ sicut in cæteris instrumentis causa cognita ædet[t], id'q; & Dec. & Socy. probant. Alij tamen crebriore calculo ultimum intellectũ sequũtur, & generaliter absq; causæ cognitione actorum æditionem unicuiq; cuius intersit, faciendam existimant[u], id'q; quocunq; in iudicio, siue ciuiliter siue criminaliter agatur, & quocunq; in tempore, id est in qualibet iudicij parte[x], item'q; non semel, sed quoties opus fuerit[y], quum tamen instrumenta raro ultra quàm semel, & non nisi certo tempore ædantur[z], & hæc omnia dum mandatum iudicis accedat: quũ em̃ acta nisi iussu eius cõfici possint[a], consequens est, ut absq; eius authoritate nec ædi quidem debeant[b]. Sed an uerum sit, absq; eius mandato ædi non posse? Et Aret. Iason'q; posse arbitrantur per actuarium, quem ipsi Notariũ abaci uocant: qua in re crebrior sententia reclamat, tum quia Notariorum simplex munus est scribendi, tum quia lex nostra iussu iudicis ædi indicat, uerba'q; ad eum refert, ut appareat eius officium implorandum esse: quapropter usu uidemus solere iudices, ut morem hisce tabularijs gerant, à principio generaliter eis mandare, ut quæcunq; acta accipere, exhibere'q; possint[c]: cõmentarienses tamen & censuales, quòd archiuis publicis præsint, ipsi absq; alio iudicis præcepto regestorum suorum exempla exhibent, id'q; iure eis permittitur[d]. Sunt tamen quidam casus, quibus nec acta quidem ædi debere in confesso est, ut interrogationes testium, quum em̃ iudici dentur, ut inde instrui possit, quemadmodũ eos rogare debeat, si aduersario æderẽtur, facillime ille

l l. in fi... neq;. de iu...
m l. item ... §. in pri... de peti. h...
n l. age i... transac.
o l. orpho... phos. C. d... & cler.
p Dec. hi...
q Bart. d... æditiones... l.2. §. diu...
r l. ex ea... de postu.
s Bart. d... diuus.
t d l. quæd... §. nihil.
u d. l. 2. su... lit. pen.
x glos. in ... uer. requ... de sent. e... in 6.
y d. l. si qu... argẽ. §. fi...
Ang. & ...
z d.l.1. §. ...
a l. si quis... acc. l. adop... infr. de ad...
b Fely. c. ... contra. de ... col. 22.
c glos. in ... ex signato... ff. quẽad. te...
d l. eos. §. ... bis. C. de a...
And. insp... de instru. ... rub. uersic... sexto.

ille teſtes erudire ſubornareq́; poſſet[e]. In poſitionibus quoq;, quū aduerſarius de ſuo facto iubetur reſpondere, idē traditum eſt[f]: debet ēm ex tempore reſpōdere, alioqui ſuſpectus eſt[g]: niſi ea de re agatur, cuius probabilem ignorantiā habeat: tunc ēm æditio ei faciēda, dilatioq́; danda eſt, ut edoceri poſſit[h]. Allegationum uero quæ in iure conſiſtūt,

publica[b],

an copia collitigatori faciēda ſit, dubitatum eſt: & receptius uidetur non eſſe faciendam[i], quum pro iudicis allegatiōe fiāt, ſi tamē redigi in acta iudex uelit (quod recte atq; ordine faciet, ut ueritas magis examinata eluceſcat)[k] tunc ſecus eſſet[l], quod recētioribus placuit, nam & dubium non eſt, poſtq̄; in cauſa concluſum ſit, nō prohiberi huiuſmodi allegationum productionē[m]. Aduerſus quoq; fiſcum, inquit lex, neq; inſtrumēta, neq; acta à quoq̄; ædi oportet[n]. Sed certe dura eſt ea diſpoſitio, quare arbitror ex præcedentibus legis uerbis, de eis actis intelligendū, quæ iam à fiſco aliquis cōſequutus eſſet, quia in bonis delati reperta, quod ſuperius docui.

b ¶ ACTA PVBLICA. Quum hic appareat acta publica exhiberi, cōſiderandum in primis eſt, quæ dicātur acta publica, & uidetur id accipiendū de acta ad fiſcum pertinētibus, quæ Aeſchynes δημόσια γράμματα appellat, ſiue in ærarium delata, ſiue in cōmentarijs principalibus eſſent[o]: quorum etiā Plinius epiſto. lib. V. meminit ad Valerianum: Liber principis ſeuerus, leges ipſum, eſt in actis publicis. Cicero Philippica. II. In publicis actis nihil eſt lege grauius, in priuatis teſtamēto. Siue apud officiū cenſuale publicata, ubi & promiſſiones filiorum[p], & teſtamentorum inſinuatiōes[q], & programāta, edictaq́; publica ſeruari ſolebant[r]: ſiue ad rempub. aliquā, ordinēq; decurionū ſpectarēt[r], et in archiuo, aut chartophylacio eēnt repoſita, quod & Eucterion dicitur[s], ſiue coram præſide, procuratoreue Cæſaris, de re ad fiſcum uel publicam cauſam pertinente cōfecta ſint[t]: idem & ſi in cauſis publicorum iudiciorum conſcripta fuerint[u], & hæc ēm quaſi publici teſtimonij uim habere lex ait[u]. huiuſmodiq́; publica acta non propria notariorū ſunt, ſed cōmentarienſibus uel cenſualibus, ut cuſtodiam præſtēt, creduntur[x]: & apud ſucceſſores officij in grāmatophylacio ſemper remanent[y], quod Io. Andr. Pauluſq́; Caſtrenſis recte tradiderunt[z]. Quod ſi coram iudicibus de priuatis cauſis acta confecta fuerint, ea iure noſtro priuatorum acta[a], aut priuati actus[b], uel acta forenſia[c], non aūt publica appellantur[d]: iure tamen pōtificio, uel potius recenſiorum conſuetudine, acta publica latius accipiunt, nempe pro omnibus iudiciarijs inſtrumentis, à notario tanq̄ publica perſona cōfectis[e]: ſuntq́; huiuſmōi (quod ad proprietatē aut dominium attinet) ipſius ſcribētis[f], quāuis ex officij ſui natura teneant tabelliones eorum copiā omnibus facere, ædi ſibi ſecundū edicti formā petētibus, quū & in ingreſſu ordinis iurēt, protocolla matriceſq́; huiuſmōi ſchedulas penes ſe diligenter conſeruare[g], & in his quoq; actis huic cōſtitutiōi locum eſſe alij omes ſentiunt: diffiniuntq́; acta eſſe ſcripturas coram iudice, & eius iuſſu per notarium confectas, ad iudicij naturam pertinentes[h]. Quapropter productio inſtrumenti de actis eſt, quoniam ad iudicij naturam pertinet, ipſum uero inſtrumentum, ſeu contractus tenor, non eſt[i]: qua ratione Bald. productionē quidem exceptionis ex actis eſſe, ipſam uero exceptionem nō eſſe arbitratus eſt[k]: qua in re ex

tam criminalia[c],

prædicta diffinitione ſubſiſto, tāetſi fatear ſolam productionem exceptiōis neceſſario fieri, eamq́; in ſcriptis deinde redigendam[l].

c ¶ CRIMINALIA. Deſtinguendū hic eſt, an petatur ut notarius ædat, an ut tertius, an uero ab ipſo reo, an ab accuſatore, ſeu fiſco æditio poſtuletur. Primus caſus clarus eſt, teneri ſcilicet notariū, ſeu commentarienſem ad exhibitionē, ut reus ſe defendere poſſit. Sed an idem ſit, ſi non ſui defendendi cauſa quis petat, ſed alterius conuincendi? Et ſentiunt doctores idem eſſe, huius legis argumento: quam ſententiam ſupra dubitabilem eſſe oſtendi, niſi mandato petentis æditionem acta cofecta ſint[m], uel ad cauſas publicorū iudiciorū pertineant[n]. Secundus caſus eſt, quū à tertio, apud quem reperiunt acta cauſæ criminali conducentia, petitur: & receptū eſt, eodem modo cogendum, quo notarius, uel officialis quilibet publicus cōpelleret: argumēto noſtræ legis, quæ ut ſupra declaraui, de actis ſolum loquitur ad cauſam publicam, uel publica iudicia pertinētibus: tamen iniquū non eſt fauore defenſionis, humanitate ſuadente, ad exhibitionem compelli, ſi reus petierit[o]. Fiſco uero uel accuſatore hoc flagitāte, inhumanū eſſet[p], niſi eorū mandato cōfecta fuiſſent, ut ſupra docui, uel iure dominij uendicarentur[q]. Tertius caſus eſt, quū accuſator uel fiſcus æditionem actorum à reo petit, in quo pro regula receptum eſt, eum qui accuſatur, non teneri ædere[r]: nec illud poeticū exclamare: Heu patior telis uulnera facta meis. Quod tamen non procedit in his caſibus, quibus familiam exhibere in caput ſuū torquēdam cogeretur[s]: nam eadem ratiōe & acta, & inſtrumenta etiam aduerſus ſe exhibere cogēdum Bart. cæteriq́; tradiderūt. Sed mihi non facile uidet à regula diſcedendū[t]: nec odioſas huiuſmodi diſpoſitiones extēdendas[u]: quū uix ſit, ut ea crimina, quæ excipiunt, abſq; ſeruorum conſcientia perpetrari poſſint, nulluſq́; in eis ſit inſtrumentorum uſus, ſed & in ſeruorum quæſtione non tam euidens eſt periculū, apud quos domini amor & reuerētia, æquuleo, & fidiculis fortè præualebit. At in actis uel tabulis nulla eſſet tergiuerſandi ſpes[x]: quod ſi hac in materia de ſimilibus ad ſimilia procedēdum eſſet, ſemper reus etiam in ciuilibus, ædere ratiōes quoq; & inſtrumenta cogeretur, quū poſitionibus reſpondere iuratus indiſtincte debeat[y]: quod iuramentū ſpecies quæſtionis eſt[z], ut ſupra attigimus: quapropter Claudij ſententiam multo minus probo, quoties extēt indicia, quæ torturæ ſufficiāt, toties reos ad ædendū quoq; cogi arbitrātis: quam opinionē alij quoq; merito reprobāt, quū & in ciuilibus receptius ſit actorē, quāuis ſemiplene probarit, nō tamen ius cogēdi reū habere, ut exhibeat ratiōes[a]. Non procedit rurſus quādo ea acta uel inſtrumenta apud reū ex ſucceſſione publici

e officialis

Marginal notes (left margin, partly cut off): …c.2. de teſt. in …n uer. inter…toria. …ſup. di. 2. …§. 1. de teſt. …t. l. 2. §. q…uari coll. 3. ĩ. …r. cal. …ſin. 262. …l. 9. graue …x ſal. al. leg …. c. cum di… …de fid inſt. …neq;. …eſſe. ff. ex …u. mai. l. …ĩ. re iud. …ff. de prob. …teſtamenta. …ſt. …ris. §. 1. de …m oſten. …fin. de fid. …m. …munitates. …gri. et cen… …tum. ĩ. co. …rali. C. de …ſup. de def. …de cuſt. re. …n fraudem. …ties. …moris. d. l. …nitates. …x. hic. …n fraudem. …bis. …us. ĩ. de fr. …mparatio… …de fid. inſt. …na. de uer. …c. quoniam. …de prob. …ext. de pb. …ut nos. ubi …ne cler. uel

Marginal notes (right margin):
h l. acta. de re iud.
i c. cum in iure. de off. deleg. ubi Inno. & Abb.
k l. ne cauſas. C. de appell.
l Bar. in l. 1. in 1. quæſt. de excep. ubi Mod.
m d. §. pertinere.
n arg. d. l. 2. de cuſt. re.
o arg. l. non tantum. de appell.
p d. §. diuus.
q l. procurator. ĩ. eo.
r d. l. nimis. de teſti. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt.
s l. 1. ĩ. de quæſt.
t §. diuus.
u l. cum quidam. de lib. et poſth.
x ut dixi. ſup. l. 1. ſeptimo caſu.
y c. 1. & 2. de cōfeſſ. ſexto.
z Abb. c. 1. de prob.
a Bal. in l. fi. ĩ. e. et ſup. dixi in l. 1. in ſepti. caſu.

officialis eſſent[b]:quia ſicut author ſuus teneret ea exhibere,ita & ipſe,tametſi in caput ſuũ tendãt[c]:nam et uidemus tabellionẽ falſi reũ ꝓpria ꝓtocolla exhibere,unde conuinci poſſit[d].Idẽ & Alex. arbitratur,quũ originalia acta deperdita eſſent[e]:ſeu quod idem eſt,ꝑfecta apud notariũ non reperirẽtur[f]:ſicut enim eo caſu ædere in ciuilibus cauſis reus tenet̃,ita & in criminalibus dicendũ. Sed hanc ſententiã aliqui non ꝓbant, quũ iniquius ſit in criminalibus contra ſeipſum ædere[g]:nec quicquã referat quòd alioqui periret om̃is probatio:nam nec ſerui cõtra dominũ torquẽdi ſunt,niſi ſublata omni reliqua ſpe probatiõis,& tamẽ ſpeciali eo caſu Doct. ſentiũt cõpelli ad æditionẽ reũ[h]:imputet̃ ergo ſoli cõmentarieſi ſi acta amiſit[i].Rurſus etiã nõ ꝓcedit in cauſa criminali pecuniaria,tunc em̃ fauore fiſci reus ædere cõpellitur : quoniã lex capitalẽ ſolam excipit[k]:in qua facilius reo indulgendũ eſt,cui naturali æquitate licitum eſt,quoq; modo ſanguinem ſuum redimere[l]. Sed tamen uerius receptius'q; eſt,in cauſa criminali generaliter adhærendũ regulæ,quia lex in cauſa numaria ædendum fauore fiſci arbitrat̃,at in huiuſmodi criminali non tam ad pecuniã agit̃,quàm ad uindictã publicam[m] : unde proprie numaria non eſt.

Quartus caſus eſt,quũ reus ipſe,ut ſe defendat ſibi ædi acta criminalia ab accuſatore uel fiſco poſtulat,et ſentiũt Doct. id iure ꝑmittendũ,quũ & in cauſis ciuilibus actor teneatur reo ædere,et exceptiõis fundamentũ illi præbere[n]:quod multò magis in criminalibus concedendũ,quũ plus lex faueat ſe in tali cauſa defendenti[o]: id'q; arbitror etiã reſpectu alioꝝ actorum,quàm quæ in illa cauſa aduerſus reum confecta ſint.indiſtincte enim illi ab accuſatore uel fiſco ædendum,ſi ſua interſit:ſi tamẽ poſſet ea à notario conſequi, is prius adeundus eſſet[p]:ut Raph. & Paul. Caſtrenſis tradunt:alioqui accuſator uel fiſcus,qui ea haberent,ædere tenerent̃,ipſo tamẽ reo ad eas expenſas contribuente,quas illi pro mercede,& autoramẽto notarij impendiſſent[q]:quod Alex. hic ſentit. Et ex his conſequens eſt,ut ei,de cuius crimine inquirit̃,copia indicioꝝ fieri debeat,priuſq; quæſtioni ſubijciatur[r]:poterit em̃ alia ratione,quàm torturæ,præſumptiones illas elidere,innocentiã'q; ſuam oſtendere[s]:nec quantũuis libero arbitrio conſtitutus iudex,in hoc excuſaret̃,qui defenſionẽ hanc,quæ naturali æquitate oritur,labefactare auderet:& ut demus,urgere aduerſus reũ indicia,conualidari pleriſq; adminiculis,timere latrũculatorẽ,ne ꝓ capite tuẽdo teſtes ſubornet,item ex mero officio cognoſcere:dandũ tamen eſt inquiſitionis indiciorũ'q; exemplũ,ut recte Andr. Siculus ex facto cõſultus reſpondit[t]. Sed quid ſi reus ædi ſibi indicia petierit,& à prætore interrogatus,quibus modis elidere ea uellet,expreſſim non dixerit? Et Alex.excuſandum prætorem arbitratus eſt[u]:qui generalem criminis negationem contempſerit, nec ei ædendũ cenſuerit,qui nullam defenſiõis in ſpecie cauſam adduceret[x]:quæ ſentẽtia magis humanitati quàm iuſticiæ cõuenit:quũ omnes tradant,abſq; aliæ cauſæ cognitiõe,acta ædi debere,dũ petentis interſit:om̃ino igit̃ ædi ea acta debuerũt,nec ad hominis liberi torturã temere ꝓperandũ.Sed qd cenſendũ de actis,quæ nũc illi nullo ſunt dãno?ut in his iudicijs,quæ ãnte inquiſitionẽ clàm à iudicibus aſſumunt̃,ne ſi reus præmoneret̃,fugam capeſſeret,ea em̃ parte non citatæ nihil obſunt[y]:& ideo capto eis argumentis reo ijdem teſtes legitime repetunt̃,tũc'q; propter citationẽ uim nocendi habent[z],& nõ eſſe ædenda huiuſmodi pleriq; exiſtimauerũt:nec enim tũc partis intereſt[a],niſi reus affirmaret ab eo, quod prius pro teſtimonio dixerũt,eos uariaſſe[b]:hoc em̃ caſu denegandam nõ eſſe eoꝝ quoq; æditionẽ Socy. & Dec. autumauerũt,quos & nos ſeqmur. Generaliter igit̃ ædenda reo petenti huiuſmodi indicia concludendũ eſt,quod ſi iudex minus exequat̃,non ſolum ipſe litẽ ſuam facit[c]:ſed et quicqd interim aduerſus eũ geſſerit,infirmũ eſt[d]:unde nec ſi cõfeſſus quidem reus deinde fuerit,poterit iuſte cõdemnari,quia lex concuſſionẽ præſumit[e]:quũ petita eorũ æditiõe,ſupſedendum ab om̃i laniena fuerit[f],quod ſi non fiat,poteſt etiã appellari, uel ad principẽ ſupplicari[g]:ſi uero reus ea acta non petierit,ſecus eſt,nec em̃ non petenti ædere quiſquam tenetur[h].

quàm ciuilia[d].

d ¶ QVAM CIVILIA. Supra admonui quinq; ſpeciebus exemplum ab Accurſio hac in lege afferri,de ſingulis igit̃ uidendũ. Primo intelligitur lex,ut liceat ei iudici,qui ex prouocatione aditus eſt,iubere primo iudici uel notario, uel parti quæ obtinuit,ut prioris inſtantiæ acta exhibeãt[i]:priori iudici imperat,ut ſi ipſe habeat ea ædat,uel notariũ ſuum ad ædendum cogat; præciſe em̃ eũ teneri iniquũ eſſet,quũ acta ipſa ad notarium,qui ea ſuis chartis cõmendauit,ꝑtineant,nõ ad ſe[k]:id'q; Bal. & recẽtiores aliqui recte tradiderũt:parti uero uictrici mandat,cũ appellanti aliter non potuit eſſe conſultũ,ut quia ille nec à iudice,nec à notario oblata debita mercede,cõſequi potuit[l]:ſi em̃ culpa appellãtis hac in re argui poſſet,non eſſet extraordinariũ id illi remediũ indulgendum[m]:ſed ſimpliciter in id quod ſua itereſt aduerſus notariũ experiret̃,qui ipſe ad acta conſeruanda obligatus eſt[n].Sed qd ſi pars uictrix iuſſa à iudice,ut acta ſeu ſentẽtiã, qua obtinuit ædat,non paruerit? Et uideretur impune id ei licere,quũ iudex appellationis aduerſus partẽ iuriſdictionẽ ſuam exercere nequeat,niſi poſtq; ei conſtiterit prouocantẽ indebite aggrauatũ fuiſſe[o],merito igit̃ id præceptũ,tanq; non uiſis actis,eſſet nullum[p]. Sed quum nos eo caſu loquamur,quo pars uictrix exhibere tenetur,ſi non id faciat,perinde ac ſi exhibuerit,cõfirmatur ius dicentis authoritas[q]:& ita ego ſentio,licet alij aliter[r]. Verius igitur eſt,impune id ei non licere,& aduerſus eum hiſce remedijs agi poſſe,quæ cõtra contumaces æditionẽ non faciẽtes,iure competũt:inter quæ illud egregie adnotandum eſt,quod poterit iudex cõminari,ut niſi intra talem diem exhibuerit,inſtrumento nulla fides deinde adhibeatur[s]:qua die aduenientе abſq; alia mora,nec alijs dilatiõibus datis[t]:pronunciabit illud fide deficere:ſi tamen iuratus affirmaret uictor,ſe eã ſententiã nõ habere,nec dolo feciſſe, quo minus haberet,non eſſet ulterius hac de re inquietãdus[u]:quod Bald.recẽtiores'q; prodiderunt[x].Sed quid ſi uictor negaret latam ullam

b d.l. quædã. §. nihil intereſt.
c arg.l. argentarius. ff. eo.
d Purp. hic
e d.l. ſi quis. ex argẽt.§.fi. iuncto.§. diuus.
f d.l. ubi. ff. eod.
g d.§. diuus.
h d.l.j.in gl. pe. de quæſt.
i d.l. ſi quis ex argent.§. fi.& d. l.ĩ fraudẽ §.neq;.
k d.§. diuus.
l l.j.ff.de bon.eo.
m l. eum emancipati.§. ſi emancipatus.ff.de coll. bon.
n l.fi.j eo.
o d.§. diuus.
p Can. in d.c.G. perpetuus.de fid. inſtr.
q l. fi. j. de bon. auto.iud.poſ.
r c. qualiter.2.m debet. ext. de acc.
s l. unius. §. cogniturum. ff. de quæſt.
t conſi. 47. in j.
u Alex. conſ. 65. in j.
x Bart. l. fi. j. colum. de fer.

y l. 2. de teſt
z Saly. l. fi. quæſt.
a Ang. in l. ſtiones. de q
b l. eos. ff. d
c l. 2. C. de iud. qui.
d l. maritu quæſt. Fely licet Heli.
e l. j.§. An nus Seuerus §. ſeq. de qu
f Fely. c. lice li. col. 2. de ſ
g l. 2. ſup. pendent.
h gl. in c. fi uer. indicij hæred. in ſe
i l. ne cauſas. l. à procõſul C. de appell
k §. litera. In de re. diu.
l l. 4. §. j. fi. Ful. et Paul
m Socy. hic.
n d. l. arge rius. §. cum
o c. Roman ſi uero. de a
p l. prolatun de ſentent.
q l. iure ciui condi. & de
r Dec. c. cu eccleſ. de ap
s l. titia. de a princ. ff. de u
t Alex. l. fin
u l. fi. j. de fid
x Bal. l. bi ad ciuil. j. de

ullam sententiã? Et tunc absq; dubio fatendum est, interloqui iudicẽ posse, si unq; ea sentẽtia reperiatur nullam ei fidem adhibẽdam[y]: quæ em̃ aliæ, in dolo malo mẽdacẽ, iudicis partes esse debuerunt[z]? Quod si nõ dolo, sed errore, ꝓbabili deceptus, ita responderit, succurẽdum ei esset[a].

exhiberi[e], inspicienda, ad inuestigandã ueritatis fidem[f], iubebit.

Sed quomõ potest iudex ex hmõi cõtumacia abrogare omnem fidẽ actis, quum traditum sit, ex sola contumacia totius litis detrimento neminem mulctandum[b]? Respondeo, quum hic agatur de futura contumacia, non autem de præterita punicẽda, id tolerari[c]: maxime quũ directo totius litis damnum nõ inferat, sed in quãdam sequelam tantum[d]: adsit'q; præsumpta calumnia[e], uel mendaciũ[f]: quibus casibus constat, damno litis contumacẽ affici posse.

Secundum exẽplum est in actore, qui diu absens fuit, & deinde reuertitur: facienda enim illi est actorꝝ copia, tametsi contumax fuerit[g]: quod procedit etiã in eo, qui præsens fuit, & per negligentiam singula acta exhiberi sibi non petijt: debebit enim eo petẽte statui dies intra quam æditio fiat[h]: quod aduersus communem sentẽtiam approbant recentiores, nec melioris sit conditionis, qui per contumaciam est absens, quàm qui præsens solius negligẽtiæ notari potest[i]: & sicut contumax resarciet expensas[k]: ita & negligẽs retardati processus causa[l]. quum enim acta cõmunia sint, etiam negligenti ædi debent: quod intelligendum, dum petantur tempore congruo: si enim in calculo ferendæ sententiæ postularent, propter præsumptam calumniam iure eum iudex repelleret, ut Paul. Castrensis ait[m]. Ego etiam præsenti non denegandam actorꝝ æditionẽ satis existimo, sed nõ ideo dandã ei hac ex causa dilationem, quum de eis potuerit instrui, si uoluisset[n]: sicut nec absenti eo casu cõcedenda esset, quo aduersus eum iudex interloquutus fuisset, ut cõtra acta quicquid uellet intra certam diem obijceret[o]: & tamen lapsa die nõ ideo deneganda esset æditio[p]: quod & receptius est, nec nouũ est, quandoq; magis absenti & quidem cõtumaci cõsuli, quoties scilicet de ea re agitur, in qua directo peccatum nõ est[q]. Tertium exemplũ in eo iudice sumitur, qui in demortui locũ successit, & ei enim ædenda sunt acta, quum si absq; inspectione actorum iudicaret, sententia ipso iure non teneret[r]: & si constaret eum acta non inspexisse, parũ referret, quòd ipse attestarẽ se uisis actis iudicare[s]: & dicitur nõ cõstare etiam ex coniectura, quæ propter angustiã temporis perpendi posset[t]: quod in arbitro quoq; obseruatur, cui plena & libera potestas data sit[u]: & non in diffinitiua tantũ, sed in decreto quoq;, item'q; interloquutoria, quæ alicuius momẽti sit[x]. Sed an noua iurium productione opus sit? Et uidentur aliqui sensisse necessariam huiusmodi productionem, quum uerisimiliter ignoret successor, quid coram mortuo actum fuerit[y]: nam & protestatio semel facta si iudex moriatur, successori iterãda est[z]: sic & edictum peremptorium mortuo iudice à successore iterũ concipit[a]: quod & plerisq; alijs exẽplis ostẽdi posset[b]: sed tamen frequentius admissum est, productionẽ nouã necessariã non esse, quum idẽ sit iudiciũ: noua aũt productio solum in diuersa instantia regritur[c]: nec uerisimile est iudicem ad sententiã ferendam properaturꝝ, nisi uisis actis om̃ibus in suo tribunali à suo notario ꝑscriptis. Cõsultius tñ is fecerit qui uel admonitiõis causa ꝓductionẽ renouauerit, quæ quũ ex necessitate nõ fiat, sufficiet quantumuis generalis[d]: quũ & traditum sit, generales ꝓductiões sufficere[e]: ut eius, qui sacculũ chartarꝝ exhibet, nisi pars opponat, & ad specialẽ denoĩationẽ inuitet[f]. Quartũ exemplũ est in administratore, seu iudice ordinario, qui causas potest alteri delegare, dũ ipse ter ĩtersit[g]: ædenda em̃ illi om̃ia sunt, quæ corã assessoribus, seu pedaneis suis gesta fuerint[h]. Quintũ est in attestationibus, quæ publicari iudicis authoritate debent, & partibus petẽtibus ædi[i]: id'q; etiã si summarie & de plano cognoscaẽ[k]: idem si sola facti ueritate inspecta, quũ talẽ æditionẽ fieri ueritatis perquirendæ causa hic dicatur, quod tamẽ si nõ obseruatum fuerit, ualet nihilominus ipso iure sententia[l]: & ideo sola appellationis ope petenti succurreẽ[m]: poterit'q; æditio hæc fieri in secunda uel tertia instantia, imò aliquãdo utilis est huiusmodi expectatio[n]: uidemus'q; quandoq; nõ postulari hanc publicationem, ut in causa appellationis super ijsdem articulis alij testes recipi possint[o]. Illud dubiũ non est, eos, qui ante publicationẽ, qd ꝓ testimõio dictũ sit, partibus reuelãt, falsi crimine teneri[p]. Sanè sunt qui hoc exemplũ nõ cõuenire textui existimẽt, qm̃ attestatiões huiusmõi magis monumẽta causæ dicunẽ, q̃ acta[p]. Sed qd obest, regulã nostræ legis gñaliter positam ad plures species exempli causa ꝓtrahere?

e ¶EXHIBERI. Quum uerba ad iudicem referanẽ, eius officio potius q̃ condictiõe ex hac lege fiet huiusmodi æditio[q]: maxime quũ iussu iudicis fomentũ acta accipiãt. Sed nobili ne an mercenario officio fiet æditio? Et regulariter putauerim mercenario fieri, qđ intentatæ actioni deseruit[r]: cuius instar et illud obtinet, quod prætoriũ officium uocant[s]: & inquisitioni uel accusationi famulatur[t]: quandoq; tamen nobili officio acta ædunẽ, ut si finita lite petãtur[u]: uel principaliter ad id agaẽ, ut in casu, quem hac in cõstitutione Picus fingit. Consuluit Faustus Imperatores, quẽadmodum quorundam actorꝝ æditio fieri sibi deberet, quod illis pro inuestiganda cuiusdam facti ueritate, in alia causa indigeret. Responsum est, ut eum iudicẽ adiret, apud quẽ res agiẽ, id est acta conficiunẽ, ut scilicet acta causæ principalis à primo iudice petat: acta secundæ instantiæ ab eo qui appellatus est, id'q; officio nobili uidetur expediẽdum, quũ in alterius causæ dilucidatiõem petantur, quàm quæ eis iuncta sit, quod exemplum satis defendi potest.

f ¶FIDEM. Ambigunt hic Doct. an acta in una causa, fidẽ faciãt in alia: & quantũ sit ad alias ꝑsonas, cõcludendũ est nõ facere, qa uetustissima iuris regula est, res inter alios actas alijs nõ obesse[x]. siue quia facto alterius qsq; grauari nõ debet[y]: siue quia acta ut ualeãt partis citatio necessaria est[z]: at hic respectu tertij nulla affuit citatio, siue quod uerius est, qa acta ex instãtia iudi-

c Bart. §. nihil. cõmune. 7. combinatiõe. 2. quæst.
d d. l. 1. in prin. C. de rei uxor. act.
e l. accipienti. de aut. tu. Doct. in c. imputari. de fid. instr.
f l. fi. ubi Paul. j. de fid. inst.
g auth. ad hæc. j. de iud.
h d. auth. ad hæc.
i §. quia uero. in aut. de test. Bar. ĩ l. sola. j. de test.
k Bar. ĩ extraua. ad repri. uer. sine figura. co'. 2.
l gl. c. fi. uer. ĩdicijs. ĩ hæret. in 6.
m Alex. l. diuus. 1. col. de re iud.
n. Fel. c. cum. I. et A. de re iud.
o Clem. 1. de testi. et gl. in c. causa. quæ. extr. de test.
p l. si qs aliqd. §. inst. ff. de pœn.
p l. gesta. j. de re iud.
q gl. in l. si forore. de coll.
r Bart. in l. 1. de iurisd. om. iud.
s l. 5. in princ. de uerb. oblig.
t Alexan. l. 1. §. sublata. coll. 2. ad Treb.
u l. 4. C. dep.
x j. in rubri. res int. al.
y l. non debet. de reg. iud.
z l. si quando. in fi. j. de test.

competit,minorem uelit adiungere,nō uidetur prohibendus:quid enim impedit,ut fauori suo renunciare nō possit[u]?quod recte Saly. censuit. Sed & quoties à diuersis singulæ proponūtur, non tamē indistincte in minore supersedendum crediderim:sed ita demum,si separatā causam non habeant[u]. Finge,peto à te decem causa mutui,tu me criminaliter accusas,quum hæc separata sint:uerius est non ideo ciuili controuersiæ moram fieri[x],licet Bart. in contrariam sententiam iuerit,quem aliqui sequuntur[y]. Eodem pertinet etiam quum ratione ordinis impeditur accumulatio,ut quia alia actio aliā præcedere debet[z]:quapropter nō adiungitur rei uēdicatio interdicto uti possidetis[a]: nā & manifeste hæc remedia simul pugnāt,neq; petitio hæreditatis cū inofficiosi querela,nisi cōditio adiecta sit,quatenus in querela obtineatur[b]. Sed & nō potest qs eodem tempore absolutionē à iuramēto petere, & rescissoria experiri:ne scilicet in periurium incidat:prius igitur remissionem impetrare debet, quod Bald. hic sensit[c]. Sententiæ præiudiciū cumulationi obstat,quoties absolutoria in priore actione lata,rei iudicatæ exceptionē in sequenti posset producere[e]:unde fit,ut si ex eadem causa idem diuersis actionibus petamus,obstat exceptio[f]:in qua tamē conclusione prima fronte dubitari potuit:ut em cōcedamus,lata sententia obstare rei iudicatæ exceptionē,ne de eadē re sæpius quæratur.tamen uideret ad litium cōpendia pertinere,si accumulationi locus esse posset ante rem iudicatam,quū facilius quis post rem liquidam reijciatur,quàm adhuc durante ambiguitate[g]. Sed tamen hac in materia non minus cōsideramus quid sequi possit,quàm quod in præsentia apparet[h]:unde dum quoq; ex Africani responso[h] idem sentiendum est:quod sic ego interpretor,ut plurimum interesse censeat,præiudicialis actio prius eodemue tēporę intentata sit,an posterius. Si prius,uel eodem tēpore,phibetur accumulatio,obstatq; exceptio ne præiudiciū fundo fiat,id est aliud iudiciū introducatur,priusq; de fundo,quæ causa maior est,sit iudicatū.Si posterius,secus est:ut si uiam petam,deinde fundū: quamuis enim in uia prius obtineā,nullum fit fundo præiudiciū,quod scilicet in uiæ petitione incidenter tantūmodo de dominio fundi tractatum sit[i]:& ideo ei causæ non fit præiudiciū,qua de eo principaliter quærat,quod alibi docui[k]. Et hoc est quod lex ait,restitutionū causas esse dispares, quum em dominiū restitutiōis causa fit, in altera principaliter, in altera incidēter deducitur:unde in altera sola ex possessione oriēs præsumptio probatiōis sufficeret,in altera non sufficeret[l]. Neq; tamen aliorum sententiam,quamuis rationi Iurecons. non cōueniat,quin in se uera sit,ego diffiteor,ut ita demū prohibeatur accumulatio,quando altera sententia alteri præiudicaret,si id cōtingere secundum cōmunem causarum cursum posset. Si uero tūc solum præiudicaret,quum à reo onus probandi,quod raro fieri solet,assumeretur,secus esset[l]. Idem'q; si secundum iudiciū uerisimiliter prius terminabitē quàm primum:ut si quis rei uendicationē intendat,deinde adipiscendæ possessionis interdictū accumulet,nō reijciet:quia uerisimile est,fore ut citius in interdicto pronūcietur,quod summarie cognitiōis est,quā in iudicio petitorio,quod omnē litem absumit,ut Bart. tradidit[m]. Cæterum etiam generaliter cōcedetur accumulatio, quoties ex facto rei,uel alia probabili causa[n],incertus est actor,qua actiōe experiatur[o]:proponet enim omnes,protestatus ex una id se consequi uelle,quod suum sit. Sed & si quis petitionē hæreditatis intenderit,lite contestata res singulas prosequi poterit,ut si facilius de eis probaturum se confidat,nec præiudicij ratio obstabit[p]: cui locus non est in his,quæ facti seu accepti iudicij,id est litis contestatæ tempore,iudicio includuntur,unde non nouum iudicium accumulari uidet,sed quodāmodo pars incepti perfici.in uniuersali enim negatione etiā res singulæ comprænduntur[q]. Actionem quoq; hypothecariā personali adiūgi,ex Iustiniani lege cōstat[r]:quod specialiter introductum Barto. arbitratur, alij aliter:nobis hæc sententia placet,quum enim hypothecaria personali accedat,& ad diuersam rē, id est possessionem concedatur,uidetur accumulari potuisse:sicut quum quis criminaliter furti agit,& accessorie officium iudicis implorat,ut sua sibi res restituatur[s]:uel quum quis rei uendicatione experitur,& officio iudicis fructus sibi restitui petit[t]:uel fortē sibi cum usuris,uel omni eo quod interest,præstari intendit[u]:nec me mouet quod alibi traditur,nō admitti eum,qui fundum petat,& simul fructus condicat[x]:quia condictio non cōpetit,nisi aduersus malæ fidei possessorem,ratione fructuum non extantium[y]:& ideo principalis est actio:at hypothecaria cōtra debitorē semper accessoria est[z]. Ias. tamen non posse rem uendicari,& fructus simul peti credidit,quum fructus ex stipulatu debentur,quod falsum est:quum enim diuersa sint corpora,& ex diuersa causa debeantur,nulla tali casu esset præiudicij exceptio[a]. Aduersatur cumulationi exequutio,quando id quod altera in actione solutum est,ab altera liberationem producit:tali enim casu,nec eandem quidem numero augere licet,nedum specie accumulare,ut si quis ex furto à familia facto dominum unius serui nomine conuenerit,aliorum enim respectu actionem suspendet,quod condemnatio unius sufficere ei debeat[b]:unum autem tali casu cēsetur furtum, & ideo unica actio aduersus omnes competit[c]: quam si actor uoluisset integre contra omnes intendere,à principio potuit,ex postfacto nō conceditur[d]:si uero diuersæ essent actiones,quū magis inuicem differant,difficilius etiam cumulantur:quaproter duæ actiones ex causa lucratiua ad eandem rem cumulari nō possunt[e]:unde & pro eadem re uendicatio cum petitione hæreditatis nō adunabitur[f]:non magis quàm cū ipsa uendicatiōe actio hypothecaria[g]: nam ne coniungatur & illud obstat,quod res mea mihi pignerata esse nō potest[h]:nec mulier dotem à marito propter adulterium ab eo commissum repetet, & simul uel deinde actionem tanquam ad inopiā uergat,accumulabit,idq; ut supra diximus ex Paul. Castr.responso:exequutio em in priore adulterij iudicio facta,aliā causam absumit,quod,quāuis repugnante Decio,uerius est: hic enim duæ actiōes sunt,quæ nec à principio quidem pponi possunt[i].Ad hanc prohibitionē etiā pertinet,quod dici solet,quādo duo delicta

ex

u l. is qui destinauit. de rei uend.
u d. l. si. uer. sæpe.
x arg. l. reum. ff. rer. amot.
y Ang. Imo. in d. l. interdum.
z l. fi. C. de ord. cog.
a l. ordinarij. ff. de rei uend.
b d. l. qui. de inofficioso.
c et Fely. i c. j. extr. de iureiur.
e l. si mater. §. eandem l. cū quæritur. de except. rei iud.
f l. de eadem. e. ti. l. plura. z. respō. de act. & obli.
g l. fi. ff. de transact.
h l. fundum. ubi Bar. de excep
h d. l. fundum. et l. sed si ante.
i l. sicuti. §. si quæratur. ubi gl. fi. ser. uend. | in §. duo fratres. s. opp.
l Bar. l. quidam in suo. de cond. instit.
l Bar. d. l. fundū.

m d. §. nihil
mune. in j. col
n Ias. §. sed
col. 13. de a
o d. l. j. §. qu
tem. quorū li
p l. si post
de except.
q l. si quis e
tam. in fi. d
ept. rei iu
r §. sed neq
auth. de fid
s l. interdi
qui furem. f
fur. ubi Bar
t l. ex diuer
ubi. de rei u
u c. cū dilect
for. cōp. Al
j. de iud.
x d. l. fundi
y d. §. ubi.
z l. si differ
quib. mod. p
a d. l. si ide
iurisd. om. iu
b l. j. §. fi.
mil. fur. fe
c l. si famili
iureiur. om.
d d. l. j.
e l. omnes. de
& oblig.
f Aret. cōs.
lex. cōs. 89.
g Alex. in l
lū. pe. de leg
h l. neq; pig
ff. de reg. iu
i d. l. fundum

ex eodē facto ꝑueniũt, quatenꝰ pœna cōcurrit, eatenus ꝓhiberi accumulationē: alteriusq́ꝫ solutione alteram perimi: quatenus uero altera maior est agi posse[k]: quod si nō aduersus eundem, sed cōtra diuersas ꝑsonas actiões hæ intendant, tũc dubiũ non est nō obstare exceptionē[l]. Sed et quoties altera eundē effectũ per quandã consequentiã solũ induceret, non obstabit exceptio: ut quũ qs rem, quã ciuiliter possidet, ratiōe naturalis possessionis uendicat, & ratiōe ciuilis possessorio uti possidetis ĩterdicto experiṫ, potest utrũqꝫ simul facere[m]: qa in petitorio id curabit iudex, ut naturalis restituaṫ, actorq́ꝫ dñs declareṫ[n]: ex quo in consequentiã tendit interdicti executio, nempe ne actor inquieteṫ, neue uis ei fiat[o]. Sed & quoties actor probabiliter ignoraret, utro remedio experiri posset, hoc quoqꝫ casu ei succurrendũ esset[p]. Cæterꝫ illud adnotandũ est à regulis, qbus supra conclusum est, nō admitti cumulationē, excipi quatuor casus. Primus est, quũ conditiōaliter alia actio ꝓposita est, ut si qs querelã inofficiosi testamẽti intẽdat. & quatenus in ea obtinere poterit, attesteṫ se petitiōe quoqꝫ hæreditatis experiri[q]: uel quũ qs restitui in integrũ uelit, & quatenus obtineat petat instrumenti rescissionē[r]. Idem quũ quis sortē petit, & quatenus in ea obtineat, etiã usuras sibi adiudicari postulet[r]. Idem de re & fructibus[s], uel pœna[t]. Idem & quũ electiōe om̃ino ꝑempta nō est altera actio, ut in casibus quos supra excepimus[u]. Idē quando exceptio præiudicij obstaret, ut si qs fundũ petat, et quatenus obtinere in eo possit, etiã ad uiam illi fundo debitã intẽdat, quod à plerisqꝫ traditũ est. Fortius ex Dyni sententia censuit Paul. Cast.[x]: si simpliciṫ in libello fundus et uia petaṫ, uideri ordine suo actũ[y]: & fauore sustinẽdi libelli fieri interꝑtationē, ut de uia tũ cognoscaṫ, quũ in fundo actor obtinuerit[z]: quæ sentẽtia humanior est, si actor interpellatus ita declarauerit: alioqui si uiã quoqꝫ ante prioris actionis finē ꝓsequereṫ, Africani respōsum obstaret[a]. An aũt aduersus debitorē ꝑsonalis actio, contra uero aliũ possessorē reum debẽdi hypothecaria uno libello intẽtari possit, addita conditiōe, quatenus excussus principalis soluendo nō reperiaṫ? Apud Pontanum relatũ extat, qui nō posse respōdit[a]. Sed ego accepi, cumulationē facilius aduersus diuersas personas, q̃ꝫ cōtra eũdem admittendã, quod & Aret. uideṫ sensisse[b]. Secũdus casus est in summarijs, q̃ties scilicet sine figura iudicij, uel sola facti ueritate inspecta ꝓcedereṫ[b]: nã & tunc poterit rei uendicatio cũ hæreditatis petitiōe adiungi, quod recte Aret. respōdit[c]: nec me in contrariũ Bal. mouet authoritas, gñaliter tradentis quoties de plano uel simpliciter ꝓcediṫ, nullum duplici actiōi locũ esse[d]: quoniã de ea cumulatione loquiṫ, quæ sinē litis differret, alterũq́ꝫ iudicium, ne in eo ꝓcedi posset, impediret, quod aliqui hic tradiderũt. Tertius casus est, quãdo in libello narrata simpliciṫ est facti series, & generali clausula petitũ sibi ius dici, iusticiãq́ꝫ super prædictis om̃ibus et singulis administrari: tunc em̃, quia actionem nominatim exprimi non debere receptius est, existimabitur omnē actionem intentatã, qua quis melius expeditiusq́ꝫ obtinere possit[e]: nec cumulationis exceptio admitteṫ[f]: ut recte forenses causidicos instituit hic Picus.

1. ff. ui bon.
si ex duobus. ff. iud. sol.
§. nihil com- e. ubi Alex. . lect:. l. sicuti. §. si ratur.
1. in princ. posi.
§. quia autē. ...cōs. 245.
. l. 2. §. item. ...rb. obl. et in. ... de inoffic. . ubi Bal. ĩ. si ...rs. fis. ubi Alexan. ...iud. conductores. gl. ĩ. loc. . c. Raynal- ...uer. ueniṙẽt. ...ft. ...cum qui. d. ...les. d. l. nihil.
d. 1. fundũ. ...ret. l. nō am- §. fi. d' leg. 1. ...ex. cons. 56. & in rubr. ...i admitti. ...l. fundum. ...m. cōs. 392.
...et. l. duobus. ...de duob. re. ...r. i extr. uag. ...pri. uer. sine ...a. ...ons. 103.
...l. li nec q̃cq̃ ...plano. de of. ...nsul.
...a. c. de ord.
...ret. d. consi.

Quartus casus est, quando reus ante litē super actione accumulata cōtestatam nihil obijceret, ut Bal. ait[f]: uidetur em̃ consentire, & exceptionē remittere[g]: quod tamen nō ꝓcedere Bart. existimat, quũ actio adiuncta nulla est, ut quia ꝓpter electionem uel repugnantiam ipso iure sublata sit[h]: tunc enim iudex de facto agentem reijcere potest[i]: si tamen sciat eũ de facto agere: quaꝓpter & admonẽdus à reo est, & exhibenda illi alterius causæ acta[k]: ut eã repugnantiã manifeste deprændere possit: q̃ si admonitus iudex, ꝓposita exceptiōe accumulationē hanc nō reiecerit, hoc casu nulla erit sentẽtia, quũ alioq bñficio appellatiōis opus esset[k]: ut Decius existimat. Et quũ exceptionē hanc cumulationis dilatoriã esse appareat, seqṫur ut nec in causa quidē appellatiōis obijci possit[l]. Sed an in ea causa cumulatio admittaṫ? Et Bar. admitti cẽsuit[m]: ut scilicet noua ea actio, noua ex instãtia sustineaṫ, nō ut ad cōfirmationē uel infirmationē prioris iudicij ꝑtineat. Sed quales sunt huiusce cumulatiōis effectus? nouus ne libellus accumulabiṫ? Iuramentũ de calũnia nouũ præstabiṫ? aliæ ne induciæ? unane sentẽtia om̃e iudiciũ finietur? Et primo circa libellũ sciendũ est, si eodem facto oriunṫ plures actiões, quæ ab eodē intenteṫ, unicũ tamē libellũ dici[n]: si uero ex diuersis sunt factis, tot qdē sunt libelli, quot facta ꝓprie loquẽdo[o]. Sed tñ quũ numero tantũmodo differant, unũ iudiciũ sufficiet, atqꝫ unus libellus[p]: idq́ꝫ fauore dirimẽdarꝫ litiũ[q]: si uero specie quoqꝫ differant, plura iudicia existimabunṫ[r], licet una petitiōe cōprændi possint[s]: ut quũ qs petitorium possessorio adiũgit[t]: uel quũ de pluribꝰ criminibus qs eadē charta accusaṫ[u]: quod Aret. recentioresq́ꝫ ꝓbant. Et ex his decidi potest, quid de iuramento ob calumniã censendũ sit. ubi em̃ uel unicus sit libellus, uel numero tantũ differãt actiões, tũ rursus iurandũ non esse Bart. cẽsuit[x]: quòd si specie quoqꝫ differãt, uel plura sint iudicia, tũc etiã in adiuncta lite iurabiṫ. Sed ego malim Accurs. sententiã indistincte sequi, qa nō uideṫ prius iuramentũ ad actiōis sequẽtis ueritatē ex ui uerborꝫ trahi posse[y]. De dilationibus uero ita à sapiẽtioribus decretũ est, ut q̊ties noua actio accumulaṫ, nouæ quoqꝫ dilatiões dari debeãt[z]: siue ea dilatio ad opponendũ petaṫ[a], siue ad deliberãdũ[b], aut ad ꝓbandũ[c]: nisi q̃ si ex nũcijs prioris causæ uerisimile est reũ instructũ esse, haudquaq̃ꝫ amplius opus est morã fieri deliberatiōis causa: ut quũ qs furti non manifesti agit, deinde accumulat ui bonorꝫ raptorũ actionē, ut quod amplius in pœna est consequaṫ[d]. De sentẽtia uero receptũ est, debere iudicē etiã sup actione cumulata ꝓnunciare[e]: tametsi nō referat si separatim ꝓnunciet, dũmodo tempora largianṫ, id est duret instantia[f]: idq́ꝫ siue differãt hæ actiões specie, siue numero tantum. Sed qd si altera alteri præiudiciũ afferre possit? & quo casu cumulatio ꝑmissa est, prius sup ea iudicabiṫ, quæ sequẽti nō obsit[g]: si uero ꝑmissa non erat, nihil interest sup utra iudicetur: imputandum enim reo, qui accumulari eas ꝑmisit: super ea igitur iudicandum, quæ prius ad liquidum perducta sit[h].

decernit æquitas[e].

e ¶DECERNIT AEQVITAS. Vt quia

f repe. padu. col. 16. uer. 2. quærit.
g l. pen. C. de excep.
h d. §. eligere. et d. l. 1. ĩ. de furt.
i l. 1. ĩ. ut quæ des. aduo.
k gl. l. generaliter. de except.
k l. 1. ĩ. de app.
l d. l. ita demum. de procur.
m l. per hanc. col. 2. ĩ. de tẽp. ap.
n l. qui de crimine. ĩ. de accus.
o l. scire debemꝰ. ff. de uer. obl.
p l. hæredes. §. 1. fam. ercis. l. cum duobus. §. si plures. pro soc.
q l. non est nouũ. de act. empt.
r l. si is qui. de act. et oblig.
s c. 2. in gl. 3. de cap. mon.
t c. cum ecclesia. de caus. pos.
u l. si quis homicidij. ĩ. de accu.
x auth. in isto. ĩ. de iur. cal.
y c. pen. extr. de iureiur.
z c. 2. extr. d' dil. l. 1. ubi Cyn. ĩ. d' dilat.
a Bal. hic. col. 2.
b d. auth. offera.
c l. oratione. ff. de fer.
d l. 1. ff. ui bo. ra.
e l. non idcirco. d' iud.
f Fely c. cum inter. col. 4. de re iud.
g d. l. sed si ante uiam.
h gl. d. l. generaliter.

mutem alicuius utilitatis consequẽdæ causa, nõ aũt solum ut reo noceat, eũq; maiore afficiat infamia[i]: malicijs em̃ indulgendũ non est[k]. Sed ut ut ꝑmittaẽ mutatio æquitas dictat, resarciri reo expensas, & damna, si quæ causa tardioris processus patiẽ[l]: nec ante eorum restitutionẽ audiet actor[m]: & quãuis post mutationem ad ulteriora ꝓcessum sit, poterit tñ iudex usq; ad sententiã hũc mutantẽ uel emẽdantẽ in id condemnare[n]:

IMP. ANTONINVS
Epaphrodyto.

QVi accusare uolunt, probationes habere debent[b]: quum neq; iuris[c], neq; æquitatis ratio permittat, ut

quoniã ꝓ regula traditũ est, eũ iudicẽ, qui super aliqua exceptione interloquutus est, usq; ad causæ finem in expensis condẽnare posse[o]: fietq; huiusmodi cõdemnatio officio iudicis, ut frequentius receptũ est[p], non autẽ actiõe in factũ, quod Accurs. tradiderat: quandoq; tamẽ non cogetur emendans ad alicuius damni uel impensaꝝ restitutionem, ut si reus hac ex causa uerisimiliẽ damnũ non subeat, ut qa om̃ino uelit cõtendere, & utroq; modo intentionẽ aduersarij diffiteaẽ, nec idcirco lis proteletur[q]. Cæteꝝ, et eum, qui temeritate careat, uerũ facilitate quadã deceptus, emẽdare libellũ uelit, in expensis nõ damnandũ Bal. sensit[r]: quoniã tali casu etiã deserẽti litẽ succurriẽ[s]. Sed aliud iuris in eo obseruandũ uideri potest, qui adhuc litigare uelit, quũ causa terminandaꝝ litiũ multa inducta sint[t]: unde etiam si causa iusti erroris fiat emẽdatio, tum quoq; receptũ est condẽnationi expensaꝝ locũ esse[u]: mihi tamẽ Bald. sentẽtia uerior uideẽ, quoties talis sit error, q à temeritate excuseẽ[x]: nã et huiusmõi pœnæ legali moræq; semꝑ obstat[y]. Sed an minori, rustico, mulieri, succurraẽ, ut absq; expensaꝝ solutiõe emendare possint? Et uidereẽ succurrendũ: quoniã si iussi ædere præcepto prætoris non paruerint, eis tñ subueniẽ[z]. Sed illud præceptũ iure speciali solum suadẽte æqtate factũ erat, in hoc uero casu, qui emẽdant, aduersus iuris communis regulas delinquũt, & ideo nõ adeo sunt adiuuandi[a]: tum ꝓpter rigorem iuris cõseruandũ[b]: tum ne facultas emẽdandi à lege cõcessa cũ alterius iniuria intelligaẽ[c]: imputabitur igiẽ & mulieri et rustico, si minus ꝓuidi fuerint[d]: minori uero nõ ĩputabiẽ, sed eius tutori uel curatori[e]: q nõ solũ dolo agere nõ debuit, sed nec temere[f]: & ea propter resarciet de suo om̃e damnũ.

QVI ACCVSARE. Sicut supra traditũ est, reum actori rationes nõ ædere, ita hac quoq; lege constitutũ est, ut nemo instrumenta sua actori non solũ ædere, sed nec inspicienda præstare cogaẽ, siue ciuilis sit, siue criminalis causa: qđ & uerbum accusare, & actoris uox indicat: quãuis & ea sentẽtia defendi possit, ut de ciuili iudicio tantũ hic agatur: si quidẽ accusare est aliquẽ ad causam dicẽdi urgere, quod Græci αἰτιᾶσθαι dicũt: unde & in ciuilibus cõtrouersijs quandoq; legiẽ accusatio[a]: in extraiudicialibus quoq; iurgijs alter alteꝝ accusare quãdoq; dicitur[b]. Sed tñ usitatius assumitur in criminalibus delatiõibus[c]: tametsi ueteres etiã angustius quãdoq; acceperint. Primo em̃ reum deferimus, deinde ꝓbationes in eũ inducimus, quod arguere reũ dicitur[d]: tum receptis testimonijs, & facto, ut uocant, ꝓcessu eum accusamus, id est ad causam dicendã cogim9, introductis aduocatis uel oratoribus: quaꝓpter qui causam perorat, proprie accusare dicitur[e].

b ¶ DEBENT. Et ideo in ciuilibus causis, qui non ꝓbauit, tanq; temerarius, expensaꝝ dãno afficiẽ[f]: adeo ut traditũ sit, nõ nisi iustissimã causam actori ꝓdesse ut hæc cõdemnatio min9 fiat, quũ in reo non æque grauis sufficiat[g]: nec ab hac præsumpta temeritate ꝑ iuramentũ calumniæ qsq; excusaẽ, quũ à calũnia distet temeritas[h]: poterit quoq; huiusmõi litigator actiõe iniuriaꝝ cõueniri[i]. In criminalib9 uero regulariẽ tanq; calũniator puniri potest[k]: nisi ꝓbet se iusto errore ductũ accusasse[l]: uel de casibus exceptis agaẽ[m]: sed & ĩ publicis iudicijs similitudine pœnæ[n], in priuatis arbitrio iudicis[o], fit cõdẽnatio: puniẽ & qñq; de falso, si sciẽs pecuniã acceperit, ut inocentẽ circũueniret[p]: recte etiã partib9 suis fungeẽ iudex, si talẽ in oẽ id, qđ accusati interest, damnauerit[q]: qbus pœnis etiã eo casu locũ esse Alex. respõdit[r]: quo reus quæstiõi subiectus, urgẽtia aduersus se indicia purgauerit. Pic9 cõtra, qa nõ præsumiẽ ꝑ calumniã is accusatus, aduersus quem huiusmõi adducerenẽ cõiecturæ, quæ q̃stiõi sufficerẽt[s]. Veꝝ ex supdictis uidereẽ distinguendũ, ut hoc casu ob calũniã nõ tenereẽ accusator, sed ob temeritatẽ tantũ[t]. Ego & illud censeo, huiusmõi cõiecturis iudicem quidẽ ingrentẽ excusari: idq; ex Ang. sentẽtia, nõ aũt accusatorẽ qui id crimẽ deferre nõ debuit, qđ plene ꝓbare non posset[u]. Si igiẽ accusator de probationibus suis dubitat, ne temeritatis damnetur, consultius ei erit, abolitionem impetrare, si possit[x].

c ¶ IVRIS. Scripti: æquitatis non scriptæ: ut Accur. placet. Ius diciẽ apud Aristotelẽ lib. ethi. V. quod à legislatorib9 expressim est cautũ. Cæterũ quia lex om̃es casus cõprændere neqt, accidit quãdoq; ut ꝓpter rei qualitatẽ, uel aliud accidẽs, legẽ seruari aliquo in casu iniquũ sit, & ideo ad ἐπιείκειαν, id est æquitatẽ recurramus, quæ iuris in occurẽti casu rigorem temperet, quod et Bart. sensit[y]. Sed unde colligiẽ huius respõsi æqtas? uidereẽ em̃ causa ueritatis ostendendæ in id quoq; cõpelli reũ debuisse, ut instrumẽta sua æderet, quũ iniquũ sit ueritatẽ occultari[z]: & ideo mala fides põtificio iure usucapioni obstat[a]: obstaret & sentẽtiæ, quũ is, qui scit se ueꝝ debitorẽ, absolutus fuit, nisi causa dirimendaꝝ litiũ cõscientiæ suæ leũ ex relinqueret[b]. Sed tñ hæc nos parum mouẽt: non em̃ constat reũ nolentẽ ædere malæ esse fidei, uel occultare ueritatẽ, neq; debuit rẽ suã inuitus alteri exhibere, arcanaq; sua aduersario, qđ iniqssimũ esset, patefacere, satiusq; fuit ultionẽ rei occultæ Deo ipsi ꝑmittere[c], q̃ in casu ambiguo dñi arbitriũ de re sua ĩminere: aufereẽ em̃ pricipalis cõmoditas, quæ reo indulta est, nẽpe ut nihil ipse præstet, sed actore nõ ꝓbante absoluaẽ[d], ut merito nec ratiões qdẽ exhibere debeat, qđ supra ostẽdimus[e]: nã & à theologis receptũ est, eũ qui iudici uera se dicturũ iurauit, non tñ id delictũ detegere debere, cuius diffamatus, adhuc nõ est, nec ideo ꝑiurũ censeri, quod et Clauasius retulit[f].

ALIENO-

i l. in fundo. de rei uend.
k l. 4. ff. de in offic. t. st.
l gl. l. 1. uer. tenebitur. de alie. iud. mut.
m l. sancimus. ĩ. de iud.
n Bal. col. 9. rep. peruſ.
o Doct. c. sæpe. de app.
p l. terminato. ĩ. de fruct. & lit. exp.
q arg. non igno. ĩ. de fruct. et lit.
r Bal. hic. col. 10. op. 8. Pad. rep.
s l. properandũ. §. sin autem alterutram. ĩ. de iud.
t gl. in d. l. non est nouum.
u. Bar. l. rura. C. de om. ag. de ser. lib. 12.
x l. eum quem temere. de iud.
y gl. l. quod te. si cer. pet.
z l. 1. in fi. ff. eo.
a l. scio. de in integr. rest.
b l. 1. §. nunciatio. ubi Bar. ĩ u't. col. de ope. no. nũ.
c l. 2. §. si quis à principe. ff. ne qd in lec. pub.
d l. fi. sup. de iur. & fac. igno.
e l. non est ignotũ. de admi. tut.
f l. meminerint. C. unde ui.
a l. ex iudiciorũ in fi. ff. de accu.
b l. uiro. ff. sol. matr.
c rubr. ĩ. de accu.
d l. indicasse. ff. de uerb. sig.

e l. qui cũ m[...] §. accusasse. [...] bon. lib.
f l. eum qu[...] mere. de iud. [...] perandũ §. si [...] tem alterutr[...] de iud.
g l. q in alter[...] de reg. iur. [...] d. l. eum que[...]
h l. 1. ubi Ba[...] ad Turpil.
i l. si credito[...] item. §. si qu[...] debitorem. ff[...] iniur.
k l. 1. ĩ. de ac[...] diuers. ind. [...]
l Bar. d. l. 1. [...]
m gl. in l. a[...] tas. §. pe. d[...] qui not. infa[...]
n l. fi. ĩ. de [...]
o l. & in pr[...] tis. ff. ad T[...]
p l. 1. secũdo [...] ff. de fal.
q d. l. 1. §. inc[...] cõs. 12. in 1. u[...]
s Ang. in l. [...] cantia. 6. q. [...] bon. uic. Ias[...] §. sin aũt. 8. qu[...]
t ag. not. ꝑ [...] in d. l. 1.
u l. 3. ĩ. ad l. [...] mai.
x l. fallacite[...] de abol.
y l. 1. in fi. [...] de legi.
z c. 1. de crim[...]
a c. fi. de pr[...]
b c. à nobis. [...] sent. excom. [...] in ext. uag. a[...] primendum [...] uerbo denun[...] onem.
c d. c. à nobi[...]
d Bal. l. ĩstru[...] ta. C. de fide[...]
e supr. l. 1.
f Summa A[...] in uerb. conf[...] dilecti.

alienorum [d] instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat [e]: actore [f] enim non probante, qui conuenitur, & si nihil ipse praestiterit, obtineat.

d ¶ALIENORVM. Si igitur aliquis à tabellione instrumentum, praestita ei mercede, redemerit, suum erit: uidetur em̃ chartam quocꝫ, uti scripta est, emisse [g]: unde traditur, quibus casibus specialiter inductũ est, ut reus ad aedendũ cogatur, huius authoramenti cõtributionẽ aliquam posse petere, qđ et supra diximus [h]: quapropter & in seditionibus ciuilibus, direpta domo alicuius, qſ quis à latrunculis instrumenta redemerit, iure mercedem impensam repetet, tanquã utiliter gesserit [i]. Et hinc annotant Doct. eũ, qui propriũ instrumentum occultat, & supprimit, quũ illud aedere nõ teneat, abesse à dolo existimari [k]: quod in alienis instrumentis nõ ꝓcedit: ea em̃ qſquis caelauerit, interuerterit, fecerit quò minus appareat ueritatis occulendae gratia, falsi tenetur [l]. Idem in tabelliõe, q ꝓtocolum ipsum supprimeret, & de eo cõficiendo rogatũ se negaret [m]: nisi dolo malo eum carere iudici uideret, quae cõiectura & ex qualitate ꝑsonae, & ex tpis diuturnitate quãdocꝫ ꝓbabilis est [n]: ut Alex. post ueteres existimauit: nam & qui caelat instrumentum, non ut nemini appareat, sed aduersus aliquem tantũ, falsum nõ cõmittit, sed interdicto ad exhibendum cõpellitur [o]. Sed & qui illud cũ alijs rebus subtraxit, & ne furtũ depraendatur, noluit exhibere, furti solum mulctabitur [p].

e ¶FIERI debeat. Iniquũ em̃ est quencꝫ contra seipsum probationes inducere: quo argumẽto nec aduocatus, qui aduersus om̃es Titium defendere promisit, aduersus se ipsum patrociniũ praestare compelletur [q]: opinor nec aduersus cõsanguineos suos [r]: tametsi in iuramento fidelitatis alia fiat interpretatio [s]: & qui turrim praesidiumꝗꝫ mihi contra quoscũcꝫ spopõdit, aduersus se promisisse nõ existimabitur, ut ueteres plerícꝫ tradiderunt [t]: nisi eius culpa ortae sint inimicitiae [u]: quod Pyleus disputando affirmauit [x]. Sed uix est, ut ego id probem, quum uerisimile sit, id actum, ut nullo casu aduersus seipsum turrim daret [y]: idꝗꝫ huius legis argumento, cui locus est siue iuste, siue iniuste actor experiatur, nam nec aduersus rempub. suam uel prĩcipem tenebit [z].

f ¶ACTORE. Vnde solet dici fauorabiliorẽ esse rei causam [a], quia ut Aristoteles in problematum particula XXIX. ait, actor non nisi praeparatus ad iudicium accedere debet: & ideo nõ excusatur, q̃uis in ius alterius successerit [b]: breuioresꝗꝫ dilationes eadem ratione habet [c]: quum cõtra reus ad causam inopinus, imparatusꝗꝫ trahatur [d]: quo fit ut aliqua ꝑ obliuionẽ ab eo omitti uerisimile sit, nam & proniores ad liberationẽ sumus [e]: quũ & satius sit nocentem absoluere, q̃ innocuum condemnare [f]. Sed & ea quocꝫ ratio probabilis est, hũc qui agit, culpã seu morã eius, qui cõuenitur asserere: at qui alterum deliquisse ait, duriorem habet causam, quũ lex pro cuiuscꝫ ꝓbitate praesumat [g]: & in dubio paribusue ꝓbationibus dimittendum reum idcirco censet [h]: Summa igitur ratione hic cõstitutũ est, ut actore seu accusatore non probãte, reus absoluatur: cui regulae locus est, etiam si reus nullũ ius ipse habeat, soloꝗꝫ possessionis commodo fruatur [i]: quoniã ex actoris tantũ persona ius metimur [k]: idemꝗꝫ si reus ipse onus probãdi susciperet, nec susceptũ satis exequeretur, nihilominus actore non probante, si aliud non obstet, absoluendus uidetur [l]: nec refert, optimae existimatiõis sit actor, reus uero ꝑfidus & deploratus, an id minus: qua in re si Iureconsultos potiuscꝫ philosophum Fauorinũ cõsuluisset Aul. Gel. noctium atti. li. XIIII. cap. II. non adeo dubitasset: nõ em̃ quiscꝫ tam sanctae inculpataeꝗꝫ uitae esse potest, ut solius assertioni standum sit [m]: quũ lex euangelica duos aut tres requirat [n]. Si igit̃ quantũuis praesignis actor nõ probet, regulae iuris adhaerebimus. Quãdocꝫ tamen lex irregulari ꝓbatione contenta est, ut quũ semiplena fides facta est, tunc em̃ actoris iuramẽtum ꝓbationẽ supplet [o]. Idem quũ reus in dolo esse cõuincitur, difficultasꝗꝫ ꝓbationis subest [p]. In his quocꝫ, quae ab animo nostro pendent, solum iusiurandũ ꝓ ꝓbatiõe habet̃ [q]. Sed & plerũcꝫ ꝓbationis uim obtinet ꝓ̃sumptio [r]: quia solet dici, ꝓ̃sumptiones legũ pro liquidissimis ꝓbationibus esse [s]. Quandocꝫ tametsi plene probatũ nõ sit, ut reus absoluat̃, aliquib9 remedijs opus est, ut in criminalibus, in quibus reus innocentiã suam ostẽdere debet, quia lex unumquẽcꝫ iubet à criminibus abstinere [t]: & ideo in his aliquando iuramentũ purgationis requirit̃ [u]: nec abscꝫ eo diffamationis maculam abolet [x]: saepe de indiciorum adminiculorũꝗꝫ ueritate ꝑ quaestionẽ cognosci iubet [y]: solent & latrũculatores quãdocꝫ interloqui, se reum rebus sic stantibus absoluere, quae sententia ab obseruatione iudicij absolutoria tantum est [z]: tuncꝗꝫ solũ conceditur, quũ nulli ad probandũ dilationibus indultis ꝓnunciatur [a]. Si em̃ legitimae dilatiões datae sint, uel ad ulteriora ꝓcessum, puta ad quaestionẽ, accusatore uel ꝓcuratore fiscali nõ ꝓbante, reus diffinitiue, ut hic dicit̃, absoluendus est, praetercꝫ in causis ciuilibus, quũ actor, qui semiplene probauit, abest: & ideo ei iuramentũ deferri nequeat, non em̃ reus diffinitiue tũc absoluendus uidetur, sed ab obseruatiõe iudicij, quod Mart. Saly. Tigri. Alexandroꝗꝫ placuit [b]. Caeterum & quoties iudex certa conscientia actoris causae afficitur, ad principem scribere debet [c]: & se iudicandi necessitate exoluere: quoniam qui contra conscientiam iudicat, seipsum iudicat [d]: quòd si princeps eum non audiuerit, opinor recte facturũ, si Aul Gellij exemplo iurauerit, sibi non liquere [e]: q̃uis em̃ secundũ acta & ꝓbationes iudicandum sit [f]: tamen id nõ adeo debet obseruari, ut aduersus certã cõscientiã quis pronunciet [g]. Illud quocꝫ receptũ est, ut quandocꝫ cõpellatur reus ad actoris intentionem adiuuandam, ut quum actor syngrapham exhibet, quam à se scriptam negat reus, poterit is compelli ad scribendũ, ut literarũ cõparatione manus agnosci possit [h]: cui nõ absimile quod traditũ est, delato sibi iure iurando, uel iurare eũ debere, uel referre [i].

i §. cõmodũ. Inst. de inter.
k l. j. §. 1. ff. si pars haered.
l l. circa. ubi Docto. ff. de prob.
m glos. c. sicut. in fi. de sen. excom.
n c. licet. de test.
o l. in bona fidei. j. de re. cred. l. admonendi. de iureiur.
p l. si qñ. j. unde ui. l. semper. §. in hoc interdicto. ff. qđ ui aut clam.
q c. significasti. de homi. glos. §. aliae. Inst. de act.
r l. cũ de indebito. ff. de prob.
s l. licet imperator. de leg. j.
t l. is qui reus. de pub. iud.
u l. presenti. §. si cubi. j. de his qui ad eccles. Rubr. ex de pur. cano.
x l. fallaciter. de aboli. in fi. l. ubi j. de fal.
y l. fi. ff. de quaestion. glos. l. fi. j. fam. hers.
z. Bar. l. citia. colũ. fi. ff. de acc.
a Abb. et Imol. c. j. de off. ord.
b l. properandũ §. et siquidem. j. de iud.
c §. fi. in auth. de iud.
d c. per tuas. de simo.
e l. Pomp. de re iud.
f l. illicitas. §. ueritas. de off. praes.
g Doct. c. pastoralis. §. qa uero. de offic. dele.
h §. si quis igitur uer. tactus. in auth. de instr. cau. & fi.
i l. manifestae. de iureiu.

IMP. ALEX. AVG. *Valentiniano.*

NOn est nouū, eum, à quo petitur pecunia, implorare rationem creditoris, ut ueri fides cōstare possit.

IDEM AVGVSTVS *Vriano.*

IVstū est[a] desiderium eius, à quo

NON EST NOVVM. Veteribus con-
stitutionibus, quas â Triboniano sub-
latas (quod hæc nostra sufficeret) credibi
le est, cautum fuerat, ut actor ipse reo ratiões æ-
dere, causa exceptionis probandæ teneretur: me
rito id nouum non esse hac lege dicitur, melio-
ris'q; conditionis
hac in re est reus,
quàm actor: quū
generaliter lex di-
cat, fauorabiliorē
esse reorum cau-
sam[k]: quare & fa-
cilius exceptio cō
ceditur, q̄ actio[l]:
sicut defensio, q̄
impugnatio[m]:
qua ex causa &
beneficiarius, quem uasallum uocant, belligerā
ti domino indistincte defensionis gratia obse-
qui debet[n]: si uero hostem ille ultro oppugnatū
tentat, non: nisi cum iusta arma dominus infert,
adesse ei cogitur[o]. Ea igitur iuris regula in æditi
onis quoq; materia obseruanda præcipue fuit,
quum actor priusq̄ litem incipiat, dispicere de-
buerit, quomodo ius suum aliunde q̄ ex rei do-
mo probaret[p]: at reus quacunq; defensione tue-
ri se potest[q]: deterior enim est, qui iniuste aliquē
aggreditur, quàm qui pari culpa se defendit: un-
de & in re turpi potior est causa retinentis[r]: æqua
igitur fuit huius constitutionis dispositio, ut reo
liceat doli mali exceptionem actori obijcere, cū-
q; dolum probaturum se affirmare actoris ipsi
us rationibus aut instrumentis, idcirco'q; corū
æditionem officio iudicis implorare, ut sibi im-
putet actor, qui aduersus prouerbiū crabones
excitarit. Sunt tamen qui septem casibus restrin
I gi textus nostri regulam arbitrentur. Et in pri-
mis pleriq; ueterum in rationibus quidem ob-
seruandam affirmabant, in instrumentis uero
minime[s]: quæ propositio utcunq; disputabilis
est, sed tamen crebrius receptum est, etiam in in-
strumentis huic legi locum esse; siue quòd ratio-
num appellatione etiam instrumenta contineri
uideantur[t]: siue quòd hac in materia promiscue
instrumenta & rationes accipiantur[u]: siue quòd
eadem in utroq; casu est ratio, quum non minus
dolum actoris detegere possit instrumentorū,
quàm rationum æditio, loquatur'q; lex de ratio
nibus ipsius actoris proprijs: hanc sentētiam &
II nos sequimur. Alij, ut Pur. restringunt, ut in
tabulis, & Codice rationum procedat, non aūt
in priuatis schedulis, nam tales pro sua instructi
one secretò factas, ædere actor nō tenetur: id em̄
in fœneratore speciale est[x]: in quo ipse dissentio,
quum rationum appellatiõe etiam aduersaria,
id est huiusmodi chartulas cōtineri supra docue
rim[y]: & quia de probanda doli exceptione agi-
tur, qui dolus maxime depræenditur ex priuatis
scripturis: quum non minus aduersus hos præ-
sumendum sit, qui binas rationes conficiunt, al-
teras palàm, alteras secretò, quàm q duabus cru-
menis (ut uulgò dicit) in nundinas eunt[z]: nec
me fœneratoris exemplum mouet, qui cum re-
us sit, iure speciali ædere cogitur, actor uero iure
III conmmuni ædit. Alij, ut Decij fratres, nō pro-
cedere regulam existimant, quum persona acto
ris reo fauorabilior est[a]: ut quum pro libertate
dote, matrimonio agitur[b]: quæ sententia se-
quenti constitutione confutatur, ubi etiam fisci
procurator nomine publico agens, qualicun-
q; reo ædit, & tamen fisci causa fauorabilis est, si
de dāno uitando agatur[c]. Alij ut Bal. in reo pro-
cedere negant, q IIII
compensationem
obijciat, quoniā
huiusmodi uide-
tur potius actor,
nec simpliciter se
defendit[d]: unde
abhominatus &
sacer, in iudicio cō
pensationis cau-
sa esse nō potest[e]:
sequuntur'q; Bal.
cæteri recentiores: sed hæc opinio legem no-
stram in arctum redigit: quum enim in rationi-
bus earum'q; nominibus plerunq; sint cōpensa
tiones: quum ab altera parte ascribantur data,
ab altera recepta, quis non uidet apertam uim
uerbis legis fieri? fit & rationi, ea est ut fraus a-
ctoris seu doli exceptio probetur, quæ exceptio
ex compensatiõe quoq; competit[f]. Adde quòd
si is, cui exceptio sola datur, actorem potest co-
gere, quanto fortius is, qui exceptionem adeo ef-
ficacem habet, ut etiam petitioni, si uelit, suffici-
at[g]: nec uerum est eum, qui compensat, non sim
pliciter se defendere, quum qui compensat reti-
neat[h]: retentio autem defensio sit[i]: nam & com-
pensatio ipso iure tollit debitum[k]: exceptionis-
'q; obiectio nil aliud est, q̄ nuda declaratio, per
quam detegitur actori satisfactum esse[l]: & ideo
in omni materia uim solutiõis habet[m]. Quapro
pter omnes fatentur, excõmunicatio concedi cō
pensationem, saltem ex æquitate[m]: at in omi ædi
tione plurimum æquitas attenditur[n]. Satius est
igitur Bal. sententiā solū intelligere, quatenus
obiecta cōpensatio summæ petitionem excedit,
quod alibi existimaui[n]. Illud uulgò constat, quo
ties cōpensatio ex eodē facto, & natura rei pro-
cedit, regulā legis nostræ obseruandā, ut quū de
fructibus sorti iputandis agit[o]: quod omnes ꝓ-
bant: fauorabilior em̄ est huiusmodi cōpēsatio.
V Rursus Bal. à regula recedendū putat in excepti-
onibus odiosis, qualis est Macedoniani senatus-
cōsulti, aut ꝑscriptiõis[p]. Sed quū ex bono publi
co, & summa ratiõi hæ introductæ sint, uix est,
ut ego in hāc sententiā transeā, ꝓbabiliores for-
VI te erūt postremæ limitatiões. Altera, ut nō sit æ-
dendū, q̊ries exceptio æq̄tatē petitiõis nō exclu-
dit[q]: quales sunt, q̄ sacratis legibus oriunt̃, excō
municatiõis (ut uocāt) scilicet & banni, nisi dixe
VII ris huiusmõi dilatorias exceptiões nō debere mi
nus fauoris asseq, q̄ peremptoriæ habeāt, quū &
dilatio oīs pars sit summæ[r]. Altera, quū crimē
actori obijcit[s]: nō em̄ ad dedecus suū detegendū
cogi debet[t]. Sed & hæc ratio uix est, ut in eo locū
habeat, q aliū stimulat & in ius trahit. Omi, inq̄t
M. Cic. uitio carere debet, q in alterū paratus est
dicere: nā & lex gñaliter exceptionis doli ꝓban
dæ causa ædi iubet, quæ exceptio actoris crimē,
& impudentiam reuelat.

IVSTVM. a ¶ Supra cōstitutum fuit, teneri
actorē ad ædendum reo, quid in eo dicemus,
qui

k d. l. fauorabiliores.
l l. 1. §. is autem. de superfi.
m l. ut uim de iust. & iur.
n gl. 22. quæst. 5. c. de forma.
o Bald c. 1. quib. mo. feu. amitt. in princ. Abb. c. sicut. ult. de iureiu.
p l. 1. supr. eo.
q l. nemo. ff. de except.
r l. 3. ff. de cond. ob tur.
s gl. c. G. perpetuus. de fid. instru. Az. Odof. la. Ray. Saly. d. l. fin.
t l. cum seruus. in fi. de condi. et dem. l. prætor. in princi. ff. eo.
u l. fin. ī. eo.
x Clem. 1. §. cæterū. de usur.
y l. 1. supr. eo.
z arg. l. pen. in princ. ff. de extr. ord. crim.

a l. inter. & rei
b c. fi. de re i
c l. non puto. … no. de iur. fi
d l. amplius … pet. ff. rē ra. h
e c. cum inter … except. ubi Do
f l. 2. §. gener … ter. de do. exc
g d. l. 1. §. is i
h l. 4. 1. de p … hæred.
i glo. c. quo in … 8. distinct.
k l. uerū. l. si … bo. ff. de cōpe
l l. 2. ff. de cōp
m l. 3. §. 1. l. … culum. §. 1. … stat. lib.
m d. l. fin.
n supr. l. 1.
o c. 1. extra … usur.
p l. q exceptio … de cōdic. inde.
q Bald. d. l. fin.
r l. 1. §. diem.
eo. §. … aūt. Inst. de …
s l. 2. §. diuus. … iur. fisc.
t l. alias. ff. de iureiur.

petitur, licet nomĩe publico, ut rationibus publicis exhibitis, cõstet, quãtũ sub noĩe[b] suo solutũ sit.

IDEM AVGVST.

Valentiniano.

PRocurator priuatæ ratiõis, instrumẽtorũ, quæ cõmunia tibi esse cũ fisco dicis, describẽdorum facultatem, secundũ morem fieri

qui publico nomine agit, ut quia procurator, aut actor fisci, seu reipub. an & ipse ædere reo tenebitur? Et uidebatur non teneri, quoniam hac in materia æditionis plurifariam indultum est fisco, & in primis id speciale habet, ut reus illi ædere compellatur[u]: & si nõ ædiderit, subtracta instrumenta creduntur[x]. Rursus ei cõcessum uidet͂, ne quisquã aduersus fiscum ædat[y]: qđ si tertius reo cõuento à fisco ædere prohibetur, fortius fiscus ipse aduersus se ædere non fuit cogendus[z]. Sed tamen rescribit Imperator, fisci actorẽ cõpelli ad ædendũ ratiões publicas. fiscus em̃ iure priuatorũ utit͂, præterq̃ ĩ casibus, quibus expressim apparet priuilegiũ ei concessum[a]: & ideo reo cõuento, sicut quilibet alius ædit, idq́ maxime in ratiõibus publicis procedit, quæ quodammodo soluentis mandato factæ uidentur[b]: ut Bart censuit. Idemq́ absq; dubio si reus apochæ amissionẽ alleget[c]: siue casu fortuito, siue aliter[d]: nec obstat quòd fisco hac ĩ materia specialiter plurimũ cõceditur, quia uerius est, hoc solũ casu ei indulgeri, quo de uacantibus bonis tractatur, ut quia de iure capiendi agitur, puta quòd clam relictũ sit aliquid incapaci[d]: uel bona sint uacantia, ideo iure dominij ad fiscum pertineant: uel alia simili re nummeraria agatur, ex causis scilicet præcedentibus, quæ à Calistrato relatæ sunt[e]: unde & senatusconsultũ, cuius Modestinus meminit[f], ædi delatori iubet in eam tantum causam, quæ delationẽ respicit: & ratio priuilegij est, quia ultra fisci fauorem in eis causis subest etiam publica utilitas, ut clandestinæ fraudes detegantur, quæ tamen utilitas odio capitalis causæ superatur, eiq́ cedit[g]: quo fit ut in capitali causa nunq̃ fiat æditio[h]: nec nos rursus mouet, quòd tertius contra fiscum ædere non debeat[i], quia de his actis uel instrumentis intelligendum uidetur, quæ tertius beneficio fisci consequutus sit, & ex præcedentibus subsequentia declaranda, quod & supra docui[k]: & hæc ego uera arbitrarer: communis tamen sententia aliorum aliter se habet, existimantq́, si fiscus cõueniatur, nec à tertio quidem aduersus eum ædi debere[l]: si uero ipse alium conueniat, tunc legi nostræ locum esse.

b ¶NOMINE. A se uel alio, qui ipsius rei nomine soluerit: ego nomen alio quoq; sensu hic accipi posse arbitror: sunt em̃ in rationibus nomina, tituli, seu capita separata per singulas causas, uel personas, quibus ostenditur, quã in causam uel negotium, quid datum, acceptumue sit, ut Asco. Ped. declarat, unde & nomina simpliciter pro causis ponuntur[m]: quandoq; etiã pro ipsa cautione[n]: aliquando pro debito, seu pro debitoribus ipsis[o]: quapropter posset hic textus intelligi, non quum de fundanda exceptione rei agitur, sed de adiuuanda tantum, ut quia constaret quidem numeratam fisco pecuniam, sed dubitaretur cui nomini, id est in quam causam sit imputanda[p]: personæ scilicet ipsius, qui conuenitur, an alterius.

PROCVRATOR. Procuratorum duplicem speciem esse pleriq; recentiores tradiderunt, alios em̃ qui fisci procuratores dicuntur, quiq́ publica principis iura moderant͂, alios qui Cæsaris appellantur, aliosq́ nomine Rationales, ad quorum curam priuatum Cæsaris patrimonium pertinet: & quoties inter fiscũ & priuatũ lis est, hi iuris dicẽdi potestatem habent[r]. Sed alias ego promiscue hos accipi Rationalesq́ appellari arbitratus sum[a]: qua de re alibi diffusius, in præsentia solum admonendi sumus, procuratorem priuatæ ratiõis prĩcipis in Aegypto Rationalẽ fuisse, qui ab illis ἴδιος λόγος, ut Strabo li. ult. ait, uocatur: ad quem indagatio bonorum uacantium spectat, & omniũ rerum, quæ Cæsari debentur: is in comitatu suo Cæsaris libertos & actores habebat, quorum fidei maiora minoraue negotia credebantur. Si igitur aliquis cõmunia esse sibi cum fisco instrumenta alleget, ad ipsius procuratoris solicitudinem pertinet, ut eorum describendi facultatem socio fieri iubeat, & quoties expedierit etiam authentica eo petente in iudicio exhibeat, ne probationis fides uacillet. communia enim instrumenta, quũ apđ fiscũ ceu digniorẽ remaneãt[b]; non tñ id dignitatis priuilegium cum alterius iniuria esse debet[c]. Sed an perpetuum, id est, ut instrumenta communia apud fiscum remanere debeant? Et quosdam casus excipi constat, & quum ex conuentione penes me sunt, & fiscus socio meo succedit, nõ em̃ ius mihi ex facto meo quæsitũ auferetur[d]: cõtractus em̃ ad successorẽ transeunt[e], fiscusq́ iure authoris sui solũ mutet͂[f], ut Bar. recte sensit. Idem si fiscus falsi quæstionẽ hæredi scripto moueat, non enim ideo penes fiscum remanere debent testamenti tabulæ, quum ex accusatione nullum ius, in proprietate huiusmodi tabularum, fisco acquiratur[g]. Sed & si maior sit pars, quàm ex instrumento consequi priuatus possit, uidetur apud eum potius authenticum relinquendum[h]; ne minorem partem possidenti plus tribuatur, q̃ ei qui maiorem habeat[i]: & si enim in communium rerum alienatione priuilegium fiscus habeat, eiusq́ pars aliam trahat[k]: non tamen hoc in casu uidetur aliquid specialius ei indulgeri. Nec me mouet, quòd lex, si de tabulis testamenti deponendis agatur, digniorem præferri censuit, non distincta cuiusq́ parte, maior an minor sit[l]: quia communiter aiunt, per aliam legem nihilominus distingui[m]: mihi & illud uerisimile uidetur, quum de hæreditate controuersia non est penes eum, qui maiorem partem habeat, tabulas relinquẽdas: si uero de ea ambigatur, secus esse, ne ille, apud quem sunt eas in sui fauorem uitiet[n]: & quia partes hæreditarias interim non attendimus, quum adhuc

p arg. l. j. ff. de solut.
r l. apud. ĵ. ubi cau. fisc.
a l. 2. supr. de mod. mul.
b l. fi. de fid. inst.
c l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub.
d gl. l. fi. circa medium. C. qui pot. in pig.
e l. ueteres. ĵ. de cõtrah. stip.
f l. fiscus. ĵ. de iur. fiscal.
g l. fi. ff. de tab. exhib.
h l. 3. §. fi. l. si quæ sunt. ff. fam. ercis.
i l. maiorem. ff. de pac.
k l. 2. ĵ. de com. re. ali.
l d. l. fin. de fid. instrum.
m d. §. fi. d. l. si quæ sunt.
n d. l. fi. de tab. exhib.

iubebit[b]: & si quādo res exegerit, ad fidē petitiōis tuæ apud aliū iudicē pbēdā[c], aliqd eorū pferri, desiderante eo, qui conuenitur, ut id fiat præcipiet.

adhuc de eis decisum non sit: nam & lex simpliciter pferendū, qui ætate, uel dignitate, uel sexu, uel statu præcellat, ait, si de tabulis deponendis agatur[o]: at quū inter hæredes id tractatur, non iure depositi hoc fit, sed qa alius maioris partis sit dn̄s: tunc igitur ei prælationi locus erit, quū de deponendis agitur, ut quia de electione, uel suffragio amici tractatur[p]. Cæterū & in ciuitatibus, quæ intestinis discordijs laborāt, & in quibus periculum est, ne acta publica diripiantur, putauerim iustam priuati querelam esse, authenticum in archiuis publicis relinquere detrectantis[q]: interponet itaq; iudex partes suas, ut ibi relinquatur, ubi uerisimile est tutius, incorruptiusq; fore: ideo em̄ lex digniori id ius concedit, quia diligentiorem custodiam præstaturum eū arbitratur. Vnd & seniorem iuniori præfert, q̄ scilicet illi difficilius fallātur, seruentq; magis fidem, utpote ad eos quāprimum ituri: quod nō in instrumentis tantum, sed & in alijs plerisq; rebus obseruatur, ut in clauibus castri, uel arcæ numariæ. Idē in signatorio annulo[r], & similibus[s]. Sed an hac in re præferemus maiorem ætate, ei qui maiori sit dignitate? Et receptius est senem in fide & custodia præferendum[t]: extra quam causam plus tribuemus digniori, qualis & is censetur, qui ampliora stipendia habet[u]. Quid si dignior honorem amiserit, exauthoratusq; sit? Et si ex culpa uel delicto id cōtigit, omnes cōsentiunt hoc nomine accepta instrumenta alteri, cuius fastigio præumbrari cœpit, restituturum[x]: quod si cum ignominia missus non sit, existimāt aliqui propter gesti honoris memoriam cætera æquali præferendū[y]: quibus & nos assentimur.

b ¶IVBEBIT. Per actorem fisci, uel cōmentariensem, apud quē huiusmodi instrumenta sint reposita, & cum cōmunio hæc in dominio sit, talis facultas absq; alia causæ cognatione, ut Bar. inquit, conceditur[z]: quod accipiendum, dum tamen cōmunio ipsa probetur[a]: poteritq; ex inspectione instrumentorum in huius rei fidē instrui iudex, hacq; causa confestim sibi exhiberi ea iubebit[b]. Et ex hac lege illud præcipuum annotandū est: tametsi tertius, apd' quē instrumenta uel rationes reperiunt̃, regulariter cogi ad ædendū nō possit[c]. quibusdā tn̄ casibus aliud obseruari. Et in primis ex hac cōstitutiōe, qn̄ reus petit sibi nō solū ab actore ædi (qd' receptissimū est)[d] sed ab eo, q cōmunia cū actore habet instrumēta, ut hic à fisco, qd' Aret. & Socy. existimant: q̄ sententia eo argumento defendi potest, quia persequutio, id est officij iudicis imploratio, qua huiusmodi instrumenta petuntur, quandam naturam rei uendicationis habet[e], & ideo etiā in singularem successorem, & socium competere debet[f]: quo exemplo & creditor hypothecarius ab his omnibus ædi sibi iure postulabit, quos debitor suus cogere potuisset[g]. Sed tamen satius est textum nostrum secundum iuris cōmunis regulas intelligere, ut scilicet reus ab actore ædi petat, actor sibi à fisco[h]: quod & ueteres probarūt,

o d. l. fi. de fid. insi.
p d. l. si quæ sunt.
q arg. c. accedēs. ut lit. nō cōtest. et qd' no. Alexā. cōs. 103. col. 5. ī j.
r l. cum pater. §. pater pluribus. de leg. 2.
s Ias. l. cum quid. si cer. pet.
t d. l. fi.
u l. 2. supr. de off. mag. offi.
x l. cum quis. de solu.
y l. seruus. ī. de quæst.
z arg. l. fi. ī. qui leg. pers.
a l. fi. §. docere. ui bon. rapt. ubi Bar.
b Rot. decis. 213. licet.
c l. si quis. §. pertinere. ff. eo. gl. d. §. neq;
d d. l. non est nouum
e Bar. §. Cato. in 3. opp.
f l. si quis. §. 1. l. quædam. §. is autem. ff. eo.
g Bar. d. §. pertinere.
h arg. l. cum in plures. §. messem. ff. loc.

quum debitori qui soluerit consuluerunt, ut qa ipse tabellionem cogere non potest, contra creditorem experiatur, ut ille ad ædēdum restituendumq; sibi obligationis instrumentum eum cogat[i]: ergo & cessionarius aduersus eum, qui actiones cessit, aget, ut sibi ædi faciat, & originale à notario exhiberi[k]: nisi & hoc ipsum ius à notario petendi cessum esset[l]. Alius casus est, quum apud tertium originale instrumentū reperitur, is em̄ qsqs sit, poterit ad ædendū cogi[m]: nā hoc casu etiā ipsi actori reū ædere debere, Bal. existimauit[n]: multo igitur magis tertius: quapropter & depositarius, & sequester hoc casu ædere tenentur[o]: qua ratione illud quoq; traditum est, si notarius perdiderit protocola, iure eum aduersus instrumenti possessorem agere, eiusq; cum die & consule copiam petere, ut eo excepto, ipse alijs ædere possit[p]. Alius est, qui ex Iuliani sententia inducitur[q]: quum scriptura mandato meo descripta apud tertium extat, siue ille à mādatario meo causam habuerit, siue, ut Aret. existimat, non habuerit[r]: quæ sententia & nobis placet[s]. Sed quum Iulianus nullam mandati mentionē faciat, supra ostendi, aliter illud responsum accipiendum esse[t]. Illud in dubitationem nō uenit, posse quemlibet ultro ædendo unicuiq; officio suum se præstare[u]: quod boni uiri ueritatis adiuuandæ studio facere solent, notarij etiā ut mercedem consequantur.

c ¶PRAEBENDAM. Descriptio ergo illa fidem non faceret, idcirco authenticum exhibendum est. hincq; adnotant omnes exemplum instrumenti, seu indicem, aut apographum fidem in iudicio non facere[x]: & ideo originalia producenda sunt[y]: alioqui facile circumueniri ueritas posset, quum exemplaris uitia sola exempli lectiōe dignoscere nequeamus[z]. Cur autem exemplum fide careat, ea est efficax ratio, quia ex instrumento non probatur, nisi id de quo rogatus est notarius, ut documentum conficiat[a]; quodq; eius rogationis tempore gestum fuit[b]; is autem, qui exemplum describit, nec de originali rogatus est, nec eo tempore quo rogatur qc̄ magis attestari de re in authentico scripta potest, q̄ testis de re ab altero audita, posset[c]: merito igitur eius fides uacillat: quo fit ut parum referat, etiam si exemplum publica manu confectum sit[d]: unusne id sumpserit an plures, nec em̄ etiam pluribus notarijs creditur, nisi quatenus rogati sint[e]. Sed quid si exemplum ab eodem factum sit, cui de originali quoq; scribendo iniunctum fuerit? Et probare dicendū est, quum cessent prædictæ rationes, ipsumq; exemplū hoc casu originale dici possit[f]: quum & eadem sit psona, eademq; authoritas, quæ scripturæ addit fidem[g]: potest enim ex eodem protocolo notarius plura exempla describere, & subscriptione sua authentica ea facere[h], dum tamen appareat id egisse eum, ut sint authentica, ueluti quia solennia seruauerit: alioqui ceu nuda exempla nō probarent[i]; nec enim dubium est, quin possit

notarius

i Ioan. and. ī rub. de instr. 3. quæst.
k Flor. l. cæt. §. fin. ff. f… berc.
l l. qd' debe… ff. de pecu.
m d. §. is au… l. prætor. §. … minus. ff. eo…
n Bar. in l. … ditiones. ff. …
o l. 3. §. si … læ. ubi Bar. … bul. exhib.
p d. l. si qs e… gētarijs. §. …
q l. 3. §. pe… exhib.
r Aret. c. … proba.
s arg. l. pro… in princ. ff…
t l. 1. ī fi. supr…
u glo. §. neq…
x l. 2. ff. de… instr.
y l. 3. supr. … uer. resc.
z l. fi. ī. de e… du. ædr.
a §. nos aute… auth. de tab…
b gl. l. 1. ī. d… inst. lib. x.
c l. 3. §. nost… de testi.
d gl. §. & … super. in au… spons. lar.
e Bat ī auth…
f l. qui tab… §. inde ff. …
g d. l. si qu… phibet. ff. e…
h l. Sempron… de l. 2.
i l. 1. §. si qu… duobus. ff. de… poss. sec. tab.

notarius,si uelit,etiam scripturā priuatā conficere[k]:ergo si ipse exemplum illud appellet,uidetur id egisse,ne esset authenticū,quod Bar.ferè sensit[l]: contra alij[m]:quū fortior sit cōiectura,quæ ex natura rei,q̄ quæ ex nomine oritur[n]:attendemus igitur ad solennitatē potius,quæ si seruata sit,ut quia subscriptionē signum'q; addiderit,authenticum erit instrumentū:si non sit seruata,nec in sui quidem præiudiciū probabit,quod ex solennitatis omissione elusoriū actum facere uoluisse credibilius sit[p]:tametsi recentiores aliqui futili ratiōe dissentiant[q].Sed & si tabularius,qui documentū scripsit,alijs adhibitis notarijs,eos rogarit,ut & ipsi proprio instrumēto attestarētur, fuisse se de eo documēto rogatū,manu'q; ipsius conscriptum,utiq; fidem eius rei facerēt,ut Bar. existimat. Cui non absimile,quod alibi tradit, eum, qui scripto testamentū fecerit,rogare notariū posse,ut attestetur,cōfiteri se illud suū esse testamētum,item'q; quo modo subscriptum,sigillo'q; testium munitū sit:faciet em̄ fidem:nec alia iudicis publicatio,aut deinde noua testium recognitio necessaria amplius erit[r]. Et hæc quidem procedunt,etiā si ille notarius exēplum non scripserit,sed ab alio scriptum ipse subscriptiōe sua, signo'q; muniuerit[s]:parē em̄ uim habet subscriptio,quam holographa scriptura[t]. Vnde etiā traditum est,legē municipalem, quæ exequutionē scripturæ manu debitoris factæ concedit,de ea quoq; accipiendū, quam quiuis alius scripserit, dum à debitore sit subscripta[u]:si uero de chirographo uerba faciat,libellus ab eo subscriptus fortè nō cōtineretur,quòd chirographū propriè ꝑmissio sit obligatoria,manu debitoris subscripta[x]:at libellus manu creditoris concipitur,nec in eo uerba directe ullā obligationē respiciūt[y].

Rursus suprascripta cōclusio procedit,etiam si originale de ea re factum sit,quæ contractu in scriptis deducta ꝓponatur[z]:quis enim in prima scriptura omnis substantia consistat,tamen hæc sequens ab eodem confecta,& in qua sit subscriptiōis partium attestatio,eiusdem est potestatis,eadem'q; existimat: qua in re Baldum rectè Alex. notauit. Rursus quoq; procedit,non solum in notario,qui originalia scripsit,sed & in alio,qui post eius obitum substitutus sit[a]:interpretatione em̄ iuris propter authoritatē iudicis, & alia solēnia,personam authoris sui repræsentat:cui sententiæ consequens est,quod generaliter traditur,si iudicis authoritate descriptū sit exemplum,perinde fidem ac originale ipsum facere[b]:dum tamē parte citata,& rite descriptū proponatur:id est,quòd iudex originali perspecto,cognouerit ualidum solēne'q; esse,exemplum'q; cū eo collatū debita recognitione dispunctiōe'q; facta,concordare,& ideo ceu authenticū in publicam formam redigi mandet,id'q; ex iusta causa, ut quia archetypum dilabescentibus literis uetustate exolescat,uel necessario sit aliò transferendum[c],& si qua similia.Partis autem citatio non semp necessaria est,ut in his,quæ uolūtariæ sunt iurisdictiōis,& neminem aduersariū uerisimilitē habent:exempli causa,quū Palatinus comes authoritatis suæ priuilegium,iudicis iussu describi curat,& exēplum illud in alicuius notarij actis relinquit,ut eo indigētes sciant unde accipere ꝓbationes possint[d]. In his uero,quæ contentiose sunt iurisdictiōis,uel uerisimiliter aduersariū habent,tametsi is certus non sit,arbitrarer generalem citationē,quæ per edictum fit,saltem requiri[e],quod Bald. & Ang.tradiderūt. Sed & necessariam non esse ꝓditum est,quoties periculū more subesset[f]:uel eadē manu exēplar exēplum'q; esse constaret[g]:uel quando ab archiuo publico describeret[h]:uel ab eo fieret exemplū,cui id ius est specialiter lege uel cōsuetudine concessum[i]. Idē si exēplum priuilegij eius authoritate fieret, qui etiā nouum cōcedere possit[k]. Ob antiquitatem quoq; præsumitur citatiōis solēnitas,quod Ias.hic refert,qua de re nos alibi desseremus. Si igitē cōfectū hoc modo fuerit exemplū,præsumetur & à iusto originali,& ex causa legitima descriptū(nisi contrariū ꝓbetur)[l]:& propter authoritatē iudicis pro authentico erit, præterq; si lex aliquam qualitatē adijciat,quæ exemplo nō conueniat,ut quum authentica exhiberi uel insinuari iubet,manu ipsius principis subscripta[m]: ex huiusmodi quoq; exemplari aliud desumptū exemplum æque ꝓbabit,atq; si ex uera matrice (quam πρωτότυπον,id est primā figuram lex appellat[n]) esset[o]:siue manu eiusdem notarij confectum,siue authoritate iudicis,& causa cognita, siue in archiuo,uel int̄ acta rite repositū fuerit[p]: si uero hac obseruatiōe exemplū factum non fuerit,dubiū non est,exēplum nullius esse fidei[q]. Et hæc quod ad authentica instrumēta ꝑtinet satis.Nunc ad eos casus deueniamus,quibus antigrapha,seu quod idem est,exempla saltem inter ipsas partes fidem faciunt,licet authētica dici nō possint:& in primis,si partes exēplum illud ceu iustū & uerū approbarint,inter ipsas fidē faciet[r]: quod si simplicitē describi cōsenserint,nō ideo cēsebimus,approbare quoq; uoluisse:nam & qui consentiūt,ut ex cōcilio Mutij sentētia ferat̄.non ideo eā approbāt,quin appellare possint[s]:sicut & qui ratum habere procuratoris iudiciū promisit[t]:nam & qui testimonia publicari petit,nō tamē testium dictis acquiescere,aut non solēnia approbasse censebit̄[u]. Quid si nō expressim,sed tacite aliquis consensus arguatur,ut quia exemplum in iudicio ꝓduco,tu nihil excipis? Et si exemplum in eo uitiosum sit,quia iudicis authoritas non accesserit,uerius est,adhuc nullius esse fidei[x]:si uero ex eo nō deficiat,magis putarim fidem facere[y]:quia pro regula traditū est,semper pro instrumento præsumi,si pars extrinsecus accedentis solēnitatis uitiū non allegauerit[z].Quid respectu ꝓducentis,nunqd indistinctè exemplū ipse approbare uideat̄? Et receptū est,eum, qui in iudicio quamlibet scripturam producit,censeri approbasse[a]:siue igit̄ hac ratione,siue alia arguatur consensus,fides instrumento aduersus consentientē dabitur:quapropter si quis in iudicio illud exemplū ædiderit, approbasse aduersus se quoq; existimabit̄.Quid si extra iudicium ædiderit? Et mihi uerius uidet̄,non fieri præiudicium,nec ex præsumpta hac extraiudiciali cōfessione integram fidem aduersus ædentem exemplo dandam[b].Si tamen exemplum,tanq̄ in authēticam formam redactum,illi ædiderit,secus est[c]. Huc pertinet quod etiam receptum est, instrumentum puta mandati,ab aliquo productum,&extensim in acta descriptum iudice mandante,aduersus partem parem originali fidem

g facere

scripturas.§. pot. in pig.
..§.si quis in ...bus.
...ard.cons.72.
...hic.
...insulam.de ...escrip.uerb.
...an inutilis de ...epti.
...urp.ꝑ auth.
...ra qui.§.de ...num.pec.
...ar.l.tabula. ...ff.quemad. ...ape.
...diuus.§.item ...tus.ff.de fal.
...Bar.
...emptor.§.1. ...Bar.ff.de
...Doct.l.si ita ...§.Chrysogo... de uerb.obl.
...l.chirogra... ...s.de adm.tu.
...ī ego.§ si do... de iure dot.
...contractus.§. ...ide instr.
...cum.P.tabel... ...le fid.instr.
...illud.ī auth. ...fil.d.l.chi... ...raphis.
...l.de fid.inst. ...xan.cōs.112.
...& Doct.c. ...olim.de re

e arg.c.fi.de elect. in 6. l. si cod. §. de remiss.pig.
f l. ait prætor.§. si debitorē.de his quæ ī fraud.cred.
g Aret. hic.
h c.ad audientiam.ubi Felyn. de præscript.
i Bal.hic. Alex. cons.65.in 1.
k l. si donatio.§. de don.gl.c.Romanorū.19.dist.
l l.cum de ætate. ff. de prob.
m l.probatorias. c. de diuersis offi.lib.12. d.l.3. supr. de diuer. rescript.
n d.l.fi.§.& edic. diui Adr.
o l.2.§. de rela.
p Anch. cons.41. Com. consil.58.
q Doct.d.l.3. Alex. consil.158. in 1. Cor. consil. 24. in 4.
r l. optimam. §. de contrah.et cō. stipend.
s Bar.l.si conuenerit. de re iud.
t l.3.§. falsus.ff. rem rat. hab.
u Inno.c.significauit. c. cum causam.extr. de test.
x l.sicut. §. nō uidetur.qui.mo.pign. uel hyp.Inn. c. intimauit. de testi.
y Fulg.arg.huius legis.
z c.ea noscitur. de his quæ fi. à præla.
a c. cum uenerabilis.de excep.
b l. capite quinto. in fi. de adult.
c d.§.neq;.d.§. prohibet.

facere[d]. In eos uero qui citati non sint, non probabit: quum acta inter alios cōfecta, alteri non obsint[e]. Sed & si archiuo publico rite repositū sit instrumentum, pleriq; tradunt authenticum illud censeri[f]: abundeq; fidei ex eo fieri[g]: quod tamē aliqui rectius coarctant, ut solum in eo loco, aut int' eius urbis ciues ꝓcedat: quod enim ad alias ciuitates pertinet, archiuū illud pro priuato scrinio habet̄[h]: quod si pro exēplo simplici repositū ibi appareat, tū quoq; fidem non facere recentiores credunt[i]: alioqui defraudari facile ius publicū posset. Quid em̄ si priuatus aliqs schedulam aliquã clam immitteret[k]? & ideo solennit' in eo repositū esse instrumētum oportet, ut fidem facere debeat[l]: qua tamē in re plurimū consuetudini tribuetur[m]. Quandoq; etiam exēplo fides adhibetur in odium eius, qui originalia exhibere obdurat[n]: sed mirū est, quod fauor non impetrat, id ex odio concedi[o]: aduersus em̄ non aedentem aliter prouisum à praetore fuit[p]. Non negauerim tamen, posse iudicem ob cōtumaciam partis illi cōminari, nisi originale aedatur, se exemplo fidem adhibiturū[q]: quod tamen non nisi ex magna causa faciēdum est[r]. Nam & illud constat, q̃uis exempla plenam probationem non faciãt, qualem qualē tamē facere[s]: quae ex qualitate rei arbitrio iudicis uel intētetur, uel eleuabitur. Erit suspectum exemplum? & nihilo minus saltem à dolo excusabit[t]. Erit admodum uerisimile? & amisso originali semiplenae ꝓbationi sufficiet[u]: unde & iuramento deferri in supplementum probationis poterit, quod Alex.[x] probat. In exemplo tamen testamēti uel concillorum, suppleri semiplena probatio per iuramētum negat[x]: & ideo ex huiusmodi exemplo secūdum tabulas nihil decernet praetor[y]. In causis quoq;, in quibus leuiores probatiões sufficiūt, uti n momentaneae possessionis iudicio[z], exemplum probare uidetur, etiam si nō omnino authenticum sit[z].

IVSTINIANVS IN *auth. Coll.* IX. *Constit.* II. *ut spon. larg.* §. *et hoc in super.*

SI quis in aliquo documento, alterius faciat mētionē documenti, nulla ex hac memoria [b] fiat exactio: nisi aliud documētū, cuius memoria in secundo fa

SI QVIS in aliquo. Quum intenderē te mihi centum debere, documentū produxi, quo notarius referebat, ut omnibus pateret, se tali die instrumentū confecisse, quo tu mihi ex causa mutui centum promiseras: hic traditur, non sufficere probatiōi id documentum, sed ipsum instrumentum promissionis exhibendum, non enim ex indice, quae hic memoria dicitur, quisq̃ conueniri potest[a]. Alij id procedere arbitrant̄, non solum quū index, id ex schedula cōmonitoria, producitur, sed etiam si exemplū ipsius authentici exhibeam: supra enim uidimus originalia ipsa aedi debere. Ego & caeterorū sententiam probarim, generaliter uerba legis accipientiū, ut etiã si publicū instrumentū quis produxerit, quo Titius centum se promisisse affirmet, prout alio documento continetur, non tamen obtinere possit, nisi & illud instrumentū producat: regulariter enim constitutum est, non credi referēti, nisi quatenus de relato cōstet[b]; unde mandatum, quod ad certas literas refertur, si de eis non appareat, est nullū[c]: quod & in priuilegio, positionū responsione, libello, testimonijs, sententia & similibus, omnes fatentur[d]. nec interest, quòd notarius ad instrumētum aliud se referat, quod ipse confecerit[e]: uel legisse se illud, & perpendisse attestetur[f]: uel qd in eo cōtineretur enūciatiue describeret[g]: nō facit tamen fidē, quia de hoc tunc rogatus non est, & ad eius officium praesens attestatio non pertinet: instrumētaq; à notario aedi, non per indicē, aut cōmemorationē, sed solenniter debent[h]: adeo quoq; suprascripta uera sunt, ut traditū sit, si instrumentū, ad quod fit relatio, cōtraria, uel diuersa ab his cōtineat, quae in alio documēto seu indice affirmata fuerant: illi tamē standum, & errorē in posteriore praesumi[i]: his em̄ uerbis, ꝓut in illo continet̄, nō uidetur qcq̃ à partibus affirmatū, nisi quod in eo depraendi possit[k]: & ideo etiã inter easdem personas posterior haec scriptura ceu ambigua uel impfecta fidem non faciet[l]: nisi quatenus citra ullam relationis ambiguitatē aliqd affirmatū appareat[m].

b ¶ EX HAC memoria. Aliàs ergo exactio debiti diceretur ex ipso instrumēto fieri, propter naturã praepositionis, quae proximã causam designat[n]. quod ut his casibus certissimum est, quibus instrumēta exequutionem in promptu habent[o]: ita dubium est, quoties super instrumēto (quod regulare est) sententia fieri debet: tūc em̄ exactio magis ex sententia, quàm ex documēto fieri uidetur: sicut quū haeres de haereditate compromittit, & restituere eam fidei cōmissario damnatur, cēsetur restitutio ex sentētia arbitri magis fieri, q̃ ex causa haereditaria[q]. Sed tamen aliud uidetur in arbitro, qui sponte partiū aditur, aliud in iudice, ad quem omnino accedere debemus, ut de instrumēto cognoscat: attendet̄ ergo causa principalis & uetustior, sicut & eo casu ꝓditū est, quū ex lege municipij quarta pars condemnationū praetori deberet̄, ei deberi qui condemnauerit, nō qui finito illius magistratu successit, & exequutus est[r]. Amplius respōdit Dec.[s] quum qdam legasset, quicqd ad se ex haereditate paterna maternaq; peruenisset, censeri id quoq; legatū, quod à cohaerede emisset: primãq; haereditatis causam, non subsequētis cōtractus attendendã: in qua re ego dissentio[t]. Caeter; ex ijsdem uerbis hic adnotãt recentiores, si aliud documētum, cuius index meminit, exhibeatur, adhuc ex īdice exactionē fieri: hoc em̄ dictio Nisi ostēdit, quae eo in casu, quo de regula loquit̄, exceptionē inducit[u]: q̃uis igitur documētum propria fide plenariam probationem faciat, quum tamē ad indicis commemorationem adiuuandam exhibeatur, ex indice probatio facta uidetur: unde et eleganter Bal. censuit, si quis durante dilatione exemplum in iudicium produxerit, posse authēticū deinde exhiberi[x]: tametsi tempora amplius non largiantur, & figura quadam probatio in tēpore facta censebitur[y]. In quam sententiam

& nos

d arg. l. eos. §. super his. j. de app.
e Doct. c. quoniã cōtra. ad fi. extr. de prob.
f Bar. auth. at si contractus. j. de fid. instr.
g auth. ad haec. de fi. instr. c. ad audientiam. de praescript.
h gl. l. 1. j. de petit. haered.
i Dec. arg. d. §. si quis in duob9.
k Cor. cons. 140. col. 7. lib. 3.
l l. immumnitates. C. de agri. et cens. lib. 12
m c. cum dilectus de fid. inst.
n Bal. l. publica. tit. s. quaest. 1. de testa.
o d. l. 2. de fid. instr.
p d. l. si quis. §. ex hoc edicto.
q arg. l. in uenditiōe. §. fi. ff. de bo. aut. iud. poss.
r l. fi. j. de fid. instr.
s gl. d. l. 2. de fid. inst.
t l. igitur. §. 1. de lib. caus.
u gl. l. sicut. j. de fid. instr.
x Bar. l. admonendi. col. 8.
x Bar. d. l. col. antepen.
y d. l. 1. §. si quis duobus.
z Bar. d. l. 1. j. quo. bon.
z Guid. Pap. in quaest. delphi.
a d. l. 2. de fide.
b l. asse. de haere. inst.

c Fely. c. 1. de f instr. in fi.
d Mod. hic. B l. 2. j. d'err. ad
e Ang. d. l. fi natio.
f Paul. Alex. hic.
g Abb. c. abb de uerb. sig. C con. 244. in 2. Barba. consil. in 4.
h d. l. 2.
i arg. Doct. B in l. semproni de legat. 2. D in c. 2. 3. col. de rescrip.
k Bar. in ext. u ad repr. uer. ut.
l l. inciuile. ff. legi. Rom. co 305. in fi.
m l. eum qui. Iulianus. ubi B de constitut. pe Dec. consil. 6
n l. 1. §. ex inc dio. de incē. ru naū. ubi Bar.
o gl. l. si debi ri. de iud.
p l. minor. 25. cui fideicōmis ff. de minorib.
q l. cum haere tas. 1. ff. ad Tr ubi Ang. Dec sil. 300.
r l. si possessor 1. ubi Ang. de tit. haere. Sccy. sil. 151.
s. Dec. cōsil. 69.
t d. l. cum haer tas. l. pater f um. §. 15. d leg
u l. actione. j. ti
x Bal. c. 1. de f instr.
y l. si donatae. 1. ff. de don. i uir. & ux.

& nos,humanitate suadēte,accedimus. Sunt tamen qui in nostro textu exactionem fieri ex indice posse diffiteantur,quoniam authentico deinde exhibito probatio ex eo magis fiat[z]. Sed hoc parum urget,quum non ex se principaliter authenticum exhibeatur,sed ut indicis fidem roboret: alioq cur in fine legis diceretur,probandū, quātitatem cuius memoria facta est deberi? quorsum opus fuisset mentione memoriæ. c ¶VETERIbus. Quibus traditum est,neminem ex indice uel exemplo conueniendum[a]:unde alia quoq; conclusio consequens est,ut instrumentū alterius cōmemorationem faciens,non probet,nisi illo exhibito:ueluti quū scriptū est, Titius procurator Sempronij, ut cōstat tali instrumento &c.non probatur esse procuratorem,nisi & illud ædatur[b].Non procedit hæc cōclusio quibusdam casibus. Primus est,quoties de rei antiquitus gestæ probatiōe agitur,accedente enim aliquo uerisimili signo,dispiciet iudex quantam fidem adhibeat[c]:ut si sententia antiquitus lata,ab aliquo tanq; delegato reperiatur,præsumatur mandatum[d]:q̄suis aliàs mandatū præsumi nō soleat[e].Idem etiam in sententia arbitri dicendū,ut ex antiquitate præsumatur cōpromissum,cuius cōmemoratio facta sit:quod Bal. respondit,& alij approbant[f]. Contra Socy. hic & Cor.[g] quū à compromisso omis potestas pendeat,nec diuturnitate tēporis priuata iussio conualidari debuerit. Sed quum de præsumptione agatur,plurimū hac in re uertetur coniectura iudicis, ut ex signo uerisimili, quod supra diximus,pronunciet:quid eñ si cōstet partes præsentes sententiæ fuisse? seu peremptorie admonitos? uel eam sententiam aliquatenus exequutione ad effectū perductā[h]? Secundus casus est,quū is,qui scripturā alterius cōmemoratoriam confecit,ius & potestatem nouiter quoq; disponēdi haberet[i]:unde quum quis attestatur se talem ꝓcuratorē constituisse &c. alterius documēti exhibitione opus non est,quum & nunc potestatem constituendi habeat[k]:quod & in libris rationū,quibus ex lege municipali præstatur fides,responsum est:exhibita eñ certi nominis pagina,quęuis alterius nō exhibitæ mentionē faciat,ex se efficax censebitū[l]. Sed & in principum priuilegijs eadem ratione traditum est, huiusmodi narratiuis uerbis esse standū,licet cōmemorata concessio nō appareat[m]:unde pontificis confirmatio,in qua cōfirmatæ scripturæ tenor insertus sit,fidem absq; originalis diplomatis exhibitione faciet[n]. Quod si tenor integre nō sit expressus,adhuc ꝓbabit,dum tamen de mente confirmantis appareat,quia relatio ambigua non sit[o]: dum etiam ex originalis uarietate error confirmantis non deprændatur,quod sæpissime respōsum est[p]. Tertius casus est,ut inter contrahētes huiusmodi enunciatio probet[q].Instrumentum ergo dotis,mentione matrimonij facta, matrimonium ipsum probabit. Instrumentum fideiussionis aduersus fideiussorē pro-

l. asse toto.
l.2. & l.fi. tit.
al.hic.Alex.
. 81. in 3.70.
2. & 89.eo.
cum causam.
prob. not. in
um aliquis.§.
ur.deli.
Doct. c.in iure
offi. dele.
al.l.2.§.si ex
instr.
elyn. c.sicut.
r. pen. de re
Curtius cons.
Dec.36.
Cor.consi.245.
rg.l.si filius.
e petit. hær.
l. si donat.§.
donat.d.l.a d-
nendi. in gl.
r ibi.Doct.
ne satisdatio.
rem rat.hab.
ocy.hic.& cō
121.
gl.c.si Roma
rum. 19. dist.
. desunt.
. pen. ext. de
fir.uti.
al. l. 1.in fi.
r.de episc.&
ric.
Alex. cons. 9
. Cardin.11.
c. 63.
optimam.§.&
trab. stip.

...cta est, proferatur: aut alia, & secūdū leges quantitatis debitæ, probatio exhibeatur: quia & quantitas, cuius memoria facta est, pro ueritate debeatur: hoc eñ & in ueteribus [c] legibus inuenitur.

babit,eam pecuniam ab eo,pro quo ipse promiserit,recte deberi[r]:& si lata sit sententia,in qua citationes, litis contestationē, iusiurandum ob calumniam,huiusmodi'q; acta præcessisse iudex attestetur,ita factum fuisse credetur in partis citatæ & non repugnantis detrimentum[s]: quod Bartol. recte hic censuit[t]. Quo factum est,ut Socy. responderit, eum qui in iudicio instrumentum pro d[illegible]cit,non solum uideri confessum quæ in eo decidūtur[u],sed et quæ cōmemoratiōis causa ex alio referuntur[x]:huius'q; rei fidem etiam aduersus singularem successorē fieri[y]. Sed Socynum recentiores recte damnant, quoniā uerba enunciatiua inter partes eatenus solū ꝓbant,quatenus necessitas actus, qui geritur, inducit[z]: at ut productio ualeat, nihil opus est cōmemorationem approbatam uideri[a]. Adde quòd consensus hic tacitus,non nisi ex certo signo induci debuit:quapropter & in textu nostro supra diximus,commemorationem factam,prout in tali instrumēto &c. fidem non facere tanq; dubiam,quod dictio prout nihil affirmatum arguat,sed omne in alterius dispositionem remissum[b]:dubiam enim,imperfectam'q; relationem uerius est nullius fidei esse[c]: sicut & illius testimonium,qui de negotio ipso plene instructus non est,ideo'q; imperfecte rem attigit[d]. Cæterum huiusmodi quoq; cōmemoratio inter contrahentes solum de his probat,quæ confecti instrumenti tempore agi potuerunt[e]: quod eo exemplo traditum est,cum rem ecclesiæ episcopus alienat,& in instrumēto asseritur, collegij quoq; consensum interuenisse,quod copiose Fely. explicat[f]. Item solum de his probat,quæ à libera contrahentium uoluntate uim habent[g]. Quapropter in instrumento alienationis rei ad ecclesiam spectantis,non præiudicat parochi affirmatio præcessisse causæ cognitionem,episcopi licentiam, cætera'q; solennia attestantis,ut certis monumentis apparet:re enim ipsa oportet ea monumenta exhiberi[h]: quia huiusmodi eodem tempore celebrari nequiuerunt: & qua facilitate distrahitur, eadem lex præsumit commemorationem hanc fieri[i]: nisi forte pro cōmemoratione facerēt aliquæ cōiecturæ[k]:uel diuturnitas uetustas'q; rei[l],uel de modico præiudicio ageretur[m]: uel non solius episcopi adesset consensus,sed uniuersi quoq; sodalitij, seu capituli, magis enim pro pluribus præsumitur[n]:quæ tamē ego censeo iudicis coniecturæ relinquenda. Sed quid si commemoratio huiusmodi sub fide alterius tantum facta sit: ecce,locas mihi balneū CCC. denarijs,& quia balnearijs ministris centum credidisse te asseris, eam quoq; summam pro illis tibi,cum omnis fideiussorū beneficij renunciatione, expromitto:conuenti illi,quicquam debere negant,an ex commemoratione conueniri potero? Et non putarim,nisi fidem feceris,eam tibi quantitatem debitum iri[o]:promissio enim hæc sub fide assertionis tuæ uidetur facta,quam quum balnearij

r gl.l.sciendum. in prin.ubi Ale. de uerb. obl.
s l.1.§. de relat.
t Doct. d. c. quoniam contra.pen. quæst.
u c. cum uenerabilis. de excep.
x Socy. cons. 11. lib.4.
I y l. qui superat9.de pig.
z c.illud.ubi Butr.de præsump.
II a Dec.d.c. cum uenerabilis.
b Bar. supra. l. ædita.
c Socy.cons.266. Rom.305. in fi.
III d gl. l.lucius. ff. de his q not.infam.
e Doct.d.l.sciendum.
f d. c. sicut. col. 13.
IIII g l.si forte.ubi.Bar.de castr.pecu.
h auth. hoc ius. ubi Doct. supr. de sac. eccl.
i l. doli.§. diuersum de nouat.
k Bal.l. iubemus. 2. in prin.supr. de sac. eccl.
l Alex. cons. 9. lib. 3.
V
m 12. quæst. 2. c. terrulas.
n Cur. in fru.1. parte.q.8. prin.
o l. si nomen. ubi Bal. de hære uel act. uen.

diffiteantur, nisi tu ueram probes, doli exceptione submoueberis[p]: secus si sub ea fiducia non ꝓmisissem, tunc enim agenti ex cõtractu non obstaret exceptio[q]. Sed qd si in instrumento alicui se coniuges enunciatiue appellauerint, an si principaliter de matrimonio agaẽ, ea sola enunciatio fidẽ faciet? Et pleriq; negant[r]: ego accepi eam appellationem alijs adminiculis iungi, tractatum'q; seu quasi possessionẽ matrimonij inducere[s]: unde quum ex possessione nõ probetur dominium, si de eo principaliter ambigitur[t]: consequens est in ipsa causa matrimonij non sufficere huiusmodi probationẽ[u]: qua ratiõe instrumẽtum quoq;, in quo enũciatio patris erga filiũ scripta sit, ut quia dictum sit, Titius filius Sempronij, in interdicto quorum bonorũ, causa hæreditatis adipiscẽdæ sufficiet: idem si de alimẽtis agaẽ[x]. In petitorio nõ sufficiet, nisi alijs accedẽtibus cõiecturis, quæ ad ius tituli pertineant[y]: q tñ articulus maxime cõtrouersi est iuris.

IDEM AVGVST. *Floro.*

ET quæ à diuo Antonino patre meo, & quæ à me rescripta sunt, cũ iuris & æquitatis rationibus cõgruũt, nec em̃ diuersa sunt uel discrepãtia: qđ multũ intersit, an ex parte ius, qui aliqd petit, quiq; doli exceptiõe submoueri ab intẽtione petitiõis suæ potest, rationes promi reus desideret, quibus se posse instruere contendit, quod utiq; ipsa rei æquitas suadet: an uero ab eo, à quo aliquid petitur, actor desideret ratiões exhiberi, quãdo hoc casu non oportet originem [b] petitionis ex instru

ET QVAE. Rescripserat Epaphrodito Antoninus Caracalla, reum actori instrumẽta aliqua non ædere[z]: rursus Alexan. (qui eo se parente natum, ut cõmendatior militibus esset, quod Herodianus scribit, uideri uolebat) ad Valentinianum literas dederat, nouum non esse, ut reus rationes creditoris imploraret[a]: uidebantur'q; huiusmodi rescripta primo conspectu pugnare, quam discordiam hac constitutione idem Alexan. conciliat, differentiam'q; inter actorem & reum constituit, ut actor ipse reo ædat, quamuis è conuerso actori non ædat reus, semper enim se defendenti magis tribuendum est[b]: et ei, qui necessario, quàm qui sponte agit[c]. Fuere tamen, qui differentiam inter rationes & instrumenta constitui arbitrarentur, ut instrumenta nec ab actore quidem reo exhiberi debeant, rationes etiam actori ex causa exhibendæ sint[d]: quæ interpretatio merito pluribus displicuit, quòd scilicet huius legis uerba subuertat, dum æquitatis, id est æqualitatis multũ, id est nihil intersit: hoc casu, id est alio casu exponit, qd enim ineptius? nec me mouent eorum ratiões.

Prima non esse cõstituendã inter reum & actorem differentiã, atqui hic contrariũ fieri apparet nec nouũ, fauorabiliorẽ esse rei causam. Secunda, quod nemo aduersus se ea exhibere cogitur, unde sibi negotiũ fiat[e]: sed in reo lex illa loquiẽ, quod uox intentiõis ostẽdit, quæ ab actore in reum dirigiẽ[f]. Intentionem em̃ ueteres uocabant, quod nos petitionẽ actoris, uel libellũ. Tertia, quòd lex omnia ædi iubet, quibus quis apud iudicẽ usurus est[g]: ergo instrumẽta alia actor reo non ædet, quibus exceptio reo ꝓbari possit: Sed accipiẽda est ea lex de æditiõe, quæ etiam ante litem contestatam fit, ut certior reddatur reus, cedat ne an cõtendat, nõ de ea quæ ꝓbationis causa postulatur. Quarta, qa actor nõ teneẽ reo ædere nomina testium, qui cõtractui interfuerũt[h]: igiẽ nec instrumenta: sed hoc ĩductum est, ne interim eos reus subornet, & ad falsũ alliciat[i].

Quinta, quia æquius uidetur instrumentorꝝ copiam à notarijs ipsi reo fieri, q̃ à parte: ab is igitur æditio flagitanda[k]. Sed nec hoc me mouerit, quum om̃e damnũ imputãdum sit actori, q aduersus instrumenta, quæ ipse habet, alium in ius trahit: qđ si ex horum lectione actoris dolus nõ arguaẽ, resarciẽdæ erũt illi expẽsæ, seu potiꝰ cõtribuendũ ꝓ cõmoditatis rata[l]: qđ alibi existimaui. Si uero dolus actoris arguaẽ, nihil præstandũ, cũ nihil reus fuisset impẽsurus, si eũ actor nõ inqetasset[m]. Sexta, quia instrumẽta à ratiõibus differũt, hæ em̃ causã cõem uidenẽ ꝓpter data et accepta cõtinere[n], instrumẽta ꝓpriã creditoris: sed cõmunio causæ tũc ĩ cõsideratiõe est, quũ reus ad ædendũ aduersus communes regulas cogiẽ, non quũ ab actore æditio petiẽ, quæ ex iuris communis regula fieri debet: nõ igiẽ à recepta plurimorꝝ sentẽtia recedẽdũ est.

b ¶ ORIGINEM. Si ergo de origine petitiõis non agaẽ, poterit cogi reus ad ædẽdum actori: quo fit, ut hinc sit traditũ, causa replicatiõis fundandæ, à reo actori ædendũ esse. Cuius sentẽtiæ illa est ratio, quia quod ad replicationẽ attinet, actor ipse rei partes sustinet[o]: merito tali casu ei ædẽdum est, nã et reus nouũ debitæ pecuniæ instrumentũ ut cõficiat cogi potest[o]: fortius igiẽ iã cõfectũ exhibere debebit. Sic et hæres, qui agẽti legatorio subesse æs alienũ testatoris obiecit, eiꝰ ratiões exhibere debet, ut inde dispici possit, quãtũ sit in bonis[q]. Sed tñ ab hac quoq; conclusiõe aliq dissentiunt, qa replicatio instar actiõis obtinet[r]: quod ut uerꝝ fatear, aliqñ tñ magis fauoris nanciscit q̃ actio, unde licet cõtraria intendẽs nõ audiaẽ[s]: tñ replicando auditẽ[t]: succurrendũ'q; facilius in replicatiõe actori uideẽ, qui præuidere nõ potuit, quasi exceptiõe à reo summoueri posset[u]: nec in hoc igiẽ à crebriore sentẽtia recedẽdũ est, licet diuersa quoq; argutãdo facile defenderẽ. Et ex hac alia quoq; cõseques est, sicut replicatiõis, ita et intẽtiõis adiuuãdæ causa actori à reo ædẽdũ esse, qđ scilicet æditionẽ solũ lex ĩpediat, quũ origo intentiõis fundaẽ, nõ cũ iã fundata adiuuaẽ, id em̃ faciliꝰ cõcedendũ est[x]. Probato igiẽ legato,

p l. 2. quãdo act. de pecu. l. si quis affirma. de dolo. Bar. l. error. col. 2. supr. de VI iur. et fac. ign.
q Bar. l. 1. ⁊. de cõstit. pecu.
r d. c. illud de præsump. Dec. consi. 310.
s l. non ignorat. ⁊. qui ac. non pos. ubi Petr. Cy. Bal Alberi. Sayl.
t l. quidam. ubi Bar. de cõdi. inst.
u l. neq;. ubi Doc. ⁊. de testa.
x Alex. consi. 51. in 1.
y Bar. l. non nudis. ⁊. de proba. Bal. c. per tuas. de prob. et consi. 180. 2. uol.
z l. qui accusare, supr. eo.
a l. non est nouum supr. eo.
b l. ut uim. & iust. & iur.
c l. fideiussor. §. qui necess. q sat. cog.
d l. 1. supr. eo
e l. nimis. de testa.
f l. 2. de excep. l. si quis intentione. de iud.

g l. 1. §. æden[...] de æden.
h l. non ex om[...] bus. ff. de arb[...]
i Spec. tit. de[...] ste. §. qualiter. [...] uerb. posthoc. [...]
k c. G. perpet[...] us. de fid. inst. [...] argentarius. [...] princ. ff. eo.
l l. 4. ⁊. de edi. pr[...] Doct. l. 2. sup. eo[...]
m l. ex parte. i[...] princ. fa. hercis. [...]
n d. l. si quis e[...] argentarijs. §. rationem. C[...] §. seq.
o l. 1. de excep.
p l. plures. ⁊. di[...] fid. inst.
q l. pen. §. fi. ad l. fal.
r l. quæsitum. § fi. de pecu.
s l. ⁊. de fur.
t l. interpositas[...] ⁊. de trans. Bart[...] l. nemo. in fi. de[...] excep.
u l. pure. in fi. de excep. do.
x l. 1. §. si quis ædificiũ. de ope[...] no. nun.

legato, cogetur hæres ad tabulas exhibendas, quibus legati ipsius quãtitas ostendi possit[y]: quod pluribus quoq; alijs exemplis Bald. & Saly. hic declarant: quæ enim hac in quæstione ex testamentorum tractatu iura adducũtur, nõ multũ ad rem facere uidentur: quia quũ de rationibus testatoris exhibendis agatur, legatarij facilius id impetrare debent, qui & ipsi, quod ad legatum attinet, testatorem repræsentant[z]: rectius itaq; ꝓ hac sententia generalem regulã quis adduxerit, unũquodq; facilius adiuuari, quã nouiter induci[a], unde & testes, qui facta publicatione amplius sup nouis capitulis recipi nõ possunt, adiuuandi tamen causa admittuntur[b].

mentis, eius qui cõuenitur, fundari [c].

c ¶ FVNDARI. Sed quõ in forensi actione, quam practicam uocant, materiã hanc exequemur: Et interrogandus erit possessor, ratiões aut instrumenta habeat, doloue malo desierit habere, an id minus[c]? Cui interrogationi cogetur rñdere[d]. æquitas enim hoc dictat, ut sciamus, an ei facultas ædendi supsit[e]. Si rñderit se habere, iubebit iudex ut ædat: in detrectantẽ uarijs remedijs secundũ psonarũ uel causæ qualitatẽ utetur, & regulare auxilium ex edicto est, quo in id cõdemnatur, quod petentis interest[f]: quod aliter probandũ quàm ex solo petentis iuramento erit[g]. Bart. etiã præcise cogi ad ædendũ posse existimasse uidetur[h]: quoniã lex ait, ibi cogendũ ædere argentariũ, ubi munus exercuit[i]: cuius sententiam id adiuuat, quod qui præcepto legis facere tenetur, præcise & omnino ut faciat, cogi potest[k]. Sed hac in re ego amplius quærendũ censeo. Illud facilius cõcedendũ, quoties quis ædere tenet, quia rationes uel instrumenta cõmunia habeat, quũ ad exhibendũ, reiq; uendicatiõe cõueniat, etiã militari manu executionẽ pati[l]. In eos uero, qui ex officio rationes cõficere, cõfectasq; ædere tenentur, ut in tutore, socioq;, in litem iurari posse, dubiũ nõ est[m]. Approbatũ & illud remedium est, ut si actor in sui fauorẽ latam sententiã ædere nolit, possit iudex post debitam cõminationẽ cõstituere, ne ei instrumento amplius fides detur[n]: quod supra uidimus[o]: quo argumẽto Bal. si quis exemplũ solũmodo ædiderit, cũ authenticũ afferre deberet, posse iudicẽ decreto suo constituere ait, ut in tergiuersantis odiũ, exẽplo ipsi plena adhibeatur fides[p]. Illud quoq; traditũ à quibusdam est, si emphyteuta dño instrumentũ emphyteuseos nõ ædat, posse iudicẽ decernere finitã esse locationẽ, & utilis dominij cũ directo cõsolidationẽ factã[q]. Sed hæc quod ad hũc tractatũ ptinet satis.

qui cõcubinã ... um ita. l. præ- ... §. titio. de le- ... j. — in tempus. §. ... f. de usuc. ... si donatæ. in ... e don. int. uir. ... ux. Bart & ... d. l. certi con ... tio. §. 1. si cer. ... t. — eum clamor. ... Doct. de test. ... 1. in princ. ff. ... abul. exhib. ... al. c. de prob. ... 4. ... ubicunq;. de ... r. act. — I. si quis ex ar- ... §. ex hoc ædi ... ff. e. II. argentarius. ... tum aũt. ff. e. ... stip. non diui ... ur. §. quæst. de ... b. obligat. ... prætor. §. is ... m. ff. eo. ... si cum III. ... eptione. §. sed ... si quis. ff. quod ... cau. ... qui re IIII. ... uere. de rei uẽ. ... pen. ff. de in ... ur. ... Inn. c. G. per- ... 19. de fid. inst. ... z. supr. eo. ... Bal. l. publica ... quæst. V. ... de testa. — Bal. in consil. ... 5. in 1. dixi. su ... de leg. 1.

RVBRICA.

DE IN IVS VOC.



IVS VARIIS modis accipitur[a]: hic alij pro ipso loco, alij pro iudicio existimant intelligendum, utrunq; recte. Incipit autẽ iudiciũ ab ipsa citatione, merito de ea hic fuit tractandum, ut Accurs. arbitratur. Sed tamen frequentius traditum est, causam quidem appellationis à citatione incipere[b]: in principali uero à litis contestatiõe incipere iudicium[c]: quæ cõtestatio olim nomen sumpsit: quòd partes certa uerborum solennitate testabantur, quicquid dare facere oporteret, se facturos, eiusq; rei discernendæ potestatem Titio iudici cõcedere: hinc

. pen. de iust. ... iur.

RVBRICA.

DE IN IVS uocando.

iudicium dictũ, quasi ius, id est potestatem dicendi, id est pronunciandi, prætori facerent: ut M. Varro author est. Hinc in iure dicitur, Iudicium acceptũ, id est litem contestatam esse[d]. Hinc traditum est, in iudicijs stipulationem, quod te dare facere oportet, interponi[e]. Hinc & ille modus loquendi, facere potestatem iudicandi, ut satis appareat ueram esse communem sententiam, iudiciũ scilicet à litis contestatione incipere, tametsi solennitates illæ uerborũ hodie abolitæ sint, quo tempore & instantia prima causæ solum incipit[f]: & quæ antea fiunt, præparatoria iudicij dicuntur, uel ad eius procœmia pertinere[g]: merito lex nõ iudicij initium esse citationem, sed actionum instituendarum ait[h]: tametsi negandũ non sit lata impropriaq; significatione iudiciũ quandoq; ante litem contestatam appellari, unde in iudicio facta cõfessio dicitur, etiam quæ à principio emanauit[i]: qua actione & Accursij sententia defendi potest, ut à citatione incipere quodãmodo iudicium dicamus. Estq; nõ modici effectus huiusmodi citatio, nam ex ea XXX. annorũ præscriptio interrumpitur[k]: eadẽ & perpetuam delegati iudicis iurisdictionem facit[l]: unde & præoccupasse is iudex uidetur, qui in ius uocauit[m]: quod accipiendum etiam, si adhuc nullam nuncius uel uiator relationẽ in acta fecerit[n]. Sed an sola libelli oblatio iudici facta eiusdem sit effectus? Et responsum est, nõ esse: à citatione enim non ab ea incipit processus, quare libellus iudici offerri, etiam feriatis diebus potest[o]: unde ex huiusmodi oblatiõe nõ occupatur iurisdictio[p]: non prorogatur[q]: non pendet lis, nõ inducitur uitium litigiosi[r]: non interrũpitur præscriptio[s]: ea tamen excepta, quæ accusationi criminali statuta est[t]. Si uero libellus iussu iudicis transmissus sit parti, tunc dicitur cœptus processus[u]: & ideo solet idem libellus, & formulam cõtinere, & citationẽ[x]: quæ causa est, ut hic prius de formulæ æditione actum, deinde de citatione, in digestis uero contrariũ obseruatum sit: quoniã scilicet in his, quæ eadem charta continentur, nulla sit ordinis consideratio, nihilq; referat, quid posterius scriptum sit[y]. Alij tamen ideo hic posterius de in ius uocando agi tradiderunt, quia de ea citatiõe solum tractatur, cui necessaria est prætoris uenia, quam concedere ille non debet, nisi æquitate petitionis prius perspecta, an scilicet ita re exigente, nec famosæ agat[z]: quod in alijs citationibus necessarium non est: conceduntq; iudices quemlibet alium citari, etiam causa specialiter non delibata[a]: imò aliqui generali mandato certo nuncio citandi potestatem faciunt, quod scilicet res hæc modici sit præiudicij[b]. Sed an is qui psens in iudicio reperit citari debeat? Et receptũ est

b l. fi. §. illud. j. de tempor. ap.
c l. amplius. ff. rẽ ra. hab. l. 1. j. de lit. contest.
d l. is qui se obtulit. de rei uend. l. si quis Romæ. de iud.
e l. sed & si restituatur. ff. de iud. §. 1. l. si stipul. fuerim. §. cũ stipulamur. de uer. oblig. l. uerbum. oportere. de uer. sig.
f l. properandũ. j. de iud.
g §. fi. in aut. in med. lit.
h §. fi. Inst. de pœn. tem. lit.
i l. uoluit. l. si defensor. ff. de inter act.
k l. fin. C. de an. excep.
l c. gratum. de off. deleg.
m l. ubi cœptum. de iud. Doct. c. proposuisti. de for. compet.
n Clem. fi. ut lit. pen. Socyn. hic.
o l. miles. §. sexaginta. ff. de adul.
p l. si quis post ea. de iud.
q l. 1. ff. de iud.
r d. Clem. fi.
s l. sicut. de præscrip. 30. uel 40. an.
t l. mariti. §. quinquenniũ. de adul.
u c. quoniam cõtra de prob.
x Bar. l. libertas. ff. eo. et in auth. offeratur. j. de lit. contest.
y gl. l. pomp. §. rati. ff. de peu.
z l. 1. j. eo.
a Doc. l. neminẽ. j. de exhibit. re.
b Bal. l. si qñ. 12. quæst. 1. de te.

est non debere[c]; sicut nec qui certus est, certiorari amplius debet[d]: quod intelligendum, dum tamen moneatur, quid fiat, seu ad quem actum, ne animo absit: q̃uis em̃ testis, qui præsentem se fuisse dixit, præsumatur attendisse[e]; quia scilicet de eo quod ipse cognouit attestatur[f] (qua causa apud ueteres uellebãtur eis aures, ut est apud Plautum & Horatiũ) alius tamen necessario non præsumeretur attendisse[g]: maxime si id ipse negaret[h]: & ideo monendus est: siquidẽ, ut Epicharmus ait, Mẽs uidet & audit, nõ oculi aut aures. Cæterũ & quoties lex citationem nõ admonitionis solum causa requirit, sed etiam defensionis, non sufficeret præsentem eum esse, ut Bald. recentioresq́ tradiderunt[i]. Ego tum quoq; præsentem nõ esse citandum arbitror, sed tamen dandam petenti dilationem, qua instructior fieri, respõdereq́ demũ possit: nemo em̃ præcipitãdus, arctandusue est[k]. Idemq́ etiã si lex municipalis de citatiõe uerba faciat[l]: quò em̃ existimabimus quenq; citari, nisi ut præsens adsit? Si igitur adest, satis legi factũ est: quam uerisimile non est formam absq; ratione induxisse[m], tametsi aliqui dissentiant[n].

IMPERATOR ALEXANDER *Antiphiniæ.*



SICVT. Quum is, cui debetur reuerentia, non possit in ius absq; uenia uocari[a]: consequens est, ut manumissoris quoq; uxor hoc beneficio fruat, extendaturq́ hac constitutione edictum prætoris, patri, patronoq́ id honoris præstari iubentis[b]: ut etiam in patroni uxore procedat: quod em̃ ad hos attinet, quibus reuerẽtia debetur edictũ fauorabile est, latamq́ interpretationẽ accipit[c]: quapropter quod in patre dicitur, in socero quoq; obseruari debet[d]. Sed an in patre lustrico, id est, qui per baptismi sacra puero iungitur? & idem receptum est, particulari em̃ affectione iungitur, & patrem eũ lex appellat[e]: ideoq; in eius causa, quem uiuo fonte ablui curarit, omni exceptione maior testis non est[f]. Quid in cœnobiarcha, an monachus eum absq; uenia uocabit? Et negant Doct. & ille enim pater est, quod syra uox Abbas significat[g]. Sed ego id etiam iurisdictioni tribuendum arbitror, quũ iure naturali non minus patriæ magistratibusq́ dandũ sit, q̃ patri[h]: unde & princeps, & respublica absq; permissu in ius non uocantur[i]. Quid in sacerdote parocho? & ille em̃ mysticus pater est[k]. Sed crebrius traditum est, hoc casu ueniam non esse necessariam: quũ em̃ toti parochiæ suæ idem præstet, generalis hæc affectio non adeo est efficax, quod & in præceptore dicendum est, quẽ maiores, ut inquit Iuue. sancti uoluere parentis, esse loco[l]. Traditũ em̃ à plerisq; est, absq; uenia citari eum posse, quod fortè in eo qui particularem operam præstitisset, non procederet: hocq; casu Iasonis sententia defendi non posset[m]: idemq́ in ꝓfessoribus legum, qui iurisdictionem ex Federici constitutione habent[n]: sicut & quoties de uocatione, quæ prænsioni iungitur ageremus: captura em̃ citra iniuriam fieri nequit, quæ omnino à professoribus summouenda est[o]. Nouercã quoq; & uitricum citra ueniã uocari posse constat[p]: unde & aduersus eos actiones famosæ institui possunt[q]: id q̃ post longam altercationem receptius est opinor, quia id matrimonium non absq; filij iniuria cõtrahitur, ut meritò illis deferre priuignus non debeat[r]: extãt q̃ plura exempla apud authores, q-



SIcut bonis moribus cõuenit, reuerentiam manumissoris uxori [b]

bus apparet, nouercas priuignis semper malo esse[s]: uidetur tamẽ nouercæ libertos præstare priuigno reuerentiam cogi[t]. Sed quid in domino quem cliens, seu uasallus, in ius uocet, & uideretur necessariam ueniam, sicut in liberto[u]: itemq́ colono uel censito erga patronum[x]. Sed uerius est distinguendũ esse, ut si de ipso fiduciario fundo litigetur, impetranda sit uenia, Iasonisq́ sententia procedat[y]: alioqui extra eam causam secus sit[z]: magis em̃ hi clictes sunt, q̃ liberti. Quid in patrono ecclesiæ? & in iure pontificum tradit æditũum experiri in illum posse hac solennitate inobseruata[a]. Ex his igitur apparet, quod in hac lege dicitur, qui reuerentiam debet absq; ueniæ impetratione ius citandi non habere, de eo intelligendum, qui saltem lata significatione uerbis edicti compræenditur: alioqui quid opus fuisset tam curiose iurecõsultũ interpretari, qui parentis uel patroni appellatione cõtineantur[b], si oẽs quibus reuerentia præstanda esset, continerent? b ¶VXORI. Ex persona igitur mariti, honor eius quoq; uxori debetur, quapropter plebeia mulier, quæ nobili nupta sit, efficitur nobilis, quod in doctorum militumq́ uxoribus hic oẽs tradunt[c]: ut dominæ uocari debeant, idq; iuris eis competit, etiã mortuo marito, donec uiduæ sunt[d]: memoriamq́ matrimonij sancte obseruant: ĩpudicæ em̃ nullo beneficio dignæ sunt[e]. Sed & quæ alias nuptias contraxerunt, ex secundi uiri qualitate honorantur[f]; nec refert traducta ad domũ cognitaq; adhuc sit, an id minus: confestim em̃ celebrato matrimonio, priuilegia mariti adipiscitur[g]: quod scilicet ad honores reuerentiamq́ pertinet[h]. Vnde sicut decurio uel doctor torqueri non possunt[i]: ita nec eorũ uxores poterunt[k]: id em̃ priuilegium dignitati concessum uidetur[l]: quod rectè Picus censuit. Sed & Raph. Comensis immunitate uectigalis marito concessa frui quoq; uxorem posse existimauit[m]: quod tamen in his priuilegijs non procederet, quæ studium, seu personale aliquod mariti factum respiciunt[n]: ueluti doctor à munere hospitis recipiẽdi excusatur, an eius uxor uidua eo bñficio & ipsa frui poterit? Et ex facto respõsum est, nõ posse, qđ id scilicet ea causa cõcessum fuit, ne à studijs doctor auocet, q̃ facilius multos instituat[o]: q̃ ratio in uidua nõ ꝓcedit. Sed & q̃ specialiter ꝑsonæ cohærent, uxori nõ cõpetunt: unde qui uxorẽ clerici uerberibus afficiat, cõmuniõe fidelium

Marginal notes (left):

c l. etiam. §. fi. de minor.
d c. cum qui. de reg. iur. in 6.
e c. 1. uer. interfuerunt. si de in uest. lis ori. in fi u.
f Bar. l. 1. §. 1. de aud. iud.
g c. Artaldus. 8. quæst. 3. ubi glo.
h Bar. l. celsus. col. pe. de usuca.
i l. siue possidetis. ꝑ. de prob.
i Bal. l. cum fratrem. C. de his q ut ind. Ias. l. 1. in princ. ff. e.
k l. 1. §. largius. de success. edic.
l Doct. auth. si omnes. ꝑ. si ut ab hære. Alex. l. fi. ꝑ. de proc.
m l. 1. § fi. de uer. obl. Bal. l. 1. 4. oppo. ꝑ. ut quæ desi. aduoc.
n Bal. c. 1. de mil. qui contu. est.
a l. generaliter. ff. eo.
b l. 4. §. prætor. ff. eod.
c l. 2. ꝑ. eo.
d gl. d. l. generaliter.
e 30. quæst. 3. c. ita diligere.
f Doct. d. l. generaliter.
g c. hæc autem. i si. 23. quæst. 4.
h l. ueluti. de iust. & iur.
i l. bene à Zenone. ꝑ. de quadr. præscri. ubi gl. in uer. iussione.
k 6. quæst. 1. c. sacerdotes.
l gl. l. liberto. ff. de obseq.
m in d. l. generaliter.

Marginal notes (right, partly cut off):

n auth. habi[ta] ne fil. pro p[atre] §. fi. in proo[emio] fforum.
o l. medicos. C. [de] profess. lib.
p arg. l. 1. §. [...] postu.
q l. de his. l. [...] dum. ꝑ. de fi[...]
r arg. l. sed si [...] §. pen. ff. eo[...]
s l. 4. ff. de i[...] fi. testa.
t l. nequam. ꝑ. [de] obseq.
u gl. l. 1. §. cũ [...] tronus. de o[...] præs. urb. l. [...] ꝑ. de lib. cau[...]
x gl. antep. i[...] fi. c. in qui. [...] col. dom. lib. [...]
y in d. l. gene[ra]liter.
z gl. & doct[...] c. 1. de mil. [...] qui contu.
a Rochus in [...] statu. uer. hon[...] ficum. quæst. [...]
b d. §. præto[r] & ll. seq.
c l. fœminæ. ff. [...] sena[...] fin. ꝑ. de [...] co. lib. 10.
d l. filij. §. uid[...] ad munic. l. qu[...] ties. ꝑ. de pri[...] scho. lib. 11.
e l. mulier. §. [...] pponeretur. u[...] doc. ad tre.
f d. l. fœminæ. l. seq.
g l. ea quæ. x[...] ad muni.
h l. princeps. [...] de leg.
i l. diuo. ꝑ. de quæst.
k l. moris. §. i[...] ff. de pœnis.
l Fely. c. cleric[...] de iud. Bar. l. m[...] ximarũ. ꝑ. de e[...] cu. mun. lib. 10.
m l. non tantum [...] de re iud.
n Bal. l. 2. in fi. [...] de episc. et cler.
o l. medicos. C. de profess. lib. 10.

fidelium nō reijcitur[p]: quum si ipsi marito quis manus iniecisset, aliud constitutum sit[q]: quia scilicet id priuilegiū sacro characteri (ut uocant) indulgetur: quare in hac quoq; specie dubitatum fuit. Lex sic scripta erat. Quisquis ei, qui duumuiratum municipij gesserit, aut re aut uerbo iniuriam fecerit, in exilium mittatur: aliquis duumuiri uxorē offenderat, num in exilium mittendus sit? Et responsum ab Aretino extat, non mittendum[r]: q̄a cōstitutio hæc pœnalis causa tuēdæ maiestatis, dignitatisue facta, in eo debet intelligi, cui dignitas ex propria persona adest, non in uxore, cui ex aliena, id est mariti persona id beneficium concederetur[s]: qđ & Dec. probat, & ipse sequerer, si lex personalis iniuriæ mentionē faceret: sed quū simpliciter de faciente iniuriam loquatur, non arbitror à uerbis recedendum[t]: nec em̄ dubiū est, ex iniuria uxori illata, proprio nomine actionem uiro cōpetere[u]: quia uere sibi facta iniuria dicitur[x]: quod & Bart. & Bald. sentit[y]. Sed quid è cōuerso, an maritus ex nobilitate uxoris dignitatē propriam augere censendus sit? Et pleriq; om̄es negant, quapropter à liberto uxoris in ius uocari maritū eius citra ueniā posse arbitrati sunt[z]. Sed hac in re ego hæreo, qui sciā Alexandri constitutionē de operis loqui, nostrā de obsequijs, inter quæ est magna differētia[a]: faciliusq; in ius uocationem denegari, quàm cæteras operas cōcedi[b]: uideturq; durum marito patronæ nō deberi à liberto reuerentiam, quū priuigno, quū et extraneis hæredibus debeat[c]: & tamē lex hosce tanq̄ similes iungit[d]: maxime quū duo censeantur in carne una[e]: & ex uxoris quoq; nobilitate augustior hominū opinione fiat maritus[f]: coruscat em̄, ut inquit Bald. radijs uxoris[g]: & ut fateamur dignitatē ex ea uiro nō augeri, augetur saltem reuerentia, quæ potissima est causa impetrādæ ueniæ: nā quod ad dignitatē attinet, traditū est, reginam, quæ comiti nubat, tametsi iure matrimonij ei mutuam reuerentiā debeat, regem eum non efficere[h]: quod ego uerū arbitror, nisi regni ius administrationemq; in dotē dedisset[i]: uel conuenisset, ut regius titulus cōmunicaretᵗ[k]: quod à Iacobo Marchiæ comite factum tradūt, quū Ioannam secundam, Siciliæ, Neapolisq; reginam in matrimoniū duxit: quapropter apud Virgilium Dido dominum Aeneam in regna recepit. Sed an coniuges possint alter alterum in ius uocare absq; uenia? Et uideretur non posse, mutuam em̄ reuerentiam debent[l]: sed tamen aliter Doctoribus uisum ferè est, æquales em̄ magis sunt[m]: unde nec frater fratrem cū uenia in ius uocat[n]: licet filius fratris patruū ipse uocare non possit, nisi permissu prætoris, quod Dec. tradidit[o]: debet em̄ patruo honorem, sicut & auunculo, & amitæ, & materteræ[p]. Sed tamen quum hi uerbis edicti, de parentibus loquentis, etiā crassa minerua acceptis, non comprændantur, uix est, ut Decij ego sententiam probem, ueniamq;

beri, ita re exigente, in ius eam, sine permissu prætoris, uocari prohibitū est[c].

cauſa ſibi acquiri poſſit[l]: etiam ſi dixiſſet, omne ius remittere, quod habet, uel habere ſperat: intelligitur em̃, rebus ſic ſe habentibus, & ex præſenti cauſa[m]: quũ id recte ſperare dicamur, quod ex cauſa præſenti ſperamus[n]: alioqui ſomnium uel phantaſia potius eſſet q̃ ſpes. Vnde reſignatio ſacerdotij, etiã iurata, ad nouam cauſam non trahitur[o]: nec dicit̃ pacem uiolaſſe, qui ex ſubſequuta rixa iniuriam intulit[p]. Hinc eſt, quod generalis renunciatio hæreditatis à fratribus facta, nõ extenditur ad ius poſtea quæſitũ, uel ex diſpoſitione legis[q]: uel ex nouo cõtractu[r]: ſi tamen uerba renunciatiõis adeo generalia eſſent, ut omne ius futurum cõprænderent, de eo quoq; actum exiſtimandum eſſet, ut ſi dictũ ſit, renuncio omni iuri cõpetenti, & cõpedituro[s]. Idem ſi dictum, renuncio omni iuri, quod aliquo tp̃e ad me pertineret, ut Dec. arbitratur, quod & Bar. ſentit: propter em̃ uim uerborũ, tractum temporis reſpicientium, ad futurã cauſam trahitur renũciatio, dum tamen ea cauſa talis ſit, ut ueriſimiliter à renunciante fuerit præuiſa[t]: dum item tali pacto lex nõ reſiſtat, ut quia de hæreditate uiuentis, adeo em̃ id reprobatur, ut nec tunc quidẽ ualeat, quũ dubitat̃, uiuát ne, uel ſit mortuus[u]: licet hæreditas uti ab indigno ſolũ auferatur, ſi uere uiuebat, id'q; paciſcens ſciuiſſet[x]. Nunc de repudiatione dicendũ, & quũ ea ex ſolo repudiantis facto pendeat, ſciendũ eſt, in his tantũ ualere, quæ in ſolo eius aĩo cõſiſtunt, ut eſt recuſatio hæreditatis[y]: amiſſio poſſeſſionis[z]: rei ceu derelictæ neglectus, & abdicatio[a]. Habet & quãdoq; uim ꝓbationis, ſi quadã cõfeſſionis imagine inducta ſit[b]: cõfeſſio em̃ à uoluntate noſtra pendet. In his uero, quæ ex ſolo animo noſtro nõ pendent, repudiatio nullius eſt effectus, ut quũ quis dominium repudiat, ut ĩ alium transferat̃[c]. Dominia em̃ nõ ſola uolũtate transferunt̃, ſed traditiõe[d]. Idem quũ quis ius ſibi ex cõtractu quæſitum repudiat, nõ tenet repudiatio[e]: quia eadem ratione unumquodq; diſſoluitur, qua eſt inductũ[f]: quũ ergo orta ſit obligatio ex utriuſq; cõſenſu, nõ ſufficit alterius uoluntas. Idem generaliter in omni iure iam quæſito, quod pro derelicto quidem haberi poteſt, repudiari uero nõ poteſt[g]: niſi ſpeciali iure abſq; facto repudiantis quæſitum ſit: ut in dominio rei legatæ, & hæreditate, quæ ad ſuũ hæredẽ ipſo iure ꝑtinet[h]: anteq̃ em̃ naturali actu acquiſita ſint, repudiari poſſunt, q̃ ſcilicet acquiſitio illa ciuilis aduerſus iuris cõmunis regulas inducta facilius tollatur[i]. Idem in iure quod adhuc nobis delatũ nõ eſt, ut quũ qs rem ſibi ſub conditione, uel ex die legatam ante aduentũ cõditiõis uel diei repudiat, nihil agit[k]: licet em̃ in cõtractu in diem à principio oriatur obligatio, & actio, tamen aliud eſt in legato ex die, ut aliàs declaraui[l]. Cur aũt nihil agat, ea eſt ratio, quia nulla huiuſmodi eſt uolũtas, quæ obligationẽ adhuc non natã extinguere nequit: cuius rei aliud exemplũ eſt in hærede, qui ante aditam hæreditatẽ uoluntatẽ legatario accõmodauit, legatũ occupanti, nã nihil ei nocebit, ſi intra nudæ uoluntatis terminos cõſtitit[m]: alioqui paciſcendo uideretur adire[n]. Sed ſi repudiatio in uim taciti pacti tranſiret, ſecus eſſet: ut quia corã parte facta, quæ acceptare præſumit̃[o]: in dubio tamen, qui repudiat, uidet̃ id animo à ſe abdicãdi facere, nõ aũt ſe alteri obligandi[p]: & ideo partis acceptatio nõ attenderetur, ut Picus ait[q]. Sed & ſi religio iuriſiurandi acceſſerit, repudiationẽ ualere creditum eſt, ui debitur enim ipſi Deo nomine abſentis promiſſum[r]: dum tamẽ uerba hæc ĩterpretationẽ pati poſſint[s]. In iudicio quoq; facta hæc repudiatio propter iudicis authoritatẽ ualet: qđ uerum arbitror, ita demũ, ſi iudex ipſe acceptauerit[t]: uel in acta publica redacta ſit[u]: quo caſu ſcriptura acceptari à quocũq; cuius interſit, poteſt[x]: uel ſi ad partis interrogationẽ repudiatum ſit[y]. Sed an idem ſit, ſi uerba repudiationis futurum tempus reſpiciant? Et in pacto dubiũ non eſt ualere, ut Bar. hic tradit[z]: quo argumẽto pleriq; idem eſſe & in repudiatione dixerunt[a]: à quibus ego diſſentio, quoniã in lege ſimpliciter ſcriptum eſt, ius futurũ repudiatione extingui non poſſe[b]: & inter pactũ & repudiationẽ ſumma eſt ratio differentiæ. Repudiatio em̃ eſt quædã abdicatio, ex qua obligatio nulla oritur: unde quibuſcunq; uerbis eã concipiamus, abdicari à nobis id, quod delatũ nõ eſt, nõ poteſt[c]: at ex pacto orit̃ obligatio, qua qs etiã in futurũ aſtringit̃, ſi hoc actũ eſt: qua ratiõe fit, ut nec iteratæ qdẽ repudiatiõi hoc tribuã, ut ius futurũ cõplectatur.

cut placuit[h] diuiſione, diem ſuum, te filio eius ſuperſtite, functus eſſet.

h ¶ SICVT placuit. Quid ſi ſextans adhuc Frontoni datus nõ eſſet, qua actiõe ei ſuccurreretur? Et ſi Fronto ex parte ſua adimpleſſet, ut qa ꝓmiſiſſet renunciare fideicõmiſſo, & ita renunciaſſet, uel acceptilatione fratrẽ liberaſſet, dubium nõ eſt agi ꝓſcriptis uerbis poſſe[d]: q em̃ remittit, dare dicitur[e]: unde cõtractus do, ut des uidetur celebratus: dedit em̃ Fronto, qa remiſit: quæ remiſſio pendẽte cõditiõe, ſpem ĩterim extinguit, poſt euentũ uero cõditionis etiã fideicõmiſſum inane reddit[f]: quod ſi Fronto nõ adimpleuerit ex parte ſua, qa ꝓmiſerit ſe nõ petiturũ fideicommiſſum, quo caſu ſi hodie nõ petat, cras poſſet[g]: & ideo eo uiuẽte, nunq̃ ꝑfici huiuſmodi ꝓmiſſio uidet̃, tunc tres caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt, cũ ſimplici pacto actũ eſt fideicõmiſſum nõ peti, & ante euentũ cõditiõis nõ eſt dubiũ ſextantẽ peti non poſſe, quũ ex parte ſua adimplere nõ poſſit, nec cautiõi Mutianæ in cõtractibus locus ſit[h]. Poſt uero euentũ cõditiõis, poſſet actiõe ex teſtamẽto fideicõmiſſum petere, & ſi excipere tur de pacto, replicaret de ſextãte nõdum ſibi dato[i]: qđ uſq; adeo ꝓcedere Paul. Caſt. exiſtimauit, ut ſi ultra pactũ nõ petẽdi Frõto etiã Philinũ ultrò liberaſſet, arbitretur poſt cõditiõis euentũ poſſe eũ liberationẽ cõdicere, ut priſtina obligatio ſibi reſtituat̃[k]: q̃ facto reſtituta actiõe ex teſtamẽto aget, & aduerſus excipientẽ eodẽ mõ replicabit: quũ em̃ actũ eſſet ne peteret̃, ĩtelligit̃ ſeu de iure, ſeu de facto: unde ꝑ hãc liberationẽ nõ adhuc ex parte ſua ĩpleuit Frõto, ut hic ferè oĩbus placet. Secũdus eſt, quũ pactũ nõ petẽdo, & renũciatio cõfirmata eſt ſtipulatiõe, & tũc incontinenti, etiam ante conditionis euentum poterit

Fronto

l l. quod ſeruius. ubi Bar. ff. de cõdic. ob cau.
m l. qui cum tutoribus. ubi Bar. ff. de tranſac.
n l. 2. ff. de ſtatul.
o c. eum interp. de renun.
p Bar. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn.
q Bar. auth. hoc amplius. C. de fideicõm. & §. duo fratres.
r Raph. Com. cõſil. 187 dñs.
s Rom. conſi. 22. propoſitæ.
t l. qui iure. de teſt. mil.
u l. nec nos. j. de poſtlim. re.
x l. quidam. §. fi. ff. de dona. l. ſi qs mihi bona. §. ſed utrum. ff. de acq. hæred. ubi Alex.
y l. at ſi quis. §. pleriq;. de relat. & ſump. fun.
z l. ſi quis ui. §. differentia. de acqu. poſ.
a l. 1. ff. pro derel.
b Bar. l. cum falſa. col. 2. ſupr. de iur. et fac igno.
c d. §. differẽtia.
d l. traditionibus. j. eo.
e l. ſi fideiuſſor. l. idẽ. ff. eo. Bar. l. non ſolum. §. liberationis uerba de lib. leg.
f l. prout quiſq;. de accep.
g l. 1. §. decretalis. de ſucceſſ. edi.
h Bar. l. pompo. 1. ff. de neg. geſt. col. 3.
i l. eius militis. §. militia. ff. de teſt. mil.
k e. l. ſi ita ſcriptum. §. 1.
l l. ita ſtipul. 2. quæſt. Bart. de uerb. obl.
m l. 1. §. ſed ſi ante. ff. quor. leg.

n l. gerit. ff. [...] quir. hered.
o l. tale pa[...] in princ. ff.
p d. §. qđ [...]
q l. non om[...] cer. pet.
r c. quoties [...] dis. 1. quæſ[...]
s c. pen. ex [...] iureiur. Bar.
patr. §. fili[...] trem. de leg
t Bar. l. poſ[...] eo. 2. col.
u l. 1. §. ſi qu[...] à quib. ap.
x Bar. l. nud[...] de dona.
y l. 1. de cur. [...] dan. l. in plu[...] de acquir. hæ[...]
z arg. l. qu[...] mæ. §. duo [...] tres. & l. & [...] redi. §. pen. ff
a Abb. c. ex [...] tiplici. d' dec.
b d. §. decret[...] et d. l. ſi ita. §
c l. qui potſ[...] quod quis. ff [...] reg. iur.
d l. naturali[...] 1. d' præſcri.
e l. ſi mulier[...] condic. ob cau
f l. quoties. §. [...] de dona.
g l. elegante[...] ſi qs. de cõd. i[...]
h l. ſiue apud [...] tit. 1.
i l. cũ propon[...] 2. j. eo.
k l. ſi quis a[...] pto. ff. de cond [...] cau. da.

Fronto sextantem peteret[l]: in contractibus enim nominatis oritur actio ex sola conuentione, licet adhuc perfecte non fuerit adimpletum[m]: unde satis est eatenus adimplere, quatenus rei natura permittit[n]: ut scilicet caueat in futurum se non petiturum[o]: quæ cautio in cõtractibus innominatis, cum quis sub modo conficiantur, nõ sufficeret[p]: quia scilicet debiliores sunt, & ex sola naturali, & uera adimpletiõe robur assumunt, unde nec oblatio quidem, qua se adimpleturum actor polliceret, sufficeret[q]. Adde quod in contractibus nominatis statim orta est actio, licet exerceri non possit, nisi ab eo, qui sui ex parte obseruauerit: in innominatis uero actio non prius oritur, quam perfecte actor obseruauerit, quod Bal. tradidit[r]. Tertius casus est, quũ cõtractus non per modũ, sed sub conditione cõceptus est: puta, promittis mihi sextantem, si fideicõmissum non petiero: promitto: tunc em̃ siue nominatus, siue innominatus sit contractus, nunquam agi potest, donec conditio pmissionis euenerit, ut quia fideicõmissarius sit mortuus[s]: nec Mutiana cautio hoc casu admitteretur, cui in contractibus locus non est[t]. Sed quid si stipulator cautionẽ hanc de nõ agendo sponte reciperet? tũc secus esset: uidetur enim adimpleuisse qui cauit, si ei cautioni alter acquieuerit[u]: quod hic cõmuniter receptum est.

IMPP. SEVERVS & *Antoninus Augg. Claudio.*

Post uenditionẽ hæreditatis à te factam, si creditores cõtra emptores actiones [b] suas mouisse

POST VENDITIONEM. Hæres, qui aditam à se hæreditatem uendidit, creditoribus hæreditarijs ipse respondere debet[a]: quũ em̃ adeundo uideatur cum eis cõtraxisse[b]: quũ item obligationes personales in solum uniuersalem successorem transeant[c]: nõ potest se eximere ab eo nexu, quo illis tenetur[d]: nisi eorum cõsensus accesserit, qui emptoris delegationẽ approbauerint, illeque nõ inuitus annuerit[e]. Idem si tacito pacto id actum sit, ut quia emptorem iudicio cõuenerint, nec ipse exceptionem huius rei nomie opposuerit, tunc em̃ uenditor liberatur: siue pactum simpliciter factũ à creditoribus cũ emptore censeatur, prodest em̃ etiã hæredi, qui regressum cõtra eũ habiturus esset[f]: unde & solemus dicere, pactum cũ procuratore in rem suã initum, etiã domino utile esse[g]: nec uideri confessionem absente parte factam, quæ corã huiusmodi procuratore facta sit[h]: siue pactum cum ipso uenditore factũ præsumatur: quũ em̃ quis hæreditatẽ uendit, quia id ius uniuersale est, censetur cõmoda cum oneribus suis, seu ære alieno transtulisse, idque ex natura cõtractus actũ esse, ut emptor ipsum uenditorẽ indemnẽ seruet[i]: unde creditores aduersus emptorẽ agentes, uidentur tacito pacto huiusmodi uoluntatẽ approbasse, quæ de re sua, id est ære ipsis debito, inter emptorem & uenditorem sic interuenerat[k]. Sed à quo tpe oritur hæc p̃sumptio? & receptum est ex litis cõtestatione, cũ emptore nihil de hoc excipiente facta: quia lex requirit actiones motas esse, quod de litis cõtestatione intelligitur, ut plerique hic tradunt[l], nec Pau. quidẽ Castrensis negat. Sed qd si emptor cõuentus soluendo non sit. Et uidetur idem, si eum lapsum facultatibus creditores sciebant[m]: nam & si debitor delegatus soluendo nõ sit, imputatur creditori, qui sciens eum approbauit[n]: si uero ignorabãt, secus est[o]: quod tamẽ in dubio nõ est credendũ, sed ei imputandũ, q eius conditionẽ nõ inuestigabit[p]: si Decio hic credimus: à quo tñ ego dissentio: nã quũ exceptio hæc taciti pacti ex p̃sumpto cõsensu oriatur, debet p̃sumptio probabili signo inniti[q]: at uerisimile non est, si sciuissent creditores emptorem soluẽdo nõ esse, inanem actionem fuisse intentaturos[r]: nec ea debet accipi coniectura, ut uideant̃ uoluisse hæredi prospicere, etiã cũ magno ipsorum damno[s]: puto itaque hac in re plurimũ arbitrio iudicis tribuendum. Sed quid si creditores principaliter quidem cõtra hæredem egissent, sed eis se obiecisset emptor, qui accessorie tanquam pcurator in rem suam, litem defenderit? Et hoc casu oẽs cõsentiunt, nullam esse taciti pacti exceptionẽ[t]: nõ magis quam si expresse saluũ sibi ius esse protestarẽtur aduersus hæredem experiundi[u]. Quid si creditores ab emptore aliquas pecunias pusuris sponte recepissent, an tacite recenserentur hæredem liberasse[x]? Et nõ censeri responsum est, quoniã uoluntas nõ præsumitur, nisi quatenus signa indicãt[y]: ex receptione aũt accessorij nõ est capienda præsumptio, ut uelit quis in principali sibi damnũ fieri[z]. Qua in re distinguendũ quoque est, ut receptio usurarum pmissionem sortis processisse arguat[a]: in cõsequentibus em̃ saltem incidenter pbantur principalia[b]: quæ pbatio nihil aliud est, quam rei gestæ declaratio, nec noui quicquam inducere censetur[c]: ex eadẽ quoque receptione respectu futuri temporis facta, uidetur creditor pacisci, interim se non petiturum sortem[d]: quia alioqui deceptus remaneret is, qui præoccupauit soluere, quæ solutio dilationem hanc necessario infert, quum eiusdem temporis nõ possit quisque & usuras & sortem habere[e]. Sed in casu nostro, si tacitum pactum respectu sortis interpretaremur, & nouum quiddam induceretur, & ex minime necessario signo cõiectura sumeretur, quũ personã emptoris, breuioris manus causa, possit quis respectu solutarũ usurarũ approbare, & respectu soluendæ sortis amplius deliberare.

b ¶ ACTIONES. Sed quomodo agere aduersus emptorem creditores possunt, quum actione, quantum ad eum pertinet, careant[f]? An quia re quidam ipsa hisce actio competebat aduersus hæredem, cuius procurator in rem suam est emptor[g]: qui & indemnẽ p̃stare uenditorẽ debet[h]: & ideo lex id iudiciũ ex eius cõsensu cõfirmat, licet principio potuisset subuerti, qd' alibi diffusius attingit[i]. Sed qua actione coget hæres emptorẽ, ut idẽ se seruet? Et dubiũ nõ est, actione ex uẽdito[k]. Is uero q hæreditatẽ donauit, qm̃ & ipe tacite egisse uidet̃, ut sicut emolumentũ, ita & om̃e onus ad eũ trãseat, actiõe p̃scriptis uerbis experiet̃[l]. Hodie uero cõdictiõe ex noua Iustiniani lege[m]: crediderĩ, etiã si huiusmõi alienatio iudiciali authoritate fc̃tã sit, eandẽ exequutionẽ, q creditori

m l. fi. §. fin uero. j. de sponsa. l. si is à quo. in fi. ff. ut in pos. leg.
n l. promittendo. §. pen. & iur. dot.
I
o l. si cum dotem §. 2. sol. mat.
p l. qui cum alio. de reg. iur.
q Bal. j. in rub. de proba.
r l. cum de indebito. de prob.
s l. tutori. j. d neg. gest.
II
t Bar. d. l. solutionem. col. 2.
III
u l. si debitor. §. fi. ff. quib. mod. pig.
IIII
x l. tale. §. post diuisionẽ. ff. co.
y Bar. l. titium. §. altero. de admi. tut.
z l. si pacto. §. petens. j. co. l. ex pupillari. ff. de uulg.
a l. 2. j. de dot. prom.
b glo. l. sicuti. §. si quæratur. ff. si ser. uend.
c l. publia. in fi. ff. depo.
d l. 2. §. pen. ff. de dolo excep. l. qui in futurum. ff. co.
e l. lecta. uer. sed nec ante. ff. si cer. pet.
f l. si pupilli. §. uideamus. de neg. gest.
g l. licet. §. ea. de procu.
h d. l. 2.
i l. si titius. ff. de uer. obl.
k l. 2. §. sicuti. & hære. uel act. uẽ.
l l. hæreditatem. de dona.
m l. si quis argẽtum. j. de dona.

creditori

creditori aduerſus hæredẽ concedat, ipſi hæredi cõtra emptorem præſtandã[n]: quoniam ſcilicet in eum, qui in iudicio cõfeſſus ſit, uia ordinaria opus non ſit, ſed exequutione præſentanea ſubueniatur[o]. Idem ſi tali inſtrumento conſcripta ſit alienatio, quod lege municipij uim iudicati habeat.

probare potueris, eosq; eas ſpõtanea[c] ſuſcepiſſe uoluntate, exceptione taciti[d] pacti non inutiliter defenderis.

c ¶ SPONTAnea. Inuitus ergo hæreditatis emptor ſuſcipere iudicium non cogitur: quod in fiſco non procedit, cui ſpecialiter id indultum eſt, ut qui ab eo hæreditatem emerit, cõueniri à creditore poſſit[p]: cuius rei uidetur illa ratio, quòd ſcilicet fiſci ſeu principis contractus uim legis habeat[q]: dubium aũt non eſt, legem in perſona quoq; debitoris obligationẽ transferre poſſe[r]: quæ ratio nec in eccleſia, nec in cauſis, quæ ad pietatẽ pertinent, locum habet: & ideo recte reſpondit Ancha. ualetudinarij præfectos, aut pauperes hæredes inſtitutos à creditore hæreditario, non
II aũt ceſſionarium conueniendos eſſe[s]. Cæterum ſi hæres ipſe ſoluendo non ſit, poſſe in ſubſidiũ
III emptorem cõueniri conſtat[t]. Nec illud dubium eſt, agente aduerſus hæredem creditore, teneri emptorem ut adſiſtat lui, eumq; defendat, & indemnem præſtat[u]: nec iuſte à creditore recuſari, quin defenſorem hunc, qui & procurator in rem ſuam dicitur, admittat[x]: niſi aliquam cauſam alleget, cur cum hærede ipſo litigare malit, ut qa hæres minus tricho litigatorq; ſit, aut rei
IIII geſtæ magis conſcius[y]. Eum quoq;, qui hæreditatis partem ex tranſactiõis cauſa tanq̃ hæres accepit, ad iudicium ſuſcipiendum pro parte ſua à creditoribus defuncti poſſe cogi, conſtitutum eſt[z].

d ¶ TACITI. Niſi animus quoq; nouandi acceſſerit, quo caſu ipſo iure hæres liberatur[a]. Sed quomodo pactum hic initum cum hærede præſumamus, qui abſens fuit? & Bar. quem cæteri ſequuntur, nihil referre id in tacito pacto exiſtimauit, quod latius declarandum eſt. Sciendum eñ contractus, qui uerbis celebrantur, conſenſum per uerba incontinenti requirere[b]: in his uero, qui aliter inducuntur, ſatis eſſe, ſi quandocunq; alter coſentiat, & ex nouiſſimo conſenſu uim cõtractus incipere[c]: nec refert expreſſim conſentiatur, an tacite, quum pars ſit utriuſq; uirtus[d]. Sed expreſſus conſenſus ſtatim ſe ipſum oſtendit: tacitus ex ſignis ſeu cõiecturis inducitur, quæ à iure pro idoneis habeantur. Igitũ ut obligatio oriatur, conſenſus, quo ius ab altero transferatur, ab altero acceptetur, neceſſarius eſt: unde ſi per epiſtolam uel nuncium tibi promittam, anteq̃ epiſtola ad te peruenerit, tuq; acceptaueris, nulla oritur obligatio[e]: poſtq̃ uero acceptaueris, oritur, quia hic eſt utriuſq; cõſenſus, mei, qui in eadem uolũtate perſeuerare exiſtimor[f]: tui, qui aſſenſum ei præſtas: & quod de nuncio dictum eſt, idem in negotiorum geſtore, uel procuratore: ex mandato eñ, uel ex ſubſequuta ratihabitione fit acquiſitio[g]. In obligatione uero, quæ à lege inducitur, hæc non ſunt neceſſaria, ipſa enim abſq; facto noſtro nos obligat[h]. Adnotanda eſt igitur triplex taciti pacti ſpecies.

n l. fi. §. fin. ĩ. de uſur. rei iud.
o l. 1. ubi Bart. ff. iud. ſol.
p l. 1. ĩ. de hære. uel act. uen.
q l. Cæſar. ff. de public. l. fin. ĩ. de quad. præſcr.
r l. reſtituta. ff. ad treb.
s Anch. conſ. 5.
t l. fi. in princ. de eo per quem fac. glo. d. l. 2.
u d. l. donationẽ.
x l. plano. in fi. ff. fa. herc.
y Bart. d. l. ſolutionem.
z l. controuerſia. ff. de tranſact.
a d. l. ſolutionem.
b l. 1. §. 1. de uerb oblig.
c l. ſi ſtipuler. §. fi. de uerb. obl.
d d. l. cum quid. ſi cer. pet.
e l. ſi pater. ff. de man. uin.
f l. eum qui. ff. de pr. b.
g l. abſenti. ff. d' donat.
h l. 4. §. 1. ff. de act. & obl.

Prima eſt, quũ lex obligationem inducit, niſi certa qualitas prohibeat, ea eñ qualitate interueniente, tacite ſequitur, ne obligatio ulla oriatur. Sed id non tam ex conſenſu partis eſt, q̃ ex facto legis, obligationem non concedentis[i]: & ideo nulla præſentia neceſſaria eſt: exempli cauſa, ei qui alterius negotia geſſerit, lex actionem dat, niſi animo donãdi geſſerit[k]: ſi igitũ animus donandi abfuerit, nihil ei quæretur, etiam ſi nulla fuit donatarij hac de re ſcientia: quia ſcilicet ei lex nihil acquiri ſinit, qui animum acquirendi non habet. Sic & in extraneo dicimus, qui dotem pro muliere præſtet, ex diſpoſitione eñ legis fauore dotiũ præſumitur eam donaſſe, niſi ſibi caueat[m]: & ideo nulla mulieris præſentia opus eſt. Secunda ſpecies eſt taciti pacti, ex prorogatione prioris contractus orientis, & neq; in hoc ulla præſentia eſt opus, quia ſatis fuit ſemel adfuiſſe: ut quũ quis perſeuerat in uſu rei cõductæ: lex eñ utriuſq; uoluntatẽ durare p̃ſumit: extenditurq; prior contractus[n]: unde hic non tam pactum, quàm uerus contractus eſt, daturq; ex eo actio: idem & in hærede adeunte hæreditatem dici poteſt[o]: extenduntur eñ in eũ actiones, quibus teſtator alligebatur, uideturq; is cum abſentibus creditoribus cõtraxiſſe[p]. Tertia ſpecies eſt, quũ ex actu cum alio geſto, reſultat cum alio tacitum pactum, nam et hoc caſu nõ eſt adhuc neceſſaria præſentia: dum tamen ille, cum quo expreſſe agitũ, cõnexus obligatione erga abſentem ſit, ut in caſu noſtro, emptor hæreditatis erga hæredem, uel plures rei debendi, ex quibus ſi unus ꝓ rata ſua ſoluerit, alijs taciti pacti exceptio acquiritur[q]. Idem in pacto expreſſo authoris mei, ut mihi q̃uis ſingulari ſucceſſori, & abſenti, tacite quoq; cautum uideatur, contraxiſſeq; ex eius perſona ego fingar[r]. Idem in pacto patris erga filiam, ueluti quũ pro ea dotem dedit, & in alterum caſum ſtipulatus ſibi eſt, uidetur abſenti tacita pactione in alterũ cauiſſe, ut receptius eſt[s]. Sed qui nam eſt tacitæ huius pactiõis effectus? Et Iaſ. arbitratur, noſtro in caſu ſolam exceptionem inde hæredi competere, non tamen ideo extinctam eſſe obligationem naturalem: à quo diſſentit Decius: quoniã quoties exceptio pacti conceditur, apparet perimi uel elidi naturalem obligationem[t]: ſecus ſi exceptio doli[u]: quæ ſententia utiq; probabilior eſt[x]. Alius eſt effectus, quia tacito hoc pacto ſolũ præiudicatur reſpectu illius creditoris agentis, non aliorum, quibus integrum eſt, contra ip̃m hæredẽ experiri, ut Accur. hic inquit: quod Dec. procedere etiam in ære, quod pluribus cõmuniter debeatur, exiſtimat[y]: quamuis eñ tali caſu pactũ expreſſum maioris partis alijs noceat[z]: ſi tamen maior pars contra emptorem egerit, poterunt alij hæredem conuenire, quòd ſcilicet conuentio tacita, & à cõmuni iuris orbita recedens, non adeo interpretatiõe adiuuatur, ſicut expreſſa[a]. Ego pactum maioris partis alijs nocere non arbitror, quum de proprio iure illis quæſito tractatur: ſecus ſi de quærendo: quia ſcilicet adhuc debitoris hæreditas adita non ſit, tunc enim reſcripto

i l. 4. ubi Bal[...] de neg. geſt.
k quod dictu[...] ff. eod.
l l. non omn[...] cer. pet.
m l. 1. §. acce[...] ĩ. de rei ux.
n l. qui ad ce[...] ff. loc.
o d. l. apud. [...] ex qb. cauſ. ĩ[...]
p Bal. in rub[...]
q admit. s. q[...]
q l. ſi credit[...] ĩ. eod.
r l. ſolutum, p'ane. ff. de p[...] act.
s l. ſi cum dote ubi Alex. col. ff. ſolut. mat.
t l. ſtichum. §. [...] turalis. de ſol.
u l. reſcriptu[...] §. fi. ff. eo.
x Alex. §. p[...] ne peteret. col. [...]
y ſecundũ. [...] iorem. ff. eo.
z d. l. & l. reſ[...] ptum. ff. eo.
a l. fi. in pri[...] de lega. 2. Pa[...] Caſt. l. ſi conue[...] rit. de iur. om[...] iud.

ſcripto diui Marci locus eſt[b]: & ideo fruſtra eo caſu de actione dubitatur, quæ contra hæredem ſcriptum intēdi nequit, anteꝗ̃ adita ſit ab eo hæreditas[c]: merito igitur taciti pacti exceptio ibi nulla eſſet, ubi nec iudicialis quidem conuentio eſſe poteſt.

IIDEM AVGG.
Reſtituto.

SEruus creditoris meliorē cauſam domini facere poteſt, in deterius autem reformare nouo pacto nō poteſt obligationem recte conſtitutam.

SERVVS. Seruus paciſcēdo prodeſſe domino poteſt, nocere nō poteſt[a]. Sed hoc ne ītroductū eſt generali ratione, qua traditur, quemlibet alteri9 meliorē conditionem facere poſſe, non autem deteriorem[b]? An uero ratione potius particulari, ſeruus ēm ſicut & filiusfa. omnia domino acquirūt, propter patriam uel dominicam poteſtatem, ita quod nihil in eis reſidere poteſt[c]. Sed hæc poteſtas in domini fauorē, in cuius manu ſunt, eſt introducta: unde ipſo iure ei, etiam inuito, propter ius publicum acquirūt[d]: ex ea igitur damnum illi aliquod oriri non poteſt, ut merito diuerſa ſit hoc caſu lucri et damni ratio: quo caſu lex abſurdum non exiſtimat poſſe aliquē nobis lucrum facere, obeſſe autem nō poſſe[e]: & quod in ſeruo hic tradiť, in filio quoꝗ́ familias procedit[f]: itemꝗ́ in monacho, quem cœnobio acquirere poſſe æquū eſt, damnoſum autem eſſe non oportet[g]: quo exemplo à Benedicto Capella reſponſum eſt, legem municipalem, quæ omnia lucra inter fratres cōmunia eſſe iubet, non tamen eos arctare, ut pro ære alieno, ab aliquo ipſorum contracto, alius teneať[h]: poterit igitur tunc frater fratri acquirere, obligare res fratris non poterit[i]. Vt tamen pater uel dominus ex contractu ſerui uel filij acquirant, etiā ei ſe damno ſubijcient, quod in ipſo contractu uno tempore deductū eſt[k]: uel in continēti poſt, priuſꝗ́ ſcilicet contractus omnino pro abſoluto habitus ſit[l].

II Sunt autē & alij caſus, quibus domino ſuo ſeruus nocere poteſt, & in primis in acquirendis ei detrimentum afferre poteſt, ſi ſponte detrectet lucrum facere[m]. Sic enim & epiſcopus in acquirendis eccleſiæ ſuæ præiudicare poteſt[n]: ut ſi ab emphyteuta, qui per biennium à ſolutione penſiōis ceſſauerat, canonem ſponte recipiat: poteſt enim ſolus impedire, quo minus pœnæ commiſſæ locus ſit[o]: quæ ſententia propter pœnæ odium humanior eſt: alioqui non caret dubitatione, quia ipſo iure ceſſator cadit[p]: & quia tenetur epiſcopus eccleſiæ utilitatem procurare, & ei quantum poteſt acquirere[q]: quod ſi minus faciat, in fraudem non quæſijſſe cenſebitur[r].

III Non procedit item ſupradicta concluſio in peculio: poteſt enim ſeruus, quatenus in peculio eſt, dominum obligare: ſed ſponte domini facere uidetur, qui peculium reuocare arbitrio ſuo poteſt[s]: à qua tamen regula VII. caſus excipit Accurſ. quos non abſimili carmine Alb. Roſ. hic recenſet.

Si uouet, aut donat, ſi cōpromittat, agatue,
Si ſponſor[t], ſi ſe uendat, ſi mandet emēdum.

IIII Rurſus non procedit in delictis: delinquendo enim deteriorem domini, ſaltem noxali cauſa, conditionem facit[u]: & quum ſibi ipſi manus infert[x]: facit & in cauſa peculij quatenus locupletior iam factus ſit[y]: quod ſi domino ſciente peccauerit, tenetur dominus in ſolidum, & principaliter[z], quia delictum ab eo commiſſum eſt, qui iure poteſtatis prohibere potuit[a]: quo exēplo patrem pro delicto filij teneri reſpondit Curtius[b]: quum cōſtaret ſciente uidenteꝗ́ patre facinus cōmiſſum fuiſſe, patrēꝗ́ tacitū id ſpectaſſe.

V Non procedit item in his, ꝗ ſpecialiť pro culpa familiæ ſuæ cōueniri poſſunt, ut nautæ, caupones, ſtabularij[c]: itē in publicanis, quos edicto prætoris apparet familiæ ſuæ factū præſtare debere[d]. Item in magiſtratibus, qui ex ſuorū culpa quandoꝗ́ conueniuntur[e]. Sed quid cenſebimus de noſtri tēporis famulis, qui liberi ſunt homines, & certa mercede nobilibus obſequuntur? & regulariter eorum ſcelere nō obligari dominum debere indubitatum eſt[f]: niſi ex aliquibus cōiecturis de conſenſu eius appareat[g].

VI Idem ſi prohibere potuit, & non fecit: culpa enim dominus non caret[h], ut Bal. exiſtimauit. Sed & ſi quis ſoleat huiuſmodi ſceleſtorum colluuiem in famulitium adſciſcere, in culpa eſt[i]: quia ueriſimiliter præuidere potuit, eos à criminibus non tēperaturos[k]: poteritꝗ́ inſtar ferè receptatoris in eum animaduerti[l]: eiꝗ́ imputādum erit, qui familiæ ſuæ innocentiam non explorauit[m]: unde et elegans illud Homeri carmen, quod in ore ſolebat Socrates hahere,

Aedibus in noſtris, quæ recta aut praua geranť.

Nam & ſi huiuſmodi aliquem domini inimicum ferro appetierint, nō modica erit aduerſus dominum præſumptio[n]: præſtabuntꝗ́ iuſtam unicuiꝗ́ metus cauſam, ei qui ſibi à domino ꝑpter eos ſeruos timuiſſe aſſeruerit[o]. In foro quoꝗ́ conſcientiæ dubium non eſt, ei domino imputari, qui tales non emendauerit, aut à ſe non dimiſerit[p].

VII Sed quid in cōtractibus, horum ne contractu obligabitur? Et non putarim, eadem ratione, niſi de domini conſenſu appareat, ut quia huiuſmodi famulum, ſeu clientem obſonatorem ſuum, aut diſpēſatorem conſtituerit, iſꝗ́ in eam cauſam contraxerit[q]: tenebitur enim dominus exēplo inſtitoriæ actionis, ut Picus hic ex Paulo Caſt. ait[r]. Vnde ſi pecunias mutuas ex ea cauſa acceperit, conueniri patronum poſſe arbitratur: quod uerum crediderim, ſi appareat in id quoꝗ́ conſtitutum, ut pecunias mutuas accipiat[o]: huiuſmodi enim liberi homines, quum ſibi non autem patrono acquirant, non æquæ patronum obligare debēt, atꝗ́ ſeruus dominum poſſet[p]. Sed finge obſonatorem meum alea luſiſſe, nunquid cogere uictorem potero, ut meas pecunias mihi reſtituat? Et Bal. poſſe reſpōdit[q]: non enim à me in id cōſtitutus erat, ſibiꝗ́ imputet aleator, qui colluſoris conditionem non explorauit[r]: nam & ſi ſciebat eum de meo ludere, furti tenetur[s].

u l. 1. §. quod dicitur. de ui & ui arma.
x l. peculium. §. ſed ipſe. de pec.
y l. 3. §. ex furtiua. de pec.
z l. 2. in prin. de noxa.
a l. fluminū §. plane. de dam. inf.
b Cur. conſil. 41. uiſo.
c l. 1. ff. nau. caup.
d l. quantæ. de pub
e l. obſeruare. §. 1. de off procōſ. Bar. l. nequid. de in. n. rui.
f c. cum ad ſedē. in gl. de reſt. ſpoli. 1. quæſt. 4. c. quia. præſulat9.
g c. Petrus diaconus. de homic.
h l. culpæ. ij. de reg. iur.
i Card. clem. ne ī agro. §. porro. de ſtat. mon.
k reg. ſemel malus.
l arg. l. fin. §. fi. de abig.
m l. fi. §. nam cū ff. nau. caup.
n Abb. c. cōſtitutis. 2. de teſt.
o l. 1. §. fi. ubi Bar. qđ ui aut clam. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. 10. quæſti. de op. no. nun.
p c. licet Heli. ubi Abb. de ſimo.
q l. 5. §. nō autē. l. ſi cum uillico.
r Paul. l. 1. §. familiæ.
o l. habebat. de inſtit.
p. l. ſecundū natura. de reg. iur.
q Bal. Rub. ī. de cond. ob tur. cau.
r l. qui cum alio. de reg. iur.
s l. ſeruus cuiuſdam. de cōd. ī de.

ſcriptū. | princ. de | dic. | lior. ff. de | r. | endo. ff. | geſt. | æt. de ac | hæred. | uus. uetan | e uerb. obl. | us. ī. e. no. | ūeū natu | e re. iur. | lius. | in l. cum | es. §. fi. de | ren. poſ. | egocia. in | de ne. ge. | . in rub. ff. | ui. poſ. 1 | aūt. ff. eo. | reb. cor. | §. fi. ff. de | r. | ī. de acqr. | cum propo | de hæredi. | bemus. 1. ſu | ſacr. eccl. | d. & Imo. | ut. loca. cū | d. per Iaſ. | ī. de iur. em | e creationi | pr. | ſc. aud. | fraudem. 1. | iur. fiſc. | ctiones. Inſt | . | ſi filius. et | de pecu. ru | i ſer. extr.

POSTQVAM liti. Renuncias liti amplius de ea causa non auditur. Sed cur hoc? quũ enim lis instantiam significet[a], id est iudicij exercitationem, à cõtestatiõe in diffinitiuã sententiam[b]: qui ei renunciat non debet censeri de causa[c], id est ipso iure in iudiciũ deducto, egisse[d]: an quod Bar. Rimi. q; arbitrãtur, quia hoc iure instantiæ renunciari nõ poterat, quin & causæ renũciaretur? qua ratione & qui simpliciter instantiæ renũciat, omni deducto iuri renunciasse censebitur: id enim necessario consequitur[d]. Sed hæc falsa esse cõmuniter aiunt, posseq; hoc iure soli instantiæ renunciari uerius est[f]: præsertim aduersario consentiente[g]: quũ etiam si id ita nõ esset, haud tamen renũciatio instantiæ ad causam trahẽda uidetur, quæ maioris est præiudicij[h]. An ergo quod frequẽtius traditur? quia lis etiam causam significat, nõ autem solam instantiã[h]: unde à ui uerbor. recedendum nõ est[i]. Sed id improbat Dec. quod scilicet lis proprie sit altercatio litigantium[k], & ab eo iure distet, quod in iudicio deducit[l]: & quamuis improprie quandoq; aliter accipiatur, in renunciatiõibus strictè fuit procedendũ[m]: & ideo ipse existimat, eum qui liti renunciat, non censeri causæ renunciasse, nisi quatenus causa improprie accipiatur pro instantia, & sic id rescriptum interpretatur: quæ sentẽtia procul dubio uerbis rescripti repugnat. An igit. uerius est, quod ego arbitror, litem quidem pro deducta in iudiciũ actione, siue in personã, siue in rem accipi[n]: unde qui in rei uendicatione liti renũciat, omnino excluditur, ut hic traditum est: unica enim uẽdicatio est, ex sola causa, nempe dominio, descendens[o]. Qui uero liti in actiõe personali renunciat, ab instantia quidem & actione ex intentata causa submouebitur: sed si nouam instãtiam incipere uelit[p]: aliaq; ex causa experiri, utiq; audiendus uidetur[q]: quũ actiões personales nõ una causa tantũ, sed pluribus cõpetere possint[r]: & qui ex una renũciauit, ex altera saluũ ius habeat. Verum & si qs ante contestatiõe liti renũciauerit, parte nõ præsente, crebrior est sententia, nihil eũ agere: quia iuri futuro simplici repudiatiõe derogare non possumus[t]: si uero pars sit præsens, causa actus sustinẽdi fiet interpretatio, ut improprie litẽ acceperit, etiã quatenus ante contestationem altercatũ est[u], & ideo ceu pacto submouebitur. Addit Alex. nec renunciatiõe litis eũ excludi, qui sacerdotiũ simpliciter eiurauerit[x]: quoniam lege pontificum non nisi in episcopi sui manu dimitti beneficia hæc possunt[x]: qua ratione idem quoq; in cliente existimandũ est, qui fiduciam uel feudum (ut uocãt) absq; principis sui authoritate relinquere nequit[y]: quod magistratus exemplo receptum uidetur: præsens enim prouinciæ abdicando se non amittit imperiũ[y]: quũ igitur expresse renunciare non possint, nec tacite id ex cõmuni regula uidetur permittendũ[z]: alioqui non difficulter reperirentur, qui subornati eis mouerent controuersiam, ut renunciatione fraudẽ legi facere hi possent[a]. Illud quoq; tradidit Ias. ut renũciatio hæc ualeat, necessario proponendum, à parte præsente expressim acceptatam esse. Sed Dec. contra, cui accedo: qui em̃ præsens est, tacite acceptasse id uidetur, quod suam utilitatẽ respicit[b]: & ideo lex simpliciter absente parte infirmas esse confessiones ait[c], ut scilicet necessariã esse præsentiã ostenderet, acceptationis uero nõ meminit, quia ex præsentia præsumitur[d]: non secus ac consensus in pacto, ut in rub. supra admonuimus: nam si omnino necessaria esset acceptatio, confessio absente parte nec semiplenã quidem probationem faceret: quod tamen cõtra receptum est[e]: & quod communiter aiunt, confessionem prætextu erroris reuocari posse, elusorium esset, quum post acceptationem nõ possit[f]: ante uero, etiam citra erroris allegationem posset[g]. Verior igitur nostra est sentẽtia, quæ & plurimorum fuit[h], & ideo concludendum, confessionem parte præsente factum ualere, præsumiq; consensum, nisi aliud ex contrarijs coniecturis iudici sederit[i]. Parte uero absente, adhuc semiplenæ probationis causa ualere, si deinde acceptata sit, quum ex ea non obligatio, sed gratia, seu leuamentum probatiõis inducatur[k]: potest tamẽ huiusmodi confessio in absentia facta, ceu per errorẽ effudita fuerit reuocari, nec alia probatio requiretur[l]. Et quod in confessione dictum est, aliquid simile renunciatiõi habet, ut absente parte facta litis renunciatio ualeat, quæ crebrior fuit (si Alex. credimus) sententia. quod aduersus regulas odio litiũ aliqui, fauore liberationis alij tradidere[m]: dum tamẽ citra ullius fraudem, certoq; animi iudicio facta sit, quia in re multum arbitrio iudicis tribuetur[n]. Sed tamẽ anteq; à parte acceptata sit, uidetur eã reuocari posse, & sic defendendam Bar. Iac. Fulg. Ias. Decijq; opinionem, à qua uix est ut iudices recedere audeant[o]: nisi renunciatio de iure in re facta sit, quod solo consensu, ut supra diximus, pro derelicto haberi potest[p]: qualis hac in lege, in qua de prædio litigabatur, quæ uerba ad rei uendicationem proprie referuntur[q]: licet Alex. nulla ratione dissentiat. Idem si renũciatio per procuratorem nomine absentis recepta sit[r]. Sunt & qui sufficere putant, si per quemlibet alium accepta sit[s]: quod tamen ipse affirmare nõ ausim[t]. Idem si in iudicio facta, & à iudice nomine absentis recepta fuerit, ut Bar. existimat[u]: & ideo irreuocabilis erit: absq; enim iudicis opera, si parte absente in actis esset facta, ualeret[x]; sed reuocari ante acceptionẽ posset. Cæterum renunciatione simplici litis, non ideo renunciatũ uideri domino, idem Bar. sensit: unde quãuis dominus, petitorio iudicio agens, renunciauerit, non tamẽ reo exceptio dominij quærit[y]: nam & is qui transigit, liti renunciat, nec idcirco dominiũ transfert[z]: solum igit. exceptio doli uel pacti concedenda est, quia quo ad eam causam, quæ uerbis renũciationis comprænsa est, uidetur actor fateri nullũ sibi ius esse[a]: quũ aliter uerisimile non fuerit, eũ renũciaturum, ne scilicet donatiõis præsumptio capiat.[b]: & quia

IIDEM AVGG. *Valeriæ.*

POstquã liti de prædio remotæ renunciasti, causam finitam instaurari posse nulla ratio permittit.

a glo. in c. 1. §. 1. uer. litis. de procur. 6.
b l. properandũ. in princ. §. fi.
c ut sup. uer. lites. super cau; is.
d auth q semel. ꝑ. quomodo. & quan. iud.
e l. illud. de acquir. hæred.
f l. & post. §. ꝑ. de iud.
g glo. l. 1. ꝑ. de præscrip. lon. tẽ.
h l. fi. §. ille. ꝑ. de necess. her. Bart. l. 2. de iuri. d. om. iud.
h cum pridem. de pact.
i l. cum lege. de testa.
k c. foris. de uer. sign.
l c. dudum. 2. in fin. de elect.
m Cald. consil. 5. de uerb. sig.
n l. litis. de uer. sign.
I
o l. & an eandẽ. §. actiones. de except. re. iud.
p d. l. properandum. §. fi.
q l. habebat. de instit.
II
r d. §. actiones. glo. l. 1. ff. de ædend.
t 1 supr. eod.
u l. si insulam. de præscript. uerb.
III
x Imo. c. ueniens. de renun.
IIII
x c. admonet. de renun.
y Bald. auth. in successione. in fi. ꝑ. de su. & leg.
y l. pen. ff. de offic. præs.
z Ias. l. cum qd. si cer. pet. V.

a c. si ciuita... sent. excom...
b l. 3. ubi A... de rep. hær...
c l. certum... qs absente. f... confe. ß.
d l. qui pati... ff. manda.
e Bar. l. a... nendi. coll. ... iureiur.
f Bal. l. non... in prin. col... de proc.
g Bal. & ... in l. error. ... de iu. & fac...
h Socy. consi... Caccialupus... pe. l. admon... col. 67.
i l. diuus. ff. ... inte. rest.
k l. publia. i... depo.
l Aret. & B... in l. 1. §. si... simplicit. de u... oblig.
m Alex. hic... cons. 131 in 4... VI. *ti. cons...*
n l. si reus. i... de procu.
o Bar. l. non s... §. libera. de l... leg.
p l. 1. ff. pro... re. net. in l. 1. su... eod.
q c. fi. de con... præbẽ. in 6. l... de uerb. sig. B... l. fundus. de ... leg.
r d. §. si quis... sente.
s Saly. hic. ... & Fely. c. si... tio. de fid. inst...
t d. §. si quis ... sente.
u arg. l. fi. de... VII. *...*
x arg. d. l. ... l. 1. §. si quis ... tr. ff. à qui. a... non li.
y Bar. §. nihi... mune. 2. intel...
z l. si pro fun... tit. 1.
a l. 3. infr. de ... infir.
b l. cum de in... de prob.

& quia nō est uerisimile, propter odium litium eum renunciasse, qui iā litigare cœperat[c]: quiq́ potuisset solam possessionē omittere, absq; alia litis renunciatiōe[d]: quāto probabilius ideo renunciasse, quia inter agendum animaduerterit fouere se malam causam[e]: quæ tum quoq; mala est, quū actor probatione deficit, licet reus nullū ius habeat[f]: uel solius enim possessionis commodo tutus est[g]: quapropter ut uerius receptiusq́ sit eū qui renunciat præsumi id facere, quia sciat se malam causam habere, nō tamē idcirco censebitur fateri aduersariū iustum esse dominū[h]: potest em̄ res neutrius esse[i]: unde consequēter traditum est, si renunciet liti reus, licet ideo non acquirat dominiū actor, si nullum habuit, non posse tamen à reo impediri. quo minus repetita quod ad eum pertinet, secūdum intentionis formam arbitratu suo disponat[k]. si tamen cōstaret, nullam ei actionem cōpetere, posset iudex de facto agentē reijcere[l]: non em̄ renunciatio rei, actionē quæ nulla fuit, aduersario dedit: quū aliud sit renunciare liti, aliud dominiū transferre. Addit aliū quoq; casum Dec. quo renūciatio hæc litis inefficax sit, nempe in minore, qui immobilia alienare non potest[m], merito nec rei uendicatiōi renūciare potest[n]. Sed quū supra docuerimus, huiusmodi renunciatiōe dominiū nō transferri, satius est hac in re cōmuni sententiæ adhærere, ut solum restitutiōis in integrū ope adiuuari minorē credamus. Hincq́ adnotant Doct. si lex generaliter litem ulla ratiōe instaurari uetet, non tamen restitutionē in integrū sublatā censeri[o]: quia generalibus uerbis de ea ceu re extraordinaria legislator cogitasse nō creditur[p]: idemq́; traditū est, si lex exceptionē prohibeat, uel persecutionē, seu officiū iudicis: licet enim restitutio hæc, & officio iudicis imploret, & iure exceptiōis quandoq; impetretur, tamen generalibus illis uerbis nō uidet sublata[q]. Idem si lex appellationem, exceptionē, & (ut uocant) nullitatem submoueat[r]. Idem si in ea scriptum sit, nō posse quenq; inquietari, directe uel indirecte, à quacunq; persona[s]. Idem si in lege diceretur, quenquā non esse audiēdum, quocunq; priuilegio non obstante: quod Paul. Cast. respondit[t]: quoniam nō ideo priuilegia, quæ corpore iuris cōtinentur, sublata censeri debent[u]: & quia lex generalis restringitur, ne in his casibus locū habeat, qui speciali fauore digni sunt[x]. Sed & si lex compromittendi facultatē minoribus sinat, sed appellationē & quamcūq; reclamationem à sentētia arbitri submoueat, nō tamē restitutionē in integrū reijci Pontanus respondit[y]: quæ propter immoderatā & enormem læsionem peteretur: nam & si in parte instrumenti minoris ætatis mentio facta esset, etiam generalem renunciationem ad id restitutionis beneficiū trahi Bald. respondit[z], quæ sententia probabilis est[a].

IMP. ANTONINUS Demagoræ.

CReditori tuo si partem pecuniæ exoluisti, de parte uero non petenda inter te & ipsum cōuenit, ob causas[b] negociaq́ eius tuo patrocinio[c] ac fide

CREDITORI. Demagoras (quæ uox Græce causidicū, oratorē ue significat) quū clienti suo certam pecuniam deberet, partē ei soluit, reliquū uero ob aduocatiōis patrocinijq́ præstiti, honorariū cliens se non petiturū pactus est: dubitatū fuit, an satis liberatus dici Demagoras posset. Et uidebat̄ non esse: pactum em̄ à causa ipsa uim & efficaciam omnē accipit[b]: at causa nō sat probabilis erat, quoniā pendente lite, honorarij conuētio nulla est[c]: at quāuis hic post rem defensam uideat̄ facta, qa tamē pecunia iā antea debebatur, nō leuis suberat fraudatæ legis coniectura, trāslata scilicet ad præsens tempus doli suspicione[d], cui & alia iungi poterat: si enim uere ea quantitas ob patrocinium debebatur, cōpensatiōe obiecta, ipso iure tutus erat Demagoras[e]: quid ergo opus fuit hac pacti nudi conuentiōe, quæ non nisi exceptionē parit[f]? Sed tamen receptū est, eum liberatū esse atq; adeo efficaciter, ut etiā si soluisset, concedenda ei sit repetitio: exceptiōe enim pacti uel doli, quæ ei subrogatur[g], tutus, fauorabili exceptiōe tutus est: & ideo etiā si soluerit, propter præsumptum errorē: condicere indebitū potest[h]. Idem in eo, qui exceptiōe etiā odiosa defenditur, dum ei ius commune adsistat[i]: nam tūc nec exceptio quidē doli odiosa existimatur[k]. Nec obstant supra scriptæ cōiecturæ, quoniā hic nihil aduersus legē factum est, quæ pendēte iudicio cōuentionē prohibet, non quod obligationi aduersetur, sed quia ꝓmissiones hasce in ipso periculo, et (quod dicit̄) sub nouacula factas, lex ut inciuiles auersatur[l]: cui rationi locus non est, quum finita lite quantitas ipsa pacto declaratur: cessat enim (ut Mart. li. XI. inqt) tunc, res imperiosa timor.

b ¶ CAVSAS. Scilicet defensas: remuneratio enim patrocinij, efficax est causa pacti nudi, ut inde oriri possit exceptio: nā si nulla penitus causa subsit, nullius est iure nostro effectus, qđ argumento stipulationis credendum est, quæ sine causa non ualet, sed exceptionem doli excludit[m]: nec causa donatiōis præsumitur, sed error potius, ut ferè crebrior est sentētia[n]: nisi apparet ex certa scientia fuisse contractum[o]: uel cōfessio in instrumento adscripta sit, quòd exequutionē in promptu, propter authoritatem iudiciariā habeat, ut Bald. tradidit[p]: in pactu quoq; nō petendi, uel liberatorio, fauore liberationis traditum est, præsumi donationis causam, & ideo si ultra quingentos solidos[q]: tali pactione remittatur, necessariam insinuationem esse[r]: nihil enim refert qs donet, an remittat, idemq́ rei suæ est abusus[s]: tametsi Saly. friuola ratione dissentiat.

c ¶ PATROCINIO. Hic igitur apparet quū iam Demagoras patrocinium præstitisset, tum deinde de mercede conuenisse: & tamē Bart. censuit[t], mercedem à principio deberi, in obligationibus quæ à lege inducuntur: unde & traditū est, præsidibus & assessoribus ante administrationem salarium (ut ipse legisse uidetur) præstitum esse[u]: antiqui tamen codices, præstitutum habēt. Sed articulus hic diffusior est, quàm ut hic attingi debeat. Quod ad præsens institutum pertinet, illud est sciendum, iuris professores cōmuni

b l. iurisg. §. sed cum nulla. ff. co.
c l. quisq̄. §. præterea. j. de postu. l. 1. §. si cui. cautū. ff. de uar. et extr. ord. cog.
d l. sicut. §. superuacuū. quib. mod. pig.
e l. si ambo. ff. de compen.
f arg. l. non solū. ff. de act. et oblig.
g l. 2. §. et generaliter. ff. de except.
h l. qui excep. de condi. indeb.
i l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condic. indebi.
k Bar. l. 2. §. quæsti. j. de res. uend.
l l. medicus. de uar. cog.
m l. 2. §. circa. de doli excep.
n A ex. l. à titio. de uerb. obl. con. 11. in 1.
o Alex. cōs. 4. cōsil. 6. in 1.
p l. 2. col. fi. j. de exec. re. iud.
q l. sancimus. j. de don.
r l. Modestinus. ubi Doct. de don. gl. l. si quis ob. rogatione. ff. de re. iur.
s l. contra. §. fin. ff. eo.
t in d. l. 1. §. diuus col. pen. de uar. cog.
u l. diem. ff. de offi. asses.

g l. rem non
m. §. fi. j. de
item si res. §.
ali. iud. mut
ertuas. in fi.
no.
. j. de rei uen.
commodum.
de interd.
si ft. ubi Bal.
ing. mand.
intr. de ex-
. re. iud.
g. gl. in l. si
itur. 2. §. si ne
erit. de adul.
. l. ubi pactū.
. 1.
VIII
1. §. de re. e.
art. l. potest.
dmi. tut.
in cau§. 1.
. ubi Ba.. ff.
uin. Bar. cōs.
Bal. cōs. 2. 6.
4. §. 1. de fi-
om. lib.
lex. l. arbi-
. col. pen. qui
og.
ocy. cons. 299.
ubio. & cōs.
. col. 4.
ret. cons. 161.
aul. cons. 37.
ene. in 2.
. decurionib.
e silent. lib. 11.
. hæres. i pri.
le iud.
ar. l. sciendū.
l. qui sat. cog.
om. cons. 90.
al. cons. 148.
rg. l. 15. quæ
randæ. ff. qua
ac Barba, cōs.
in 3.

defenſa, ea obligatione partim iure ciuili, partim honorario [d] liberatus es: nã exceptio perpetua pacti conuenti, uel doli, reſidui petitionẽ repellit: quum & ſolutum per ignorantiã repeti potuiſſet.

IDEM AVG.

Baſilicæ.

PActa quæ cõtra leges conſtitu=

muni interpretatione eos dici Doctores, qui publice legunt, & quibus auditores dant operam: mihi uidetur etiam hoc nomine poſſe intelligi Iurecõſultos, qui à principio adibantur, ut conſilij ſui oratoribus & aduocatis copiam facerẽt, & quid iuris eſſet in toto negotio diſſererent [x]: his in ſacramenti ingreſſu honorarium offerri debet [y]. Eſt ſacramẽtum principium litis, quũ fit ſponſio: ni res ita ſit, deponunturq; in ædem ſacrã ſportulæ, ut M. Varro declarat: cuius uocis mentio hac ſignificatione apud authores ueteres frequens eſt. Sic epiſt. lib. VII. Seruium Offiliumq; Iureconſ. in Caij Silij cauſa à ſe aditos, M. Cicero ad Trebatium ſcribit. Aduocati uero ipſi, ſeu patroni, ijdem Oratores cauſarum erãt, qui in foro, & uiua uoce cauſas tuebantur: his oblatum à principio honorarium, recipere quidem ius erat [z]: petere autem, contentioſaq; iuriſdictione conſequi non niſi in fine litis poterant [a]: quũ enim officio iudicis debeatur, qui adhuc ex parte ſua perfecte nõ adimpleuit, obtinere non debet [b]: quòd ſi aduocatus operam ſuam præſtare detrectet, niſi ſingulis actibus ſibi ſatisfiat, debet iudex litigatorem in id adigere, ut ei ſatisfaciat, uel alium accipiat [c]. Sunt & patroni fiſci, qui coram præfecto prætorij aduocabant, & quibus publica ſtipendia præſtabãtur: his in cuiuſq; anni fine, ſicut & Archiatris ſoluendum erit [d]: licet à principio incipiat deberi, & ideo ad hæredes tranſmittant [e]. Sunt & qui fauore gratiaq; principum diſpenſationes impetrant, quod ſuffragium præſtare Latine dicimus, ut eſt apud Ammianum Marcellinum, ijs ſoluẽdum erit, quum quæ optauerit, conſecutus eſt cliens, id eſt, impetrata diſpenſatione, uel officio [f]. Sed quodnam exiſtimabimus licitum eſſe honorarium? Et Vlp. ait, uſq; ad centum aureos [g]: nam & lib. XI. Corn. Tacitus Claudij edicto cautũ tradit, ut ob cauſam orandam uſq; ad denaſeſtertia, hoc eſt centum aureos aduocati poſſent accipere, quæ egreſſi repetundarum tenerentur. Sunt tamen qui confirmari iuramento pactionem exiſtiment, qua cliens ultra eam ſummam promiſerit [h]: quod ego non arbitror, quum delinquat aduocatus illicitam ſummam accipiens, & repetundarum teneatur [i]: unde iuramẽto adiuuari non debet. Addunt alij in cauſis criminalibus poſſe eum modum excedi: quoniam lex ait, quicquid ei donatum ſit qui à latrunculis & hoſtibus nos redemerit, ualere: quoniam quod contemplatione ſalutis datur, certo modo æſtimari nõ placuit [k], idq; cõmuniter receptum uidetur. Sed hæc ſententia magiſtratibus iniuriam facit, quaſi pari in periculo eorum in manibus agatur, ac cum hoſtibus & latrunculis: quapropter ego ab Vlpiani, minime diſtinguẽtis, uerbis recedendum non arbitror.

d ¶ HONORARIO. Prætor em̃ ingt pacta

x l. 2. §. ſeruius. ff. de origi. iur.
y d. l. 1. §. pindc.
z d. l. 1. §. in honorarijs. l. fin. C. de condi. ob cauſ. l. q operas. §. 1. ff. loc.
a ut hic & l. 1. j. de ſuffra.
b l. Iulianus. §. offerri. de act. em.
c l. properandũ. §. honorarijs. j. de iud.
d l. Archiatri. j. de prof. & med. lib. x.
e l. poſt duos. in fin. j. tit. 4. l. 1. de primip. lib. 12.
f l. 1. j. de ſuffra.
g d. l. 1. §. licita.
h Guid. Pap. q. 190. Dec. hic.
i l. 1. l. 5. in fin. ff. ad l. Iul. repet.
k l. pen. ff. de don.
l d. §. licita.

c ¶ NISI. Nullū hic ἀνακόλυθον eſt, referenda enim eſt exceptiua hæc particula ad nominatiuū antecedens id qđ cōuenerat, ſatis'q; eſt exceptionem hactenus eſſe de regula [x]: ut Iaſ. Decij'q; uelitationes ſubmoueant̃. Sanè ex cōmuni ſentētia conſtituēda eſt cōcluſio, ex decēnali præſtatione allegatū obligatiōis titulū præſumi, eum'q; qui ſoluit, in futurum quoq; cogi poſſe [y], nec referre, quiſqs ſit ille q ſoluit, ruſticus an mulier, fiſci an eccleſiæ noīe ſoluat̃ [z]. Quū em̃ id præſumptæ ueritati initat̃, gn̄aliter in q̊cunq; obſeruari debet, ut Iaſ. hic tradit, ſolū'q; id ſpectabimus, an ſigna, ex qbus præſumptio naſcit̃, oīa adfuerint, an id minus: debēt em̃ oēs illæ præſtatiōes interueniſſe, nec ſufficeret ſi una uel aliquæ ꝑ cæteris factæ eſſent [a], uel ſi tres tantummodo poſtremæ apochæ exhiberent̃ [b]. Idem ſi titulus nō allegaretur [c], uel cauſa præſtatiōibus nulla adiecta eſſet, quū donatio potius præſumeret̃, quæ in futurū non obligaret [d]: merito oportet ſingulis præſtatiōibus eam cauſam adiectam oſtendere, ut cōmuniter traditum eſt: ceſſat aūt his caſibus huiuſmodi præſumptio, ſicut & cōtrariæ probationi cedit [e]: ut cum probat̃ ex alia cauſa quàm ex allegato titulo ſolutum fuiſſe [f]. Quid enim ſi ſolutū ſit cum ꝓteſtatione quæ animum obligandi abfuiſſe declararet [g]? Quid ſi de errore appareat? q; in ea ſpecie reſponſum extat, quū colonariæ, uel clientelaris cōditiōis uiri maiorē penſionē q̄ inſtrumēto authoritatis cōtineret̃, etiā ſupra quadraginta annos ſoluiſſent, exhibito'q; inſtrumēto de errore doceret̃ [h]. Idem quū nō ꝓbatio, ſed alia præſumptio efficacior huic obſtet [i]: ut qa is qui decē annis exegit, præſumptionem contra ſe iuris haberet, ut quum laicus decimas eccleſiæ recipit [k]: tametſi enim ab eccleſia iure uaſallitio id ſe habere affirmet, nihil ei proderit [l]; quod generaliter Bald. extendit in omnibus eccleſiæ beneficijs [m], ut & Iaſ. hic tradidit. Sed & quoties de adeo graui præiudicio ageretur, ut inde ſubiectio in perſonam, aliqua ue ſeruitus, aut dedititiæ conditionis macula ingereretur, longum id tempus præſumptioni non ſufficeret, ſed longiſſimum XXX. annorum requireretur [n]: quod ſi de tertij alicuius damno agatur, idem eſt, ei ſcilicet præſumptioni locum non eſſe, ſed ſaltem XXX. annorum tempus expectari debere [o]. Quod ſi probationes inter alios factæ alijs non nocent [p]: nec huiuſmodi quidem præſumptio nocere debet. Sanè & illud ego putauerim hanc præſumptionē, quæ ex actoris ipſius fauorem reſpicit, eo detrectāte, attendendam non eſſe: unde q̄uis dominus, cui aliquis tanquam emphyteuta decēnio ſoluit, allegare eum ſibi eſſe emphyteutam poſſit [r]: non tamen uice uerſa negante domino emphyteuta tali tempore id iuris uſucepiſſe exiſtimandus erit, ſed XXX. annorū ſpatio opus eſſe receptius uidetur [s]. Et hæc quidem tum locum habent, quum per decennium præſtatio interuenit. Sed quid ſi nulla ſit præſtatio, ſed ſola decennij patientia? Et titulum nullum præſumi Bart. & cæteri ſenſere [t], aliàs omnis præſcriptionum longiſſimi temporis materia turbaretur: unde etiam ex tali patientia liberatio non præſumitur [u]: niſi ſpecialiter cōcurrant aliæ coniecturæ, quæ præſumptionem hanc adiuuent [x]. Sed nec ſeruitutes perſonales tali tempore acquiruntur [y]. Sicut enim me ſciente & patiente rem meam decennio poſſidens: non tamen ideo titulo poſſediſſe crederetis [z]: ita nec ſi tanquam uſufructuarius poſſideres: uſusfructus enim pars dominij eſt [a]: & ideo talis ceſſatio mihi non obeſſet. Non procedit tamen ſupraſcripta concluſio tribus caſibus. Primus eſt, quum de modico præiudicio agitur, ut in ſeruitutibus prædialibus, etiam non continuis: ſi enim quis ex cauſa ſeruitutis, quam ſibi conſtitutam alleget, poſſediſſe ſe tanto tempore domino ſciente probauerit, præſumetur titulus [b]: quæ ſententia receptior hoc caſu eſt, tametſi Alexander hic dubitauerit. Vnde & traditum eſt, ſi fratres uel ſocij decēnio ſeparatim habitauerint, & res ſuas poſſederint, præſumi diuiſionem [c]: ſiue quia hic de graui præiudicio non tractatur, ut Bartolus ſenſit, ſiue quia mutua poſſeſſio utriuſque interuenit [e]. Secundus caſus eſt, quum de utilitate agitur, quæ ipſi patienti quæſita ſit, ut quum filiusfamili. delatam ſibi hæreditatem decēnio retinuit, præſumitur iuſſu patris adijſſe, & illi qui eum hactenus poſſidere paſſus eſt, aquiſiuiſſe [f].

Tertius eſt, quum de ſolennitate extrinſecus accedente tractat̃, ex diuturnitate em̃ temporis patientia'q; præſumitur [g]: quod tamen intelligēdum quoq; eſt quum de graui præiudicio non agitur, rei'q; qualitas & ueriſimilitudo id ſuadeat [h]; aut de mandato nō tractetur, id enim regulariter interueniſſe non præſumitur [i]: quarum rerum exempla hic à Iaſone, cæteris'q; recentioribus accipienda ſunt.

SI QVIS in conſcribēdo. Poteſt unuſquiſq; præſcriptiōi fori, quam quis propter dignitatem, militiā, ſacerdotiū habet, renunciare. Eſt'autē præſcriptio, exceptio qua qs aduerſarij intentionē gn̄aliter, alioqui ueram, eo in caſu nō ꝓcedere, quo de agitur, allegat; quod in libello de

gl. d. l. ſolent. §. fin.
p Bart. d. l. cum falſa.
q d. l. cum de in rem.
r d. l. 1. reſponſ.
s l. creditor. ꝟ. de uſur.
t d. l. 2. ꝟ. de iur. emphit.
u Bar. de Caſt. l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. uēdi. Fel. c. cum bertoldus col. antep. de re. iud.
x l. 1. ꝟ. qn̄ liceat ab emp. arg. c. ad audiētiam. de cle. non reſ. Iaſ. l. 1. col 16. de off. eius cui.
y d. l. cum de in rem.
z l. in fraudem. §. ſi. de teſt. mili. glo. l. item ueniūt §. in priuatorū. de pet. hæred.
a l. ſtatu liber. §. ſtichus de ſtatul.
b d. l. quicunq;. But. c. litteræ. de dilat.
c d. §. idem Pollioni.
d gl. d. l. ſolent. §. fin.
e l. diuus de in integ.
f Bald. l. 2. ꝟ. de dot. prom.
g Alex. conſ. 90. in 2.
h Alex. conſ. 113. in 1.
i d. l. diuus.
k gl. c. peruenit. de cenſi.
l But. c. cum apoſtolici. de his quæ fi. à præl.
m Bald. c. ex parte Adæ. de teſti.
n Bar. d. l. ſolēt. §. fin.

o c. peruenit. emp.
p l. 2. ſupr. tit.
q l. quod fauor ſupr. de ll.
r Felyn. d. c. cu Bertoldus. colu antepen.
s l. competit. ub Bar. de præſc. 3 an. Iaſ. l. 2. de iu emphit.
t l. Celſus. de uſ cap.
u l. libertis qu §. 1. de alim. leg
x l. procula. de bat. l. cum quid §. diuus. de uſu l. cum po teſt. i prin. de iur. dot.
y Bart. d. l. cu de in rem.
z d. l. Celſus.
a l. 4. ff. de uſuf
b gl. l. ſeruitut de ſeruitut. tit. g nerali.
c gl. l. pen. ꝟ. con diuid.
e Cyn. & Bal hic.
f l. ſi filius. ꝟ. d pet. hæred.
g l. qui in alien §. 1. de acq. hær
h gl. d. c. ꝑueni
i Alex. d. §. 1.

ri præscriptione, propter cingulum militiæ, uel dignitatis[b], uel etiam sacerdotij prærogatiuam, licet antea dubitabatur, si oporteret eandem scripturam tenere, & eum qui hoc pactus est, non debere aduersus suam conuentionem uenire, uel licentiã ei præstari, discedere quidem à scriptura, suo autẽ iure uti. Sancimus, nemini licere aduersus pacta sua uenire, & cõtrahẽtes decipere. ☞ Si enim ex ipso edicto Prætoris pacta conuenta, quæ neque contra leges, nec dolo malo inita sunt, omĩ modo obseruanda sunt, quare & in hac causa pacta non ualeant? Quum & alia regu

de quinq; pedum præscriptione diffusius ostendi. Quo fit, ut quũ hodie iure põtificio sacerdotes omino à seculari iurisdictione ita exẽpti sint, ut nec uolẽtibus qdẽ, pterq; à Symmistis ius reddi possit[a], in eis uerba legis nostræ locũ non habeãt: quippe hodie illi nõ præscriptiõe, quæ excecepto aliq̃ casu iudicis iurisdictonẽ agnoscit, tuti sũt, sed legitima exceptiõe, qua gñalit̃ allegãt, nullã esse in eos secularium cognitionẽ. Id'q; etiam, ut crebrior est snia, iure diuino[b]. Licet uideant̃ ueteres, qđ ad censum res'q; pecuniarias attinet, aliud existimasse[c]: alioq tot leges in Codice & Authẽticis non haberemus, falcẽ (qđ dicit̃) in alienã messem mittentes[d]. Hinc'q; etiã apparet, legi nostræ locum nõ esse, quũ cõuenerit ut alius Prætor, q̃ cuius iurisdictio eẽt, ius diceret[e]: qppe & hic nõ de præscriptione, sed iusta exceptiõe agit̃, quũ ille Prætor nullo casu ius cognoscẽdi in paciscentes haberet[f]. Nec hisce pactis fieri põt ,progatio iurisdictiõis, sed re ipsa, id est iuris ipsius usu[g], quod & prorogationis nomẽ indicat[h]: solum igit̃ pacto standũ erit, si iam aditus Prætor fuerit, anteq; adeat̃ desistere licet. Pacto em̃ priuatorum noua iurisdictio dari nõ potuit[i], sicut nec uetus ,progari absq; usu & patientia[k]. Sed qđ si partes renunciarẽt, & id agerent, ut resilire à pacto nõ liceret? Et Bal. Martin. Laudensis, & Decius adhuc ei legi locũ esse existimãt, quia ad ius publicũ ptinet: quibus & ipse accedo, ut non magis id partes possint, q̃ qui agunt ut absq; traditione dominia transferantur[l]: quod & Bart. hic uidetur sensisse, qui si ,pmissiõi adiecta esset pœna, eam solum cõmitti posse sensuit, non aũt ideo ex principali agi[m]. Quoties enim contractui, à quo licita est pœnitentia, stipulatio pœnalis subijcit̃, id actum propter conditionis uerba censetur, ut si alterũ pœniteat, nihilominus pœna cõmittatur[n]. Ex his consequens est, ut nec iuramento quidem confirmari ea conditio possit[o]: quũ religio ea, quæ iuris publici sunt, nec in potestate iurantis, nõ suppleat[p]: quamuis hac in re plerique, ad legis rationem nõ attendentes, dissentiant[q]. Si igit̃ in instrumẽto aliquis certã quantitatem ,pmiserit, subdiderit'q;, uelle se Romæ, Venetijs, Luguduni, & ubicũq; fuerit inuentus, cõueniri, non obligat̃, ut Bar. sensit[r], nisi uerba ita concepta essent, ut solutionis ,pmissionem arguerent[s]. Quo em̃ loco quis soluere ,pmittit, eo etiam contraxisse uidetur[t], ut merito ibi quoq; cõueniri possit[u]. Idem si dixerit se eis in locis de pecunia responsurum[x]; quod Alexan. hic censuit, uel ex alijs cõiecturis id actum appareret, ut q̃a esset mercator, qui hisce i locis soleret per literas cambitionis, uel ,pcuratores satisfacere, ut Iason mauult, uel q̃a soluere aut respõdere ,pmisisset. Disiuncta enim arguit respõsionem respectu solutiõis ibi faciẽdæ, seu satisfactionis adiectam[a], quo sensu non solum respondere, sed & transscribere quandoq; dicimus[b].

b ¶ DIGNITATIS. Dignitas honor est alicui propter merita, specialiter pricipis, uel legis beneficio impẽsus[c]. Et ideo cũ de dignitate militari loqmur, non de omibus militibus, sed de his qui specialiter honorem cõsecuti sunt intelligimus, ut Centurio, Tribunus militũ, Præfectus castrorũ, Magister militum[d]: sicut si de dignitate ecclesiastica, nõ omes sacerdotes, sed qui specialiter præcellũt[e], ut Præcentor, Decanus, Archidiaconus, Præpositus, Prælatus, Abbas, Episcopus, & similes. Generaliter uero in iure nostro tres sunt hominum conditiones: Senatores, Equites, Plebs. Senatores clarissimi[f] erãt, sed inter hos qui quæstoria, prætoria, consularia, triumphalia ornamẽta cõsecuti erãt, spectabiles quoq; & illustres dicebantur[g]. Equestriũ dignitas senatoriæ quoddã quasi seminariũ erat, ad quos iudicia plerunq; ptinuere[h]. Vnde centumuiralis ordo ex his institutus[i], Procuratores Cæsaris, item'q; præfectus Augustalis, qui Aegypto præsidebat, ad hunc gradum ptinebãt, ut Cornelius Tacitus author est. Ex plebe si qui iudicio principis, uel ad præsidatum ,puinciæ, uel ad aliã administrationẽ ,pmotus fuisset, perfectissimus dicebat̃[k]: quod aliàs diffusius attigi, ostendi'q; quantũ hac in re aberratum à nostratibus hactenus fuerit. Proprie igit̃ dignitates in iure nostro sunt, quæ prædictis Clarissimatus, Equitatus, Perfectissimatus gradibus continentur. Quò fit, uti milites & sacerdotes huiusmodi dignitatem proprie non habeant; sed nec doctores, nisi qui uiginti stipẽdia impleuerint[l]. Largius tamen, & ex subiecta materia, uel præsenti hominum existimatione, quandoq; alia fit interpretatio. Propter qualitatem enim seruilis maculæ, illi comparata, militia dignitas existimabitur[m]. Item miles si pagano cõferatur, dignior existimabitur[n]: qđ & in doctoribus dicendum, qui & ipsi dignitatẽ largo modo habere dicuntur[o]. Sed & simplex sacerdotium dignitas eadem ratione dici potest[p]. Dicuntur enim clerici esse in gradu, quæ uox ad dignitatem refertur[q]. Illud constat, apud gentiles sacerdotium quoq; dignitatem fuisse[r]. Curabãt

a c. si diligenti. de fo. com.
b c. si Imperator. 96. dist. Fely. c. 2. de mai. et obed.
c 11. quæ. 1. c. manum.
d l. cũ clericis. l. omnes. l. iubemus. fi. Auth. clericis. supr. de epis. & cleric.
e l. 2. §. cœpta de de orig. iur.
f l. 1. ubi Bartol. de iud.
g d. l. 1. ubi Bart.
h l. sed si manen. de prec.
i l. priuatorum. de iur. om. iud.
k l. quoties. ff. de seruit.
l l. non statim. ff. de peculio. Bart. cum falsa. sup. de iuris & fact. igno.
m l. stipulatio ista. §. alteri. de uerb. oblig.
n l. si pacto. supr. eod.
o But. Abb. c. 1. de iud.
p l. pacta. quæ cõtra. ubi dixi. sup. eod.
q Ias. d. l. si conuenerit.
r d. l. si conuen.
s l. titium. §. 1. de admi. tut.
t l. contraxisse. ff. de act. & obl.
u l. 1. ff. de bon. aut. iud. poss.
x c. dilecti. de fo. compet.

z arg. l. plenum §. equitij. de usu & hab.
a l. 1. ff. de re. du.
b gl. l. 3. ĩ. de pcur. l. si uir. ff. de præscrip. uerb.
c Bart. l. 1. col. 6. ĩ. de dig.
d l. 1. in fin. ad Maced.
e c. statut. in pri. de resc. in 6. authen. sed episcop. supr. de epis. & cler. c. ad aures. de rescrip.
f l. 2. ĩ. de his qui uet. ætat. l. fœminis. ff. de senato. l. 2. ĩ. de dom. l. 1. ĩ. de præpo. libellorum. lib. 12.
g in auth. ut ab illustr. l. speciosas. ff. de uerb. sig.
h l. 1. ĩ. de equest. dig. lib. 12.
i l. fin. ĩ. de petit. hæred. l. petitor. ff. de lib. leg.
k l. 1. de perfect. dig. lib. 12.
l l. 1. ĩ. de prof. q̃ in urbe Constan. eod. lib.
m rubr. & l. fin. ĩ. qui mil. nõ. poss. eo. lib. l. 3. de dig.
n Bart. l. 1. §. nec castrense. col. 2. de coll. bon.
o c. quãto. de magist.
p l. officiales. supr. de epis. et cle.
q l. sacrosancta. eod. tit.
r l. 1. ad l. Iul. de amb. l. non distinguemus. in prin. de arbitr.

etiam ludos,quos in honorẽ deorum populus faciebat. Vnde Syriarchiæ,Lyciarchiæ,Phœnicarchiæ nomen,à prouincijs quibus præerant[s]. Hinc & ſacerdotiæ munus,quod patrimoniale fuiſſe traditum eſt[t].

c ¶ ANTIQVI. Niſi renunciatiõi aliqua ex ſex infraſcriptis cauſis aduerſaretur. Prima,quũ id ius bonos mores reſpiceret. Aduerſus eos eñ nulla eſt renũciatio[u]: ut quum quis paſcitur,ne alter cõiugum ea exceptione utatur,qua prouiſum eſt, ne ſupra quàm facere poſſint cõueniatur. Id eñ aduerſus reuerentiam eſt,quæ mutuò à coniugibus debetur[x]: quod & in pacto dicendum,quo conueniatur,ut ſeruus in caput domini interrogari[y] poſſit: Id enim aduerſus reuerẽtiam eſſet, quæ domino debetur,& etiam ſecuritatem domeſticam conuelleret. Sic & non ualet renunciatio quæ futurũ delictum reſpicit[z]: nec quum qs legis cõmiſſoriæ pactum in pignoribus approbat,& id enim uoracitatem fœneratorꝫ crimẽq́ adiutat[a]. Sic & receptum eſt,nõ ualere conuentionem,qua inter patrem & filiũ de alimentorũ renunciatiõe agitur[b]. Id eñ non tam contra ius naturale eſt,ut Decius ſenſit,ꝙ aduerſus bonos mores,quum mali exempli ſit,luxuriari filium patre egente. Quod & de renunciatiõe traditum eſt,quæ de uiuentis hæreditate fiat[c]. Idemq́ quũ quis ei iuri renunciat,quo ad arbitrium boni uiri,arbitri ſententia redigitur[d]. Videtur eñ doli mali anſam arbitro præſtare, ſi dolo uel lata culpa iudicatum proponatur. Idem quoties ius reuocandi donationẽ, libertatem, legitimationem,ex ingratitudine competit,non poterit qſ ꝙ futuram remittere[g],ſi in ea dolus ſit,quia dolus de futuro remitti nõ[h] poteſt. Secunda cauſa eſt, quum renũciatio aduerſus ius publicum fit[i]: ſiue naturale, ut quum quis iuri ſanguinis renũciat[k]: aut pater filium alienat abdicatq́: uſitata enim Græcis illa ἀποκήρυξις, noſtris legibus incognita[l] eſt. Siue ciuile ſit,ut quia formã aliquam inducat uel ſolennitatem[m], uel aliud quo priuatæ facultatis non ſit. Vnde pacto quis ingenuus ad ſeruitutem redigi non poteſt[n]. Et prohibitus poſtulare,etiam uolente aduerſario non poſtulabit[o]. Et iuramẽto calumniæ nec pacto quidem renũciari poteſt[p]. Sic notarius,qui ex lege prohibetur pecuniã recipere,nec à ſponte quidem offerente recipiet[q]. Sic præſes prouinciæ abdicando ſe non amittit imperium[r]. Sic quis in criminalibus cauſis defenſioni renunciare prohibetur[s]. Nemo enim membrorum ſuorum dominus[t] eſt,& publice intereſt,quemlibet defendi. Quod tñ quibuſdam caſibus non procedit,hic à Iaſone adnotatis[u]. Sed & quoties ſolo priuato fauore lex aliquid pro forma inducit, poſſe ei renunciare uerius[x] eſt,quod in filio præterito reſponſum eſt,qui teſtamẽtum approbaſſet[y],& in teſtibus qui citra iuramẽti religionem uolentibus partibus aliquid pro teſtimonio dixiſſent[z]. Idemq́ de alijs actibus iudiciarijs,qui fauore priuato introducti ſunt[a], ut dilationes, interrogatiões,feriæ meſſium,non qui ſubſtantiam iudicij reſpiciunt[b]. Nam & legi prohibitiuæ,quæ priuatum fauorem reſpiciat,renunciari poſſe cõſtat[c]:quamuis regulariter prohibitio legis uim formæ inducat,quod Iaſon hic ait[d]. Sed & ſi lex publicam priuatamq́ utilitatem reſpiciat, quatenus de priuata tractat renũciari poterit, dum ſeparabilis ſit[e]:quod Bar.hic docet,alioqui ſi ſeparari nõ poterit ſecus eſt:ut in pacto traditum eſt, quo mulier deteriorẽ exactiõis in dote cõditionem facit[f]:ut in milite,qui procuratoris officiũ aſſumere uelit[g]:ut in aduocato,qui aduerſus ordinis ſui decorem prouinciales functiones ſuſcipiat[h]. Sed cur non idem eſt in milite qui renunciat præſcriptioni fori? hic eñ ualere dicitur. An quòd nullum dedecus militiæ infertur? quũ alioqui iure communi ei iudici ſubijciatur[i]? quod hodie in ſacerdotibus non eſt,in quos nec ex regula cõmuni ſeculari iudici ius eſt[k]. Sed unde factum putabimus,ut pacto quis ſe in ſeruitutem dedere non poſſit[l]: & tamen uenditione ad precium participandũ facta, poſſit[m]? An quòd utilitatis cauſa id receptũ ſit,uiſumq́ legiſlatori in uenditionis contractu magis tolerabile,in quo ius tranſire & ſic libertatem omni modo amitti neceſſarium nõ ſit,quũ ſufficiat uſucapiõis conditionem transferri[n]: & ideo tali uenditione nõ excluderetur proximorum affectio[o], ſolumq́ uſucapioni locus adhuc eſſet[p]. Tertia cauſa à ſuperiore pendet,quũ lex propter uarias ſubditorũ utilitates aliquid conſtituit,ei facta renũciatio non ualet ſi ad ius publicũ aliquo modo ptineat,ut quũ qs ſup alimẽtis in futurꝫ ex teſtamẽto debentis abſq; Prætore trãſigit,& beneficio legis renũciat[q]: uel quũ non uiſis nec inſpectis tabulis teſtamẽti trãſigit[r]. Idem quũ qs cõuenit,ne rei cõmunis omnino diuiſio fiat,id eñ conuenire non põt[s]. Sed qua nam ratiõe id ꝓhibitum dicemus? & Accurſius ut infinitas euitetẽ. Nam & uidemus ꝓhibitionẽ alienãdi etiam gñalibus uerbis factã ultra quartũ gradũ non porrigi[t]: licet alij rationẽ eã adducãt,ꝙ cõmunio diſcordiã pariat,unde tali pactiõi occurrendũ fuit[u]. Quòd ſi cõuenerit ne durãte uita fiat diuiſio,ratio infinitatis ceſſat[x]: ualebitq́ pactũ ſicut et ſocietas in id tẽpus cõtracta[y]. Ad hãc ſpeciẽ ptinet,ſi actũ cum creditore eſt,ne pignus uendi poſſit. Adhuc eñ poſtq́ ter denunciatũ fuerit uẽdi poterit[z],quod ꝓpter publicã utilitatẽ introductũ quidã exiſtimant,quia aliàs debitor nunq́ ſolueret,& nõ reperirẽtur qui mutuare pecuniã uellent. Cui ſententiæ uix accedo,ſed potius ꝓpter debitoris culpã nõ luentis ſatisfaciẽtisq́ id traditũ arbitror, tanq́ pactũ illud tacitã conditionẽ cõtineat,niſi poſt tertiã ĩterpellationẽ nõ ſoluerit[a]. Quarta cauſa qñ lex pactũ ꝓhibet fauore priuato renũciantis,cuius fragilitati uult eſſe ſuccurſũ,ut in minore,alicui iuri ſuo uel beneficio reſtitutionis in integrũ renũciãte[b]: quod & in fœmina Bart. ſenſit,quæ exceptioni S.C. Velleiani renũciauerit[c]: nõ eñ ualet renũciatio,quũ qua facilitate fideiubeat,

la eſt iuris antiqui[c], omnes licẽtiã habere his quæ ꝓ ſe introducta ſũt,renũciare. ⁋ Omnes itaque iudicis noſtri, hoc in litibus obſeruent, & huiuſmodi obſer

s l.1.ſupr.de nat. lib.l.1.ſupr.de of. com. orient.
t l.antep.j.de muneri b.pat.lib.10.
u l.conuenire.ff. de pact.don.
x l.alia.§.elegãter.ſolus.mat.
y l.ſeruos.j.de quæſt.
z l.ſi unus.§.pacta.ff.eod.
a l.fin.j.de pact. pign.
b l.abdicatio.de pat.pot.Bar.l.ſi quis à lib.§ parens.de lib.agn.
c j.l.ſeq.
d Dy.c.ſcienti.de reg.iur.in 6.
e Bart.l.pen.j.de arb.Bal.cõſ. 252.in 2.
f l.fin.j.de reuo. don.Rom.ſing. 222.
g Bar.l.ſeq.
h Alex.conſi.40. ult.in 4.
i l.ius pub.ff.eo.
k l.ius.agnationis.ff.eod.
l d.l.abdicatio.
m l.nemo.de le.1.
n l.nec ſi uolens. j.de lib.cau.
o l.quos prohibet. ff.de poſtul.
p l.2.§.ſed quia j.de iur.cal.
q gloſ.l.inuitus. §.1.de reg.iur.
r l.pen.de offi. præſid.
s glo.l.pactum inter.ff.eod.
t l.liber.1.ff.ad l.aquil.
u l.non tantum. de app.
x c.fi.§.his autem.de off.dele.
y l.filio de iniuſto rup.Bar.l.nõ dubiũ.C.de teſt.
z c.tuis.de teſt.
a l.1.§.1.ff. de fer.

b gl.c.de cauſ extr.de off.del
c c.nonnulli.u Bald.de reſcr.
d gl.l.1.j.ne fi dot.
e gl.d.l.iuriſg §.ſi paciſcar.
f l.de die.de pa ctis dot.
g l.filiusfam.§ ueterani.de pc.
h l.nequis.j.d adu.diu.iud.
i l.uegiſteriæ.j de iu.om.iud.
k d.c.ſi diligen
l d.l.nec ſi uolẽs
m §.fi.de iu.per
n l.ſi ita diſtrab tur.de contrahen empt.
o l.1.cum ſeq.ff de lib.cauſ.
p l.non ideo.j.d lib.cauſ.l.2.ff.ſ liberis ingen.
q l.cum hi.ff.d tranſact.
r d.l.de is.eo.tit
s l.in hoc iud.§ ſi cõuenerit.ff.cõ diui.Alex.l.ſ non ſortem.§.ſ centium.ff.de con dic.indeb.
t §.1.in auth.de reſti.fideicom.
u l.cum pater.§ dulciſſ.de leg.2.
x Flor.d.§.ſi cõuen.De.conſ.256
y l.1.ff.pro Soc. Alex.con.59.ĩ 5.
z l.4.de pig.act.
a arg.l.quæro. §.inter.ff.loc.
b l.ſi intra.j.de reſt.in int.ubi gl.
c l.generaliter.j. ad Velle.

beat, eadem & beneficio S. C. renunciatura [d] sit, quā sententiam & ipse sequor, q̄uis plerisq; reclamantibus [e]: nisi hæc renunciatio ex interuallo facta sit, tunc [f] em̄ ꝓpter maiorē deliberationē satis fateretur cōmuni opinioni locū esse [g]: dum tñ admonitam eius bñficij mulierem appareat, stabiturq; instrumēto in quo tabellio eam se admonuisse affirmet [h]. Sed quid si interrogatus notarius qd illud S. C. statuerit impertinētia rñdeat? Et Alb. itemq; Fulg. & Alex. [i] nō ualere renunciationē censuerunt. Cōtrà ego, ne ī potestate notarij sit ex post facto ius parti q̄situm perimere [k]: qd nec testibus quidē cōceditur [l]: solū ergo aliquatenus de fide instrumenti minuetur [m]. Quinta causa est, quū ꝓpter odiū certæ ꝑsonæ lex exceptionē introduxit, nō ualebit renunciatio, nō em̄ illud bñficium in eius fauorem institutū est [n]: ut in filiofa. qui S. C. Macedoniani auxilio renunciat [o]: qd tñ non ꝓcedit, cū pater cōsentit [p]: causa em̄ odij tunc cessat: qd & Bar. hic tradit. Potest hæc species gñalius intelligi, ut qd alterius cōtemplatione inductum est, ab altero renunciatione perimi non possit [q]: quatenus scilicet res ad alterū spectat [r]. Vnde ē cōtrario constat, qd fauore alterius cōstitutū est, non posse ab altero auferri [s]: ut cū parentes de suo uel filiorum statu trāsigunt, nihil em̄ eis p̄iudicāt [t]: & ideo non potest quis priuilegio renunciare in alterius damnū, cui ius q̄situm sit [u]. Vnde in casibus, quibus dotis non numeratæ exceptio maritum, qui ei renunciasset nō adiuuaret, creditoribus tñ mariti ante lapsa tempora ꝓdesse posset [x]. Quod & in muliere dicendum, q̄ legi Iuliæ de fundo dotali iurata renunciasset, nō nocebit id iuramentū filijs & creditoribus [y]. Sed & si immunitas patri cū filijs sit cōcessa, q̄uis ei pater renunciauerit, ius filiorū non uitiabit [z]. Sexta causa cum renunciatio ex re, materia, uel p̄sumpta uoluntate deficit, ut cū quis rem depositam non petere, nisi post aliquod tempus promisit, potest mutare uoluntatē, & q̄primū repetere [a]: qm̄ id contra naturam depositi est, qd ad libitū depōētis, cuius fauore celebratur, reuocari debet. Idem in eo qui precario rem tradidit, & conuenit, ut in Calendas Iulias precario ille possideat [b]. Aduersatur em̄ substantiæ contractus, ut ante petere non liceat. Idemq; ego arbitror, etiam si uerba [c] hoc modo concepta sint, renuncio iuri reuocandi ante Cal. Iulias. Nec em̄ ad uerborū formam attendendū uidetr̄, sed ad id, qd partes agere possunt: qua [d] tñ in re dissentit Accur. [e] & ideo amplius cogitandum est. Idem quū conuenit, ut ex pacto citra traditionem trāsferatur dominium [f]: uel ut ex pacto nudo oriatur actio, nō em̄ id potest, quia res ipsa, id est natura actus repugnat. Vnde nec simplici pacto caueri potest, ut in contractibus innominatis pœnitentiæ locus non sit [g]: quod Dec. recte censuit. Hinc etiam inductum ego arbitror, ut proprietarius, nec quidem consentiente fructuario, seruitutem imponere possit [h]. Non em̄ seruitutē prædio imponere potest, nisi qui perfecte dominus est [i]: nō ergo simplex fructuarij cōsensus sufficit, ut seruitutis cōstitutio ualeat, sed ipsius usus fructus renunciatio necessaria esset, quia tūc ꝓprietarius perfecte dominus fieret [k]. Huc pertinet, & quū quis ius futurum repudiat, nihil agit: res em̄ ipsa deficit, quū antecq; ius natū sit, repudiari non possit [l]: qd alibi tractauimus [m]. Ad hæc spectat etiā, quoties renūciatio uerbis generalibus hisce in casibus, quibus lex spe[c]ialem recusationem desiderat, fctā est, ne sub uerborum tectorio quisq; decipiatur [n]: uel quia generali illa renunciatione actum fuisse de his non interpretatur, q̄ ob specialem aliquā æquitatē sub genere uerisimiliter nō cōprændunt [o]: de quibus à nobis multa copiose tradita sunt, libro de uer. sig. primo. Nam & nouū non est, maioris efficaciæ specialem esse renunciationē, q̄ quæ sub generali sermone cōtineatur [p]. Hincq; responsum est, cum quidā maximā partem donasset, ꝓmisissetq; donationē nullo tꝑe per se reuocatū iri, & generaliter omni legū auxilio renunciasset, non tñ Constantini rescripto renunciatū censeri [q]: quin sublatis deinde filijs reuocare nihilominus posset [r]: quū em̄ reuocatio in fauorem patris conceditur, qui si existimasset sibi prolem nasciturā, uerisimiliter nō donasset: ex tam gñali renunciatione nō magis de prole cogitasse credendus est, q̄ si eā nō adiecisset: meritò ergo eadem legis est hoc quoq; casu ratio [s]. Secus si specialiter ei legi renunciatū esset, tunc em̄ de filijs cogitatū fuisse apparet, communiq; sententiæ locus est [t].

uatio & ad pedaneos [d] iudices, & ad cōpromissarios [e] & arbitros electos perueniat. Scituros q̄ si neglexerint, etiam

d ¶ PEDANEOS. Assessores qui Prætori in cōsilio erant, & ad pedes tribunalis assidebant, si ex eius delegatiōe leuiores causas cognoscebāt, pedanei dicebant [u]. unde & q̄nq; cōsiliarij appellantur [x]: cōstituebanturq; q̄nq; iudices, quoties Prætor ipse, seu Proconsul absfuturus [y] erat: quod & hodie propter occupationes publicas, uel causarum multitudinem conceditur [z]. Existimabunt fortè aliqui sic dictos, quòd pedibus in diuersas sententias irent. Vnde Laberius apud Aul. Gellium, Caput sine lingua pedaria est sententia, lib. III. cap. XVIII. Accursius etiam ordinarios magistratus, qui gradu sint inferiores, sic appellari censuit, quod ego affirmare non ausim.

e ¶ COMPROMISSARIOS. Sic specialiter dicuntur arbitri, quorum sententiæ metu pœnæ standum est [a]. Compromissum enim dicitur pactum, quo aliquem iudicij causa assumimus, ad dita per stipulationem pœna, si eius sententiæ paritum non sit [b]. Quod si pœna adiecta non sit, uulgò arbitratores, in iure nostro simpliciter arbitri dicuntur [c]. Sed quum traditum sit, de articulo iuris minime compromittendum esse, quomodo hic coram arbitro cognosci poterit [d]: an renunciatio fori ualeat? An quòd constitutionis huius tempore magna erat hac in re ambiguitas, unde quæstio controuersi iuris, quæstioni facti æquiparatur [e]? An quòd in hoc quoq; uerti quæstio facti possit, ut quia factam fuisse renunciationem negetur, uel à minore, uel dolo malo exꝓssam? Ego arbitros iuris appellari scio q̄bus articulus aliq̄s demandat̄: uerbi gratia, an

Marginal notes (left, partly cut off): ...doli. §. aduer. ...nouat. ...Doct. l. sciendū. ...uerb. oblig. ...fin. §. pen. ff. ...Velle. ...l. si mulier. ī. ...Velle. l. si iu... ...e circumuento ...de min. ...Moder. d. l. ...ndum. ...l. si mulier. ff. ...Velle. ...Bar. l. si libra... ...us. de reg. iur. ...praeterea. de ...ti. cogen. A'ex. ...l. sciendum. ...c. sicut. ī. de ...lib. ...l. tametsi. ff. ad ...acced. ...l. qui exceptio... ...m. de condict. in ...b. ...l. fin. ī. ad Mac. ...l. post mortem. ...fi. de cont. tab. ...l. fi. ff. eod. ...l. 1. cum seq. ff. ...e lib. caus. ...l. transactione ...atris. ī. tit. 1. l. 1. ...et 3. de lib. cau. ...c. ex con. ...esti ...ne. de rest. spol. ...bi Abb. in 2. q. ...l. si cui. ī. de nō ...um. pec. Alxan. ...1. sol. mat. ...c. cum contin... ...at. de iureiur. ...Saly. & Aret. ...4. de sacr. eccl. ...l. 1. §. pen. ff. ...epo. ...l. cum precario ...de prec. ...Bar. l. ubi ita. de ...on. caus. mor. ...l. insulam. de ...æsc. uerb. ...d. l. cum præca... ...io. ...l. non statim. ff. ...e pec. ...l. si pecuniam. ...e condic. ob. cau. ...l. sed si quid. in ...n. ff. de usufr. a ...l. 2. ff. de seruit. ...Iulianus. ff. de ...in. dot.

Marginal notes (right): k gl. d. §. fi. — l l. si ita scriptū. §. 1. de le. 2. l. 1. §. decreta. de succes. edict. — m l. 1. supr. eod. — n l. sed etsi quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. — o l. scire oportet. §. sufficit. de excusat. tut. — p l. 4. ubi Ias. 3. not. 1. tit. 1. Rom. consil. 472. — q l. si unq̄. ī. de reu. don. — r Rom. cons. 269. — s l. 1. ubi Bald. ff. si quis in ius uoc. Mod. d. l. si unq̄. q. 52. — t Ias. et Dec. hic. — u §. uetus. §. seq. in auth. de iud. — x §. illud. in Authent. ut de fun. — y l. fin. 1. de peda. iud. — z l. 2. eod. tit. — a l. societatem. §. arbitr. pro soc. — b l. 2. ff. de arb. — c hic. & d. §. arbitrorum. — d l. cū proponas. ubi Bald. ī. de re cred. — e gl. l. cum prolatis. ff. de re iud. Bart. l. quod Nerua. col. 5. depos. uers. iuxta prædicta quæro.

f l. arbitr. qui ſatiſ. cog.
g l. apertißimi. de iud.
h l. ab exequutione in fi. ꝗ. quo ap.
i l. quemuis. ff. de arbit.
k d. l. ab exequutione. in fin. gl. l. 3. ꝗ. de app. Anch. conſil. 77.
l l. 1. ubi Paul. ff. ſi quis cau.
m auth. quæ ſupplicatio. ſupr. de prec. Imper. offe. Socyn. l. pecuniam quam. ff. ſi cer. pe.
n l. 4. §. ſciendũ. ad exhib. Bartol. in extrauag. ad reprimẽd. in uerbo ſummarie. col. 6.
o Bald. l. 1. col. 1. ꝗ. cõia de leg.
p Bar. l. ſolent. in fi. de alim. leg.
q Anch. conſ. 77
r Bar. d. l. ſolent. Bal. d. l. cum pro. ponas.
s l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendum. ubi Bal. de mino.
t l. 1. ꝗ. ſi de momen. poß.
u Ang. conſi. 46. Anch. 183. Corne. 290. in 1.
x c. ut inquiſitionis. de hær. in 6. ubi Doct.
y l. 2. ꝗ. de edict. diui Hadr.
z l. fin. ꝗ. de pœ. iud. q. mal. iud.
a arg. l. pen. §. in cum. ff. ne quis eum qui.
b l. fin. ff. de uar. & extr. or. cog.
c l. imperitia. ff. de reg. iur.
d l. 1. §. hæc act. ſi menſor falſ. mod. dix.

fideiuſſor ſit idoneus[f]: an iudex ſit ſuſpectus[g]: quod & ad mixtã iuris & facti q̃ſtionem extendi poteſt, ut quũ mandatur articulus, an deferendum ſit appellationi uel ne[h]. Idem'q; in caſu noſtro, quũ ordinarij iuriſdictio declinat, quia p̃ſcriptionis fori renunciationẽ nõ ualere quis alleget. Bar. etiã ad eos qui de cauſa principali cõpromiſerunt id extendere uidetur. Poterit em̃ arbiter etiam de articulo hoc cognoſcere. Vnde cõſequens eſt, quod pleriq; hic tradiderunt, ſi

litem [f] ſuam facere intelligentur.

IIDEM AVGG.
Ioanni Præf. Præt.

DE quæſtiõe tali à Cæſarienſi aduocatione interrogati ſumus, duabus uel pluribus perſonis ſpes alienæ [b]

ſtatuto caueatur ut in agnatorum cõtrouerſijs fiat cõpromiſſum, de ea quoq; cauſa adeundus ſit arbiter, q̃ ad articulum ſpectet, nempe an compromittendũ de tali q̃ſtione ſit: quã ſententiã & nos probamus, ſiue uerba legis attendamus, & hæc em̃ cõtrouerſia eſt, ſiue mentem: q̃a qua ratione credidit legiſlator litem principalẽ citius & citra maius iurgiũ ſub arbitro terminari poſſe, eã ſub iudice [i] eadem & de articulo idem ſenſiſſe credendũ eſt. Nã & in iure uidemus principalem litem & articulũ ipſam iiſdem priuilegijs cenſeri[k]: imò & fauorabilior q̃nq; eſt articuli cauſa, utpote q̃ neutri litigatorum oneroſa ſit. & quæ quãdoq; ſola ſatiſdatione dirimatur[m]. Nam & traditum eſt, quoties cauſa principalis ſummaria ſit, emergentes in ea articulos ſummatim q̃q; decidendos eſſe[n]. Quapropter in hypotheca q̃q; tum ſummarie nõ aũt iure ordinario cognoſcẽdum erit[o]. Sic quum in municipio caueret̃, ut in damni dati cauſis iuramento actoris ſtaretur, in articulis q̃q; obiter occurẽtibus ſtari debere Bar. cenſuit[p]: gñaliter'q; hoc ꝓcedere traditum eſt[q]: exceptò quũ uerba mens'q; legis aliud ſuaderẽt[r], uel quũ de materia odioſa tractatur, ut ſi appellatio uel in integrum reſtitutio ſublata in cauſa principali ſit, nõ em̃ in articulis ſublata cenſebitur[s]. Vnde quãuis à diffinitiua in poſſeſſorio iudicio nõ appellet̃[t]: ab interlocutoria tñ in eo iudicio lata prouocari poterit[u]. Sic hæreſcos, ſeu impietatis cõdemnatus, à diffinitiua non appellat, ab interlocutione appellat[x]. In iudicijs quoq; ſummarijs uel exequutiuis traditum eſt, an quis legitimam perſonã habeat, plenarie cognoſcendum eſſe[y]. Fuere tñ qui in p̃dicta q̃ſtione de articulo cõpromittendum nõ eſſe exiſtimarent, ſed rationibus non adeo grauibus, ut ea referre operæ precium ſit.

f ¶ LITEM ſuam. Ideo hoc dictũ eſt, quia perinde iudex cõdemnat̃, atq; ſi litis periculũ ad eũ ꝑtineret, nempe ut ſi dolo malo, aut ꝑ gratiã male iudicauerit, in totius litis æſtimatione cõdemnetur[z]. Propter dolũ em̃ perinde mulctat̃, qui ꝓceſſum impediuit, ac ſi actionẽ perimiſſet[a]: qđ ſi culpa declinauerit, nõ niſi quatenus partis iter eſt condemnabit̃, imprudentia'q; nõ dolũ, ſed ſolam culpam arguet[c]: qđ gñaliter in quolibet artifice exiſtimandũ eſt, quia ſi in arte quã profitet̃ erret, culpæ potius quàm doli nomine tenebit̃. Et ideo doctor, qui per iuris errorem iudicauerit, non tamen dolo id feciſſe in dubio cenſebitur. Ego ſiue dolo, ſiue imperitia iudex pronunciauerit, nunq; obligari eũ cenſeo: niſi ex dolo quatenus uera litis, id eſt damni illati æſtimatione intereſt[f]: ex imprudentia quatenus de bono & æquo uiſum fuerit[g]: mitius em̃ cũ eo agendũ eſt, qui neceſſarium iudicandi munus detrectare non potuit[h]. Cæterum ex dolo criminali quoq; ultione, & exiſtimationis, id eſt famæ diſpendio plecti poteſt[i].

DE QVAESTIONE. a ¶ Cæſarea metropolis, ciuitas Cappadociæ eſt, q̃ antea Mazaca dicebat̃, in ea quũ huiuſmodi ſpecies incidiſſet, aduocati'q; Præſidalis fori dubitarent, Iuſtinianũ cõſuluerunt: à quo reſcriptũ eſt, Pactum de hæreditate uiuentis nullum eſſe niſi ille conſenſerit. Accur. Cæſarienſem aduocationẽ ipſius Cæſaris ĩterpretat̃: ſed de his fortè intellexit, qui in huius pacti controuerſia ceu fiſcali corã ꝓcuratore Cæſaris patrocinabãtur. Vnde & Cæſariani uidẽtur dicti ipſi exequutores & nuncij fiſcales[k].

b ¶ SPES alienæ. Huiuſmodi ſpes, quũ de uiuentis hæreditate ſit, à iure reprobat̃[l]: non tam in eo, qui ſucceſſurũ ſe agnato credit[m], q̃ etiã in patre, qui filij ſe ſucceſſorem ſperet. Id em̃ etiam contra ordinem naturæ[n] eſt, item'q; in filio, qui patri uelit ſuccedere[o]: nã & multa interim euenire poſſunt, ne patri ſuccedat[p]: & ideo nõ tenetur etiã pœnam, qua is ex delicto condemnatus ſit, ſoluere, legitimæ'q; imputare[q]: ſicut nec cogi poteſt, ut ullam ei dum uiuit legitimã aſſignet[r]. Vnde filius non poteſt quicq̃ ex parentis bonis interim alienare, nec in euentũ eius mortis obligare[s]: nec eo ĩuito aliquo modo de eis diſponere[t]: tametſi uiuente patre ꝓpter hanc ſpem quodam modo dominus dicatur[u]: & ex probabili patris opinione ſperet ſe ei ſucceſſurum[x]: & propter hãc ſpem non facile patri ĩdulgẽdum ſit ut alios adoptet[y]: uel naturales natalibus reſtituat, ſibi'q; legitimos hæredes efficiat, ne ſcilicet iuſtorũ liberorum ſpes diminuatur[z]: nam & publicatis patris bonis propter hanc ſpem ſeparatio peculij permittitur[a]: uenditione'q; in extraneum facta, reuocatio filio eatenus conceditur, quatenus de alimentis ſibi conſuli poſſit[b]. Donatione uero facta condictio ex lege illi datur, ut inofficioſam donationem reuocet[c]: & hæc in filijs recepta ſunt. In agnatis uero nec hos quidem effectus huiuſmodi ſpes habet: quod adeò uerũ eſt, ut etiã ſi pupillo ipſi ſubſtitutus ſit aliquis agnatus, non tamen eo uiuente probabiliter pupillarem hæreditatem ſperet[d]. Vnde & receptum eſt, poſſe pupillum, cum authoritate tutoris, legitimo iure bona ſua in huiuſmodi pupillaris ſubſtituti præiudicium alienare[e]: omnem'q; eius ſpem uanam irritam'q; facere, ſi tamen iuſta alienationis cauſa ſubſit[f]: habet tamen agnatorum quoq; ſpes aliquo caſu effectum, ut quum de tutela aſſumenda tractatur: is enim, qui ſucceſſioni proximus eſt, tutelæ adſtringitur[g]. Quapropter quum Prætor decreto ſuo legitimo tutori

e l. 2. ubi. Ali. ff. quod quiſq;
f l. ſi filiusfam. ff. de iud.
g d. l. fin.
h l. fin. §. iudici. ff. de mun.
i auth. nouo iure. et l. fi. ꝗ. de pa. iud.
k l. pen. in fin. de bon. proſcri. l. probibitum. defenſionis. ꝗ. iure fiſc. lib. 10.
l ut hic.
m l. 3. §. ſi qs q. ſi. ff. de condic. cauſ.
n l. nam et ſi parentib. ff. de ino.
o l. poſt emanc. §. 1. de lib. leg.
p arg. l. natural. de acqu. r. do. Bar. l. ſciendi in princ. ff. qui ſat. cog.
q Bald. l. quemq. ꝗ. ad l. falcid.
r Bart. l. non poteſt. ꝗ. de adopt.
s l. 1. ad Maced.
t l. fin. ubi Bart. de lib. agn.
u l. in ſuis. de lib. & poſth.
x l. ſcripto. ff. un. de lib.
y l. nec ei præterea. ff. de adopt.
z Bar. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fin.
a l. 3. §. ſed utrũ. de minor.
b c. cũ contingat. ubi Imo. de iureiu.
c l. 1. ꝗ. de inof. do.
d l. 2. §. interdũ. de uulg. Bar. l. is potest. de acquir. hæred.
e Bar. in l. Marcellus. §. res quæ ad treb.
f l. 1. §. nonnullos. ue r. ſ. ad ſubſtituũ. ff. de tuto. et diſ.
g l. 1. de leg. tut.

fuerat hæreditatis, ex cognatione fortè ad eos deuoluendæ pactaq; inter eos inita sunt pro aduentura hæreditate, quibus specialiter declarabatur, si ille mortuus fuerit, & hæreditas ad eos perueniat, certos modos[c] in eadem hæreditate obseruari. Vel si fortè ad quosdã ex his hæreditatis cõmodũ peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur, si huiusmodi pacta seruari oporteret. Faciebat autem eis, quæstionem, quia

tutori administrationem decernit, causa cognita id facere debet, & eos uocare ad quos spes quoq; successionis pertinet[h]. In lege quoq; municipali cum ꝓhibentur mulieres absq; agnatorum proximiorum authoritate cõtrahere, Bar. cẽsuit[i] huius spei respectũ haberi, qđ scilicet qui proximiores sunt, ꝓpter spem successionis diligentius se gerent. Ego illud potius ꝑpendi crediderim, quod maior charitas in cõiunctioribus ꝑsumatur, cõsequenterq; & maior cura. Vnde illud Poetæ: Viscera nostra tuæ dilacerantur opes. Sed qd in extraneo? An ullo casu spes eius ꝓbabilis sit? Et si institutus sit uiuente testatore, nõ uidetur ꝓbabilis, quũ reuocari testamẽtũ possit, uel ipse ꝑdecedere, multaq; eiusmodi cõtingere, ne succedat: in eo uero qui fideicõmisso conditionali uocatur, receptum est, spem seu ius habere, unde & hæredẽ cogit, ut sibi caueat[k]. Non enim de uiuentis hæreditate, id est hæredis grauati agitur, sed de testatoris iam defuncti, cui ex fidecõmisso succeditur[l]: nec ꝓbabilis esset hæredis allegatio, q uotũ captandæ mortis suæ induci affirmaret: quũ si de eo dubitat, abstinere se hæreditate possit[m]: adeundo enim uidetur cõsensum suũ fideicõmissario ꝑstare[n]. Vnde q̃situm extat, an si stipuler mihi dari centum post mortem Titij, ualeat stipulatio? Et Rapha.[o] sensisse uidetur ualere stipulationẽ, in ea specie, quũ in casu legis nostræ, alter agnatorum alteri ꝓmisisset bona Sẽpronij uiuentis habere licere, qđ si simpliciter intelligatur, paratissima est fraus legi[p]. Ego ꝓmissionem de rebus ꝓprijs, post mortem alterius ꝑstandis, ualere sentio, sed de illius rebus cuius mors expectatur neutiq;, idq; constitutionis nostræ argumento.

c ¶CERTOS modos. Annotandũ ergo est. Pactionẽ hanc de bonis uiuẽtis factã, nullius esse momenti: est enim cõtra bonos mores, qa captãdæ mortis uotum inducit[q]. Vnde & si ad paciscentes bona ꝑueniant, fisco addicuntur[r]. Quo argumẽto, ait hic Iason, crimine hæreseos notari eos, qui uiuente Pontifice de Pontificatu conuenticulũ faciũt. Ego potius lesæ maiestatis reos crediderim[s]: qm pactũ cõcipiunt, qđ aduersus principis sui securitatẽ esse ꝑsumitur[t]: mitius tñ puniendos, quia id ꝑsumptione legis inducitur: minor aũt pœna ex ꝑsumpto, q̃ ex uero crimine irroganda est[u]: crimẽ aũt hic ꝑsumi apparet. Vnde & fisco bona acquiruntur, quũ si nullum delictum esset, sed simplex aduersus bonos mores inobedientia[x]: nõ fisco, sed proximioribus pendenda esset pœna[y].

I

Procedit aũt legis nostræ ꝓhibitio, etiã si pactũ iuratum sit. Non enim religione cõfirmatur id quod bonis moribus repugnat[z]: nec ꝑsonæ respectus est ullus, siue is miles sit, qui aliàs pacto suã hæreditatem deferre potest[a]: nã nõ ideo de aliena pacisci poterit:

II

siue syndicus collegij, aut uniuersitas aliqua, & in his enim rationi legis locus est[b]: siue etiã ecclesia, utitur enim & ipsa iure cõmuni, nisi quoties apparet specialiter aliqd ei indulgeri[c].

III

Sed an in liberis idem dicemus? Et post Accur. omnes ferè idem censuere: cõtra pauci, quia legis huius uerba huic casui non cõueniunt[d].

IIII

Omnimodo enim hæreditas (saltem qđ ad trientem iure naturæ debitum attinet) ad eos est peruentura, & ut uera sit Accur. sentẽtia, non ualere scilicet pactum, saltẽ respectu pœnæ, ut fiscus excludatur. Diuersa obseruanda uideretur, nõ enim pœne locus est, nisi quatenus in lege expressum est[e]: at lex, q̃ fisco bona tribuit, non de filijs paciscentibus loquitur, sed de agnatis, uel cognatis[f]: q̃ uoces in materia pœnali non uidentur filios cõprændere: hi enim nati nõ aũt adnati aut cognati sunt[g]. Sed tñ cõmunis sentẽtia gñaliter uerior uidetur, qm ratio legis in filijs quoq; ꝓcedit, qui licet naturali charitate erga patrem alligentur, tñ de eius hæreditate eo incõsulto paciscẽdo, satis ostẽdunt in eorum animo cupiditatẽ & successionis affectum ei charitati ꝑuortere: nã & lex omnino eis non credit[h]: quandoquidem in ferrea hac ætate

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et quod ad naturam attinet, semper incertus est pater, ut Odyss. lib. primo Homerus tradit:

Illo me genitum dixit pia mater, at ipse
Nescio, nã proprium certus scit nemo parentẽ.

Verisimileq; est, eos qui in huiusmodi pacta coeunt, suppositicios potius filios, q̃ ueros esse[i]. Censeo igitur cũ plurimis hoc quoq; casu ad fiscũ bona deuolui, qđ & Bart. ferè existimauit, quũ debitores paternos, filius in casum paternæ mortis liberasset[k]: nec me mouet, quòd materia hæc pœnalis sit, qa in hac quoq; uerba late accipiuntur, quatenus ratio legis infert[l]: quæ præsertim in ea expressim descripta sit[m].

V

Sed quid uiceuersa, num idem dicemus in patre, qui de filij sui hæreditate sit pactus? & Aret. credidit non idem esse, quia non est uerisimile captare mortẽ filiorum parentes[n]: sed tamẽ receptius est idem prorsus esse, quod scilicet paterni amoris præsumptio facti huius improbitate confutetur: nã & quandoq; delinimentis nouercalibus allecti, quandoq; alijs affectibus de prole sua male sentiunt[o].

VI

Quid in his qui ita de uiuentis hæreditate pacti sunt, ut in testato successuri erant? Et idem traditũ est, quũ in eũ casum aduersus defuncti uoluntatẽ pacto prouideant, quo ipse aliter disponeret. Vnde apparet tale pactũ nõ omnino legi cõforme esse[p]. Censuit tñ Riminaldus si filij

a l. licet. supr. e.
b l. mortuo. ff. de fideiuss. Ias. hic.
c c. 1. de alienat. feu. gl. c. peruenit. extr. de cens.
d arg. uersi. & quia non sunt.
e l. 2. §. diuus. de sep. uiol.
f d. l. quidam. in fi. de leg. 2.
g l. filius. de su. & le. l. scripto. ff. unde lib.
h l. 1. ad Maced.
i c. afferte. & præscrip. Alb. l. cum qui probabilem. supr. de episcop. & cler.
k Bar. l. cũ dñs. §. fi. de pec. leg. Docto. l. filius. supr. eod.
l l. cum leg. de test.
m gl. in auth. ut hi qui obl. uer. ad curationem.
n l. isti quidem. quod met. cau.
o l. 4. ff. de inoff. test.
p gl. c. 1. de const. in 6. & c. pastoralis. de fid. inst.

…gitimos. ubi …o. uers. q̃nq; …stud. ff. eod.
…ransaction?. …1.
… inter omnes. Ias. q. sat. cog.
… cohæredi. §. …fi. iæ. de uulg. §. nec ea res. … ad l. falc. … apud Iulian. …fin. ex quibus …s. in poss.
…sti pul. ista ha…re. §. 1. uersic. …æsitum. de uer. …ig. Ias. hic.
… quidam. §. fi. …don. l. si quis …hi. §. sed utrũ. …acq. hæred. …l. 2. ff de his q. indig. in fin. … Bald. l. quoniã. de test. …l. 1. ad l. Iul. …ti. … §. fi. in auth. ut … mat. iuncta l. …isigere. j. tit. 1. Bal. cons. 7. 16. …l. 1. j. de secun. …pt. … c. non est obli…to. de reg. iur. 6.

filij generaliter conuenirent, ut decedente patre
intestato, eius hæreditas inter ipsos iuxta legum
præcepta diuidatur, tali pacto nullam fisco pœ-
nam lucrifieri posse, nec ceu indignos filios sub
moueri: quod & ipse probo. Sed probabilior
VII est dubitatio. Quid in extraneis paciscentibus?
quũ eñ hi spem nullam habeant, nõ uidetur ul=
lum captandæ mortis periculum subesse. Sed ta
men uerior est Riminaldi sententia, tum quoq;
legi nostræ locum esse. Paciscuntur enim de re=
bus alienis. & nisi sperassent fore ut institueren=
tur, uel aliquo casu hæreditas ad se perueniret,
sub ea conditione non contraxissent [q]: & quum
VIII peruenerit, ex posteriore euentu spem præceden
tem conijciemus [r]. Sed an quod ad pœnam atti-
net, saltem minori XXV. annis paciscenti succur
reremus? Et aliqui succurri credunt, quia in cri=
mine quo quis ĩdignus hæreditate redditur, tra-
ditum est subueniri minoribus [s]. Contrà uterq;
Dec. succurritur enim quũ negligendo deliquit,
secus si faciendo [t]. In delictis enim non restituun
tur minores [u]. Ego tamen priorem sententiam
tanq; mitiorem sequor, quũ id non uerũ, sed p̃=
sumptum potius delictum sit, ueretur eñ lex ne
periculosi euentus inde sequantur, & ideo suc-
currendum minori est, ne in damnum incidat [x].
IX Sed an quod hic dicitur, tunc quoq; obseruabi-
mus, quũ non de tota hæreditate conuentũ fuit,
sed de eius parte? Et omnes fatentur pactum esse
nullũ, etiã si de parte sit: opinor ego etiã si de spe
cie aliqua, aut re particulari, quoniã lex nostra
simpliciter de rebus alienis non ualere pactum
ait. Verũ maior esse dubitatio potuit circa pœ-
nam, an dicto casu sola res de qua conuentũ est
publicabitur, an uero om̃is paciscentiũ portio,
& uideretur solam rem auferri, ne pœna delicto
maior sit [y]: & ne pactũ super una re ad aliam tra
hatur [z]: & quia in his, quæ legibus prohibentur,
nõ cõmittitur pœna nisi quatenus aduersus eas
X factũ sit [a]: licet in pœnis conuentionalibus aliud
sit. Vnde si emphyteuta, uel cliens partem utilis
dominij alienent, non tamen à toto iure suo ca-
dunt [b]: & in nostra quæstione sic sensit Fulg. Sed
cæteri crebrius cõtrariũ prodidere: quia lex ei q
partem bonorũ uiuentis donauerat, denegan-
das actiones hæreditarias in totum ait [c]: nõ eñ
hæc pœna contemplatione rei irrogatur, sed ex
indignitate eius, qui cõtra bonos mores festina-
uit, & periculosum testatoris saluti contractum
celebrauit. Sed quid si qui contraxerunt uiuen-
te adhuc testatore à cõtractu recedant, an nec pœ
nitenti quidem non parcetur? Et Decius senior
non parci existimauit: cũ perfecto contractu de-
lictum sit consummatum, & ius fisco quæsitũ [d]:
unde pœnitentia cũ res amplius integra non ui=
deatur admitti non debet [e]. Contra Picus, quũ
ex dolo præsumpto id pactũ reprobetur, quæ p̃
sumptio ex sequente pœnitentia tolli debet [f]: nec
uidetur ius fisco quæsitũ anteq; reus postulatus
sit, & testator decesserit, unde humanius est uta=
boleri crimen pœnitentia credamus [g]: nã & tra-
ditum est, si uiuo patre filium exhæredatum in=
gratitudinis pœniteat, non obesse ei exhæredati
XI onem [h]. Sed quid si contrahentes nesciant de ui-
uentis hæreditate pacisci, ut quia ignorent uiua-
tur an non? et hoc quoq; casu prohibitioni legis
nostræ locum esse constat, licet nulla quæratur

q l. si quis locupl. ff. de man. test.
r l. sed Iulian. §. proinde. ff. ad Maced.
s l. minoribus. j. de his quib. ut indig.
t Bart. l. si quis in tantam. j. unde ui.
u l. 1. j. si aduer. del. l. auxilium. de min.
x l. 3. §. accus. in fi. ad Turp. Bar. l. 1. §. nunciatio. de op. no. nunt.
y l. rescriptum. ff. de his quibus. ut indig.
z l. si unus. §. ante omnia. ff. eo.
a l. in depositi. cum l. seq. ff. depo Paul. l. 4. §. Cato. 5. opp.
b c. 1. de uas. qui con. cõsi. lotha.
c d. l. quidam. §. fi. ubi Albin. & Raph.
d l. qui ea. de fur.
e Mod. rep. l. si quis maior. 7. nota. j. tit. 1.
f l. j. de crim. stellio.
g l. si adulteriũ. §. 1. ff. de adult.
h Docto. dub. non licet. j. de lib. præter.

fisco pœna [i]. Quod si mortuũ crederent, idq; ita
esset, dubium non est pactum ualere, nec ulli pœ
næ locũ esse [k]. Quid è conuerso si mortuus esset,
ipsiq; ceu de superstitis hæreditate paciscerẽtur?
& ut pœna euitetur; magis quod in ueritate esset
attendi crediderim, q̃ quid isti opinarentur [l].
Cæterum quod iure ciuili de hæreditate hic dici
tur, aliquatenus iure Pontificum in sacerdotijs
obseruatur. Præbenda enim uiuentiũ nec dari
nec p̃mitti alteri possunt [m]: idq; nec à Pontifice
quidem ipso in specie, licet in genere expectati-
uam (ut uocant) gratiã concedere ipse solũ pos-
sit [n]: non enim tali casu adeò est euidens captati-
onis metus: proinde nec illud quidem iure pos-
se Pontificem credibile est, ut ius regressus alte-
ri competens alteri renunciari citra nouam pos-
sessoris uoluntatem ualeat, quũ priori fidere pos
sessor potuerit, posteriori aũt non æque. Su-
perest nunc uidendum quibus casibus ualeat id
pactum, & primus est, quũ ille, de cuius hæredi-
tate agit, consentiat: cessat enim ratio captandæ
mortis, quum uerisimiliter, non nisi ex magna
fiducia is consenserit [o]: maxime quum quando-
cunq; dubitet, reuocare huiusmodi consensum
possit. Vnde apparet, nõ statim contrahentibus
ipsis ius ex tali pacto firmiter acquiri [p]: nec refert
à principio cõsenserit, an celebrato iam pacto ra-
tum deinde habuerit [q]: quod Bal. & Sal. hic cen-
suerunt [r]. Quo fit, ut non statim ius fisco quæsitũ
censeatur, quod supra ex Pauli Cast. Piciq; sen=
tentia retuli. Sed quid si hic qui consensit minor
esset? Et si pubes sit, quia & testari potest, putaue
c ¶PROPTER timorem. Differt quidem caſus ipſe infortunium'q; ab eius metu: ſicut id qđ imminet, ab eo quod iam euenit. Vnde lex municipalis de aliquo actu uerba faciens, de eo qui iam abſolutus perfectus'q; ſit intelligetur[r], non de imꝑfecto[s], aut de antecedentibꝰ eius[t]. Et hoc eſt qđ dicimus, legis uerba cum effectu accipi debere[u]: & de re, quæ exequutionem facti cõſequuta ſit, non autem ex ſola animi deſtinatione inducatur[x]. Quandoq; tamen de timore mali idem quod de malo ipſo iudicamus[y]. Cicero in oratione pro lege Manilia. Nam in cæteris rebus, quum uenit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in uectigalibus, non ſolum aduentus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. Seneca: Peior eſt bello, metus ipſe belli. Vnde reſponſum eſt, remiſſionem publicanis perinde ex metu faciendam, ac ex ipſo bello fieret, quod Anch. cenſuit[z]. Sic & conductori timore peſtis de domo migranti, remiſſio mercedis fieri debet[a]: etiam ſi deinde uere nulla aduenerit peſtis[b]. Nam & timor armorũ idem operatur, quod uis re ipſa armis illata[c]: tametſi à ſicario uel prædone depoſita eſſent, quum facile reſumere poſſet: quod in eo reſponſum eſt, qui à puellæ fratribꝰ in ſtupro depræhenſus, matrimonio conſenſerat, metum'q; deinde allegabat[d]. Huc pertinet & torturæ, ſeu equulei timor[e]. Ad cuius allegationem ſubuertendam, ſolent iudices finita quæſtiõe, poſt aliquod temporis interuallum, confeſſionis ratihabitionem à reo exigere[f]. Sic & imminentis fugæ timor, eiuſdem eſt effectus, cuius ipſa fuga[g]: ut propria authoritate debitor à creditore capi, & ad iudicẽ deduci poſſit[h]. Vnde & generaliter traditum eſt, idem cenſeri, ſiue quis re ipſa à iudice coactus fuerit, ſeu ꝓbabilis coactionis timor allegetur[i]: cenſetur autem probabiliter is timuiſſe, cui per iudicis pœnale præceptum, uel generali edicto comminatum fuit[k]: nec enim tormenta aut fidiculas expectare quis debet[l]. in caſu uero legis noſtræ tum probabilis litis timor adfuiſſe uidetur, quũ uere actio de iure competebat: qui enim cogi poteſt, non dicitur ſponte dediſſe[m]: ſicut uelle non uidetur, qui obſequitur imperio parentis uel domini[n]. Idem ſi imperio legis, quæ creditoribus ſatisfieri iubet. Quod ſi actio ſolum de facto cõpetijſſe, non uideri timore litis tranſactum Dec. cenſuit, niſi adſint coniecturæ, quæ in præſentia eum acturum fuiſſe, probabiliter'q; id exiſtimaſſe reum arguant[o]: quæ ſententia & nobis placet, ne alioqui ibi fingi lis uideatur, ubi nulla omnino futura erat[p].

AGE

[left margin notes, partly cut off:]
...in ſumma.ff. ...ond. indeb.
...cum bl. §. ſi ...n lis.ff. eo.
...1.ff. eod.
... poſt rem.ff. ...l.
...gl. l. eleganter ...fin. de cond. ... deb.
...Alex. conſ. 22. ...1. in 1.
...Bart. ille aut ...c. de leg. 3.
...Paul. Caſt. con ...1.194. uiſo pun...o. in 2.
...Auth. non liat. de lib. præt.
...Bald. l. fin. j. de ...t. prom
...arg. c. dilectus. ...e ſimo.
...l. filiusfam. de ...eſt.
p l. fin. j. de iud ...ud. toll.

[right margin notes:]
q l. debet. in fin de ædil. edict. Bal. & Salyc. in rub. j de reb. cred.
r l. pen. in fi. j. & his quib. ut ind.
s gl. clem. 1. uerb. contrahere. de cõſanguin.
t Alex. conſ. 194 in 2.
u l. 1. in fin. quod quisq; iur.
x l. fundi. §. itẽ. l. ſeq. de act. emp.
y l. Pedius. in pri. de incen. rui. nau.
z Alex. l. diuortio. 4. col. ſol. mat.
a l. habitatores. in fin. loc.
b Caccialup. l. diem. q. 40. de offi. aſſeſſ.
c l. 3. § armis. de ui et ui arm.
d Alex. conſ. 44. in 4.
e l. 2. j. de cuſt. reo.
f Bart. l. 1. §. diuus. 2. de quæſt.
g arg. l. fugitiuus. de uerb. ſig.
h gl. l. quæſitũ. ff. de pig. Iaſ. hic.
i l. nouiſſime. ubi Bal. ff. quod falſ. tut.
k Bar. l. creditor de ſolut.
l Bal. l. falſius. j. de furt.
m c. præterea. 2. ubi Ioan. Andr. de iur. pat. c. bona fides. de reg. iur.
n l. 4. ff. de re iur.
o arg. l. 3. §. fin. de eo quod cert. loc. ubi Paul. Caſtr.
p in auth. de tabell. uerſ. & non fingant.

IMP. ALEXANDER
Aug. Antiliæ.

AGe cum Geminiano, ꝗ pater eius curator tibi datus, negotia tua gesserit[b]: & si apud iudicem negabit se hac actione teneri, quoniam transactio & aquiliana stipulatio interposita est, iudex contemplatione iudicij, quod est bonæ fidei, quæret[c], de quanta pecunia nominatim transactum sit, & si apparuerit de minore[d] transactum, quantam pecuniam reliquam[e] ex administratione curæ deberi probatum fuerit, soluere eum iubebit, quod non in stipulationem aquilianam obligatiõis iure tantum deductum est, quãti erat quantitas pecuniæ, quæ debebatur.

AGE CVM Geminiano. a ¶ Cum curator adolescenti ducẽta deberet, solaq́ centũ adolescens petijsset, tandẽ sup ea petitione trãsegit, & qnquaginta accepit: hic tradit̃ nihil impedire, quominus de alijs centũ rursus q̃stionem moueret[q]. Alij gñaliter ab adolescente petitam administrationis rationem interpretantur, deinde ab eo de certis rebus specialiter transactũ fuisse, & ideo non nisi earum rerũ respectu p̃iudicabit transactio[r]: quoniam scilicet limitata causa limitatũ effectum pariat[s]. Sed hic intellectus uerbis legis non admodum quadrat, qbus de certa pecunia, nõ aũt specie transactũ dicitur[t]. Verũ ego iungi utrunq; intellectũ debere arbitror, ut petitio quidẽ gñalis fuerit, rationẽ scilicet administrationis reddi, cæterum in causæ prosequutione id à creditore p̃tensum, ut certa quantitas, puta mille aurei, sibi hoc nomĩe darent̃, sup qua pecunia ꝓ CCCC. transactũ fuit. Hic traditur adhuc agi posse, quatenus probet̃ supra mille curatorem interuertisse.

b ¶ GESSERIT. Actione igit̃ negotioꝝ gestorum aduersus curatorẽ adolescentis agendũ est, nõ tñ directa: q̃ nõ nisi in uolũtario administratore cõpetit[u], sed utili[x]. Sed cur pupillo in tutorem dat̃ specialis actio tutelæ, in curatorẽ uero sola hæc gñalis negotioꝝ gestoꝝ: cũ nostra intersit etiã specialiter nobis succuri[y]? An quòd magis necessariũ est tutoris officium, censuit lex specialius in ea re ꝓuidere?[z] Datur em̃ tutor personæ, cũ curator solũ in bona ius habeat[a]: dat̃ etiã inuitis pupillis, cũ adolescentibus inuitis nõ dent̃ curatoris[b]: tametsi nõ ideo ante XXV. annum rerũ suarũ administratio unq̃ concedenda sit[c]: nisi aliter iudex decreto suo censuerit[d]. Adde q̃d quò maiore periculo & facilius pupilli q̃ adolescentes decipiunt̃[e]: eò & cautius agendum fuit[f]. Illud sciendũ etiã, hanc actionẽ negotiorum gestoꝝ tametsi utiliter solũ cõpetat, nihilominus bonæ fidei esse, q̃d plerique hinc annotarunt. Nam & traditũ est actiones, q̃ directæ sunt bonæ fidei, eiusdem naturæ censeri cũ cõtrario iudicio intendunt̃[g]: opinor, quia simili conditione censetur distractus cum contractu[g].

c ¶ QVAERET. Poterit igit̃ iudex reum compellere, ut exceptionẽ suam gñaliter ꝓpositam declaret[h]: q̃d in his intelligendũ, quæ in facto cõsistunt: tunc em̃ nõ minus apte & clare reus excipere, q̃ actor agere debet[i]: in his quæ iuris sunt secus est, ualetq́ rei exceptio gñaliter negantis ius actori cõpetere[k]: et ita cæteri hic sentiunt. Sed certe lex nostra non cõmunem regulã, sed aliqd q̃d specialiter bonæ fidei iudicijs indultũ sit, attingere uidetur. Sunt qui hic ꝓbari existiment in hisce iudicijs iudicem etiã parte non petente ꝓcedere posse, uerũ id nimirum cõmuni regulæ derogaret[l]. Ego existimo ĩ hoc uerti bonæ fidei iudiciorum fauorem, quod quamuis reus ex generalitate uerborum petitionis, itemq́ Aquilianæ stipulationis adiuuaretur, nec probatiões ab eo exigi debeant, liceat tamen iudici q̃rere, eumq́ interrogare, quid in ꝓsequutione causæ actum sit, an non obstante uerborũ gñalitate de certa solũ pecunia transactũ fuerit[m], cũ alioqui regulariter interrogatiões non admittantur, si ad litis decisionem spectant, sed solum quæ iudicij instruendi præparandiq́ causa fiunt[n]. Existimauerim igitur quod lex ait, quæret iudex, ad partis cuius interest petitionem intelligẽdum[o]: ꝗ si dura uidetur hæc subauditio, potest responderi, eo ipso quod actor negotioꝝ gestoꝝ actionem, quæ bonæ fidei est intentat, adhucq́ extinctam non esse asseuerat, censeri cõsequenter à iudice petijsse, ut huius rei uestigãdæ causa ipsum qui cõuenitur interroget. Cõsequentia em̃ latius in materia fauorabili accipiuntur, q̃ in ea quæ non ita fauorabilis sit[p].

d ¶ DE MINORE. Hinc ostendit̃ eũ, cui CC. à Titio debeantur, posse centũ sola petere, quod solent aliqui creditores facere, ut experiant̃ quid in minore summa ꝓbare possint: quo argumento censuit Angelus eũ qui actiones plures ex uarijs iniurijs uel pluribus furtis habeat, posse una tantum, si uelit, interim experiri[q]. Si tñ allegaret reus id calũniæ causa fieri, ut maiore tædio laboribusq́ afficeret̃, deberet iudex actorem cõpellere, ut unico iudicio ageret[r]: qua ratione receptũ quoq; est, non concedendũ actori ut reum pluribus libellis uexet, reo scilicet opponente[s]: nam & uice uersa cogi nõ potest creditor, ut particularem solutionẽ recipiat[t], qua de re alibi disserui.

e ¶ RELIQVAM. Limitata ergo causa limitatum effectum producit[u]. Vnde immunitas alicui ob ægritudinem data, de personalibus solũ muneribus intelligitur[x]. Promisso restituendi damni inter socios, quatenus in cõmuni negotio quis illud subierit restringitur[x]. Sic nautæ uel caupones de eo solum tenentur, quod exercentes suum negotium receperint, extra negotiũ ex edicto non tenentur[y], Sic uidemus legatum

ob

q gl. in uerbo nominatim.

r gl. uerbo iubebit.

s l. in agris. de acquir. rer. do. Fely. c. cum ordinem. de rescr.

t l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Maced.

u Bart. supr. l. 1. col. fin. l. 2. §. pen. de neg. gest.

x l. curatori. j. de neg. gest.

y l. 1. §. dixerit. de publica.

z §. est autem. Inst. de tutor.

a l. ne copulandis. j. de nupt.

b §. item inutilis. inst. de cur.

c l. 1. de minor. ff.

d l. in uniuersis. j. qui dar. tut.

e §. impuberes. inst. de susp. tut.

f l. alienum. ff. de pœnis.

g gl §. actionũ. uerb. tutelæ. de act.

g l. Pompon. §. præterea. de acquir. poss. l. si ad resoluendam. j. de præd. min.

h Butr. c. 2. de lib. obl. Alex. hic.

i l. 1. §. labeo. ff. de flum.

k l. fin. in pri. ubi Bald. j. de dolo ... [partly cut off]

l l. j. ut quæ ... aduo.

m l. ubicunq; ... inter. act.

n Bar. l. 1. de in... actio.

o l. 4. §. hoc aud... iudic. de dam. inf...

p l. binas. de ser... urb. præd. c. fin. ... de uerb. sig. l. fi. ... §. fin. de leg. 3.

q l. interdum. 2... §. fin. de furt.

r Bart. l. in commodato. §. duobus. commo.

s Alex. Aret. l. qui totam. in fin. de acq. hæred.

t l. tutor. §. lucius. de usur.

u l. in agris. de acq. re. dom. l. 1. ... j. de fideiuss.

x l. 2. §. corporis. ... de uac. mu.

x l. cum duobus. §. cum erat. pro soc.

y l. 3. §. eod. naut. caup.

ob causam relictum, secundum eam restringi [z]. Vnde & finita causa dilationis, finitur dilatio [a]. Et finita causa priuilegij, extinguit priuilegiu [b]. Et generaliter solet causa cuilibet dispositioni adiecta, dispositionem ipsam coarctare [c]. Sic & ratio legis eã restringit [d]: & cessante ratione uel causa, cessat ipa dispositio [d]. Inducitq; hæc recẽtiores uarijs quæstiõibus, ut domini non teneant de familiæ delicto, si extra ministeriũ suũ ea deliquat [e], ut prætor de apparitorũ suorum crimine non obliget, si extra muneris sui causã peccauerint [f]. Vt nuncio publico extra officij sui causam nõ adhibeat fides [g]. Vt fideiussor ultra causam fideiussionis exigi non possit: ut si in causam campsoriam ꝓmisit, ex mercimoniali non teneat [h]: si pro fidelitate præfecti arcis spopondit, non nisi ob custodiam teneatur, pro præfecti furtis & concussiõibus nõ teneatur [i]. Quo exemplo Picus se pro eo respõdisse ait, qui in causa syndicatus prætoris fideiusserat, ut pro stupris à prætore ꝑpetratis nõ teneat, sed solum quatenus in officiũ suum respicientibus deliquerit: nam & syndici, non nisi de eis criminibus inqrere possunt [k]. Sic quũ lex certis iudicibus mercatorũ causas demandat, de eis solum intelligetur quæ mercimonij causa cõtro uertũtur [l]. Sic & lex plenam fidem iubens Thesaurarij uel mercatoris libris adhiberi, ad causã munus Thesaurarij uel mercimonij spectantem restringitur [m]: & ita Pontanus, Aret. Iason cẽsuere. Contra Dec. quia à generalitate uerborũ legis recedendũ non est [n], quæ mercatoris uel thesaurarij mentionem fecisse demonstrationis causa uidetur, non limitatiõis [o]. Sed ego cõmunem sententiam sequor, quod lex hæc iuris communis correctoria restringẽda sit: & quia uerisimile nõ est, id priuilegium personæ, sed causæ potius cõcessum, quũ probabile non sit, tantum fidei mercatorum indulgeri, quam in aliquibus leuẽ uidemus, & ideo non satis legibus hi approbant [p]: ut quibus illud sit semper in ore:

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,
Virtus post nummos.

Nam & Mar. Cic. ditari eorum plerosq; ex mendacio affirmat. fatendum itaq; mercatorũ mentionem in eo statuto nõ demonstrationis tantũ, sed & limitationis causa fieri. Cæterum ex quibus causis generalia legum uerba limitari restringiq; possunt, diffusissime à nobis tractatũ est lib. de uerborum significatione primo.

IDEM AVG.
Numedio.

Actione administratæ curæ ab eo, qui legitimæ ætatis annos compleuit, in aquilianã stipulationem deductã, & acceptilationem secuta, sublatam esse constat.

ACTIONE ad. Duplici modo cõtrahit transactio, pacto nudo, itemq; acceptilatione. Si pacto nudo trasegerim, tuq; cõuentionẽ non obserues, priore actiõe, super qua transactum erat, experiar, & tibi de transactione excipienti de dolo, inobseruãtiam replicabo [a]. At quoties accepto lata est prior actio, ut in hoc rescripto dicit, suscitari exerceriq; amplius neqt [b], sed solũ de dolo agitur: qui qdem tripliciter cõmitti potuit: & primo ante transactionem, quũ curator dolose administrauit, sed de hoc consentiunt omnes in lege nostra nihil attingi [c]. Secũdo in ipsa transactiõe, ut qa reus dolo malo actori persuasit, ut accepto ferret, & de hoc rescriptũ nostrum Azo Accur. q; interpretantur, cum qbus & cæteri sentiunt: caretq; hæc interpretatio omni fere scrupulo, nisi quod unum id aduersari uidetur, quod actio qua tenetur curator, bonæ fidei est [d]: q̃ casu & eius remissio eandem naturã seruare debet [e]. Dolus autẽ contractui bonæ fidei causam præstans, ipso iure cõtractũ infirmat [f]: & tamẽ hic tradit acceptilationem ualere. Sed ultra alios [g] ego respondendũ arbitror, quod actio negotiorũ gestorũ, quæ in curatorem datur, & bonæ fidei est, per Aquilianã stipulationẽ nouata est [h]: & trãsactio subsequẽs stricti iuris est, merito ꝓpter dolum ipso iure non perimit [i]. Non enĩ dolose creditor in eo læsus est, q actio fuerit nouata, quippe parũ id sua interesset [k]: sed in eo, quòd stipulatio ipsa noua, quæ iam stricti iuris erat, acceptilatione perempta est. Tametsi & illud dici possit, transactionem, sicut alios contractus innoĩatos, generaliter stricti iuris esse, quod supra in rubrica defendimus. Tertio, dolus post transactionẽ cõmitti potuit, quia reus dolose non soluat, promissaq; non adimpleat, & hoc de dolo Pyleus legem nostram interpretatus est. Contra sentiunt pleriq;, quia si reus nõ obseruet, præscriptis uerbis uel condictiõe ob causam conuenitur [l]: quæ actiones ubi competunt, ad subsidium edicti de dolo recurrendum nõ est [m]. Addunt alij impossibilẽ hanc esse positionẽ, quũ ea transactiõe dolus futurus remitti non potuerit [n]. Sed id parũ me mouet, uerisimile est enim Pyleũ de posteriore alia trãsactione, sup dolo particulariter facta, legis nostræ exceptiuã clausulã intellexisse: magis itaq; prior ratio urget. Sed tamen ea non obstante duobus casibus defendi hæc interpretatio potest: & Primus est, quẽ Bart. probat, cum non solum actum est actionẽ accepto ferri, sed etiã ꝓmissum ab actore fuit, quod nec de facto unq; ipsum reum inquietaret: huiusmodi enim promissio nunquã perfecte adimpleri potest, ut quæ tractum usq; ad extremum uitæ exitum habeat [o]: merito præscriptis uerbis agere nõ poterit, quoniam hæc actio non nisi ei datur, qui perfecte ex parte sua adimpleuit [p]. Non aget quoq; cõdictione ob causam, qa ea nõ nisi ex duplici capite cõcedit, pœnitẽtiæ aut moræ [q]. At pœnitẽtiæ nullus in transactione est locus [r]: mora uero per reũ nulla est cõmissa, quũ actor ipse nõdũ adimpleuerit [s]: meritò ergo quũ nec actio ꝑscriptis uerbis, nec cõdictio hoc casu cõpetat, in subsidiũ agi de dolo debuit. Videt enim actũ ut actore eo modo quo potest adimplente, reus statim conuenta ꝑsolueret, quod quũ minus fecerit, dolose egit [t], & ita pleriq; propter Bart. authoritatẽ senserũt. Sed Aret. & Rimin. plurimis rationibus aduersantur: nam & mihi durum uidetur, ei qui perfecta non adimpleuit, potius actionem de dolo, quæ rei famam onerat, ideo nõ nisi in eius odium datur [u], concedi, quàm conditionẽ uel præscriptis uerbis actionem [x]: & id aduersus ipsum

q reum,

Marginalia (left): l. seio. in prin. an. leg. | l. à filia. §. aliũ ad treb. | l. titia. §. usus. de leg. 2. | l. cum pater. §. dulciss. de leg. 2. | l. adigere. §. quamuis. de iur. pat. | c. cum cessante app. | Bar. l. ne quid. incen. rui. nau. | Angel. l. 1. ꝫ. si ... prouin. | Doct. c. cum pa... de app. | Bald. cons. 2. 5. | Bal. l. 1. ꝫ. de mag. conuent. | Bal. l. 2. ꝫ. de ... ratoin. | l. fin. ꝫ. de iur. ... iud. | l. si quis. §. rationem. de ædil. | l. 1. §. ut generaliter. de leg. præ. | l. mella me ali. | l. quidã test. in prin. de leg. 3. | ... l. cum pater ... mẽsæ. de leg. 2. | l. antepen. in ... ꝫ. de cohar. lib. | l. cum propon. ... supr. tit. ꝫ. l. si ... ꝫ. eod. | l. qui res. §. fin. de solut. | Sed in l. 1. supr. eod.

Marginalia (right): d supr. l. prox. | e glo. l. de tutela. ꝫ. de in integ. restit. | f l. et eleganter. in prin. ff. de dol. | g hic. et in l. sub prætex. ꝫ. eo. | h §. 1. Inst. quib. mo. toll. obl. | i l. pen. ꝫ. de inut. stip. | k l. 1. §. pen. ff. de dol. l. si causa. in fin. ꝫ. eod. | l l. si quis accepto. de condic. ob causam. | m d. l. 1. §. pen. | n l. iurisgẽ. §. si paciscar. ff. de pa. | o l. ubi. ꝫ. eo. l. eleganter. §. pen. de condic. ind. | p l. naturalis. §. 1. de præsc. uerb. | q l. si pecuniam. l. 1. in prin. de condic. ob causam. | r l. quamuis. ꝫ. e. | s l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. | t l. si procuratorem. §. dol. ff. m. i. | u l. 2. ꝫ. de dolo. | x l. quoties. de præscr. uerb.

ducta [b], & per acceptilationē extincta, nullā aliā ſupereſſe, niſi de dolo intra conceſſa tempora, nō ambigitur: niſi [c]

reum, qui in mora non ſit, multo minus certe in dolo [y]: quum ſi in mora eſſet, fateatur Bart. con dictioni locū futurū [z]. Nam & ſi affirmemus id actum cēſeri, ut ſufficiat ſi actor eo modo adimpleat quo poteſt, cur ex partiū uoluntate pinde cōdictio uel præſcriptis uerbis actio non datur, ac ſi pfecte adimpletū fuiſſet? Conſtat eñ naturalia cōtractus uel tacito pacto remitti poſſe [a]. Secundus eſt caſus qui magis contextis uerbus cōuenire uidetur, ut contractum hic facio ut des exiſtimemus, quo in cōtractu regulare eſt, ei qui fecit, aduerſus dare detrectantem, actionem de dolo cōpetere [b]. Is eñ qui remittit tūc dare cenſetur, quū debitum liquidū remittit [c]. Sed quum debitum liquidum nō eſt, quia fortè nihil debeatur, tunc qui remittit, facere cenſet̄ [d]. Nec me mouet quod quādo ex facto agētis aliquid reus accepit, actionem de dolo nō competere Bart [e]. cenſuerit, quia hæc ſentētia uera nō eſt, & reſponſū Pauli uiolat [f]. Et ut demus uerā eſſe, nihil adhuc Pyleo obſtat, quū non conſtet reū hac ex tranſactiōe aliquid accepiſſe [g]: qd enim ſi bonam cauſam fouebat? In dubio enim de dolo agi Bartol. quoq; ipſe & Aret. & pleriq; alij ſenſerunt [g], quos & ego ſequor.

y Bar. l. ſi Inſulā uerſi. 3. oppono. de l. fid. ff. de uer. oblig.
z d. l. 1. in prin.
a glo. l. pact. ff. de contrah. empt.
b d. l. naturalis §. ſi qd ſi faciā.
c l. ſi mulier. de de condic. ob cau.
d Bar. d. §. quod ſi faciam. Iacobel. Butr. Saly. Fran. Tyg. hic.
e l. cū mota. j. e.
f d. §. quod ſi faciam.
g l. pe. de lib. le.
g d. l. 1. §. pe. de dol.

b ¶ DEDVCTA. Fuit neceſſaria Aquiliana ſtipulatio duplici ex cauſa. Primo, quia licet tutela ex lege XII. tab. introducta ſit [h]: & ad eius ſimilitudinē cura [i], tamen obligatio quæ inde oritur iuriſgentium eſt, & actio negotiorum geſtorum, licet ciuilis [k], ab eo iure originē trahit, quæ quum extenſa ſit, ut in curatorem detur, ſuam tamen naturā ſeruat [l], ut naturalis cenſeatur. Vnde ciuilis ratio, quæ in acceptilatione uerſatur, eam ipſo iure tollere non potuiſſet [m]: merito prius nouatione opus fuit, quæ præcedentem non omnino perimit, ſed transfundit [n]: & ita Accur. ſentit, quem pauci ſequuntur. Alij neceſſariam alia ratione aiunt. Aquiliana enim ſtipulatio ſolam obligationem perimit, quæ uerbis contracta ſit [o]. Et ideo ſiue præcedens obligatio ſit iuriſgentium, ſiue iuris ciuilis, ut accepto fieri poſſit, prius in uerborum obligationem transformanda eſt. Nam & contractus emphyteuticus, quem conſtat iuris ciuilis eſſe, acceptilatione ſola extingui nequit, quia nō uerbis contrahitur, ſed conſenſu, ut pleriq; omnes hic tradunt [p].

h §. 1. Inſt. de tut.
i Inſt. de cura. in princ.
k l. 2. §. deinde. de orig. iur.
l l. præcedent.
m §. ſed naturalia. Inſti. de iure natur.
n l. in rem. §. itē de rei uendi.
o l. an inutilis. §. acceptū. de accep.
p gl. §. j. uerb. cæteræ. Inſt. qui. mod. tol. obl.

c ¶ NISI. Sunt qui dictionē hanc idem ſignificare exiſtiment, quod ſine [q]: quæ ſentētia, & authore & ratione caret: quum uerius ſit, ex ſi non, formari [q]: & ideo oēs fatentur cōiunctionem eſſe exceptiuam, quæ (ut ex textu noſtro appare t) dupliciter conſtruitur, quandoq; enim ſub eodē uerbo regitur: quandoq; aliud ipſa exigit, quod tum facit, quum de alio termino agitur, q̄ qui priore clauſula continebatur [r]. Igitur quū dictio ſit exceptiua, apparet ſi præcedens clauſula affirmatiua ſit, exceptiōe negationem induci: ſi uero præcedens neget, exceptio affirmabit. Contrarium enim præcedēti ſenſum ſemper inducit, ut ſi teſtator ſcripſerit, Sempronio amico meo non lego niſi Stichum & Pamphilum: cenſebitur enim eos legaſſe [s]: licet aliqui abſq; ratione diſſentiant [t]. Idem dicēdum quum quis, non promitto inquit, niſi pōtifex Peruſium uenerit, ualet promiſſio, & poſt pontificis acceſſum utiliter ex ea agetur [u]. Sed pone, reus poſitiōibus actoris reſpōdens, ſic uerba concepit. Nego eas, niſi probētur: nunquid eis probatis, etiam propria cōfeſſione cōuictus cēſebitur? Bal. cenſeri credidit [x]. Ego diſſentio, quia contrarius ſenſus non eſt: confiteor, ſed non nego, quod medium quiddam eſt inter negantē & uere affirmantem [y]: ſuæq; reſpōſionis ambiguitas, ex eius mente interpretationem capiet, ne ſcilicet confeſſus uideatur [z]. Pone rurſus, dixi puellæ, non habebo aliam in uxorē niſi te, an præſens matrimonium cōtractum erit? Et aliqui cēſuerunt [a]: ſed recentiores diſſentiūt, propter uerbum futuri temporis, nec quicq; ſpeciale fauore matrimonij arbitrantur, quum nec fauore libertatis id inductum ſit [b]. Et quod de uerbo futuri temporis traditur, etiam de infinito præſenti dici poteſt, quum ueriſimiliter actum eſt ad futurum referri [b]: ut ſi dixerim: Promitto nulli uendere niſi tibi: non enim hac exceptione actus ponitur, ſed potētia tantum, ut hic tradunt oēs [c]: plurimumq; efficit huiuſmodi promiſſio, quod ſcilicet cuicunq; alteri uendere promiſſor nō poteſt. Sed quid in ea quæſtione arbitrandum eſt? Puella iuueni ſe appellanti reſponderat, nolo ut me cognoſcas niſi honeſte: atq; ita ſe facturū iuuenis receperat, uitiaueratq;. Reſpōdit And. Siculus [d] matrimonium cōtractum uideri, quum honeſte eo modo attingi mulier citra matrimonium nequeat [e]. Nam (ut in carmine ad Hymenæū inquit Catullus poëta) * Nihil poteſt ſine te Venus, Fama quod bona comprobet Commodi capere, at poteſt Te uolente: quis hic deo Cōpararier auſit? Sed certe abſq; conſenſu matrimoniū nullum eſt: nec uериſimile eſt, iuuenem his uerbis tam conſenſiſſe, quàm puellari ſimplicitati illuſiſſe, quod & aliqui hic ſenſerūt [f]. Et hæc quidem exempla ad primam ſpeciem ſatis ſint, quum eodem uerbo, & principalis clauſula, & exceptio regitur. In ſecunda ſpecie, quum exceptio ſub priore termino nō compræditur, ſed aliud uerbum requirit, duplex tradita eſt cōcluſio. Prima eſt, ut ſi præcedat affirmatio exceptio neget, in teſtamentis propria cōditione [g], in contractibus impropria, ut quæ actum interim nō ſuſpendat, ſed eueniēte conditiōe reſoluat [h]: quade re uidenda ſunt, quæ alij tradidere [i]. Sequens concluſio difficilior eſt. Et eſt, ut ſi præcedat negatio, exceptiua ponat, non actum, ſed potentiam; exempli cauſa, quum teſtator, Oneſiphore (inquit) liber ne eſto, niſi ratiōes reddideris: redditis enim rationibus, nō ideo erit liber, ſed prohibitio ſolum ceſſabit [k]. Sic & peccatum (inquit lex) non remittitur, niſi reſtituat̄ ablatum [l]. Nunquid reſtituto furto, remiſſum eſt peccatū? Certe non, neceſſaria enim adhuc confeſſio pœnitentiaq; eſt [m]. Sed cur cum affirmatiua actum ponat, negatio non actum, ſed potentiā neget? An quia plus negat negatiua, quàm ponat affirmatiua [n]? Hæc eñ ſolum actum ponit, illa & actū & poten-

q Fulg. Iaſ. hic
q gl. l. ſancimus. §. 1. j. de don.
r Bar. l. ſi cum. §. fi. ſi quis caut.
s l. 2. ubi Iaſ. in prin. j. de bo. poſ. ſecund. tab.
t Iaſ. hic.
u Bald. c. cum a[…] ceſſiſſent. de cōſ[…]
x d. c. cum acce[…] ſiſſent.
y c. is qui tacet. […] de re. iur. in 6. gl[…] l. ſi putas. j. de p[…] tit. hæred. in fin[…]
z l. ſi quis inte[…] tione. de iud. Bar. l. is qui reus. col[…] pen. de publ. iud[…]
a Abb. c. ex par[…] te. de ſponſ.
b l. Titia. §. ſi n[…] de manu. teſt.
b glo. l. 5. §. pen. de uer. obl.
c l. ſi ſterilis. § ſed ſi ita. de a[…] empt.
d conſ. 6. in 1.
e c. cum ſuper. e[…] de teſt.
* In Epitalamio Iuliæ & Mallij.
f Cald. & Præpo. d. c. ex parte. Pius. l. 2. j. de ſecund. nupt.
g l. ſic fideicom[…] §. fideicommiſſū. de leg. 3.
h l. oblig. ſi re. ff. de act. & obl. §. conditio.
i l. 2. ff. de in diem adiect.
k l. Titio. §. fin. de manu teſt.
l c. peccatum. de reg. iur. in 5.
m Bald. c. præter ea requiſiſti. colū. pen. de app.
n glo. l. hoc genus de condict. et dem. glo. 2. c. 1. de reg. iur. in 6.

& potentiam negat. An quia cum testator inqt, Onesiphore liber ne esto: si de solo actu intelligeretur, uerba essent superflua, eo enim ipso quòd tacet, & nihil ei legat, liber non est, quum datio libertatis factum requirat, merito ut uerba aliquid operentur, non solum actum, sed & potentiam abnegant [o]. Quapropter si dationem libertatis præcessisse ponamus, quàmuis deĩde negatiua clausula cũ subsequente exceptiõe subiecta proponatur, secus erit, ualebit'que datio libertatis, quoniam prædicta ratio cessat, apparet enim de actu nõ de potentia excipi [p]: quod & Iason hic attestatur.

specialiter [d] etiam de dolo transactum sit.

IDEM AVG.

Suacatio.

QVum te transegisse cum hærede quondam tutoris tui profitearis, si id post legitimã [b] ætatem fecisti, frustra desideras, ut à placitis recedatur: licet enim, ut proponis, nullũ instrumentum intercesserit, tamen si de fide

d ¶ SPECIALITER. In sua specie: licet non singulariter, seu (ut uocant) in indiuiduo [q]. Triplici autem modo remissio doli considerari potest. Aut enim trãsactio ipsa facta est per dolum, ut quia quis ad liberationẽ inductus est, & omes ex textu nostro affirmant non censeri remissum hunc dolum, nisi specialiter eius mẽtio facta sit. Aut de dolo quærimus, qui in ipsa administratione interuenerit, & specialiter quidẽ remitti potest [r]. In generali uero transactione remissum nõ uideri aduersus Accur. receptius est [s]: nisi reus nullum lucrum ex huiusmodi dolo fecerit, nihil'que ex reliquis penes se habeat [t]: qua de re uidẽda sunt, quæ alibi diffusius tractantur [u]. Aut de remissione doli futuri agitur, & constat nec specialiter quidem dolum de futuro remitti posse [x]. Quapropter si testator tutorem à reddendis rationibus liberet, dolum'que se remittere dicat, non tamen sic tutori cõsulit, quin de dolo conueniri possit [y]: qđ de dolo uero intelligendum est: præsumptus enim tacite potest remitti, licet expresse nõ possit [z]: sicut & culpa eo casu remissa censebitur [a]: item dolus qui non ex animo, sed re ipsa interuenerit, nulla enim hinc occasio delicti oritur, ut Bald. censuit [b]. Idem respõdit Dec. [c] in dolo qui nõ perpetrando, sed negligendo commissus est, qđ dictum ex Fulg. [d] restringitur, quum tutor coniunctus pupillo est, nec locupletior factus, quæ sententia uerior uidetur. Sed quid si testator nõ solum tutorem liberauit, sed addidit, quicquid exactum ratione doli fuerit, id restitui tutori uelle? atque ita fidei hæredis commiserit? & Dyn. [e] Ray.'que respõderunt ualere fideicommissum: quos Angel. [f] sequutus est, & Cornæus, idem'que fere & Alexan. sensit: quibus & nos assentimur, ut quatenus damnum inde patiatur cõsequi debeat, quoniam id Iuliani respõso cautum uidetur [g]: quod aliqui dissentientes interpretatione sua uiolant, dum aut de dolo loqui eum negant, aut de præterito intelligunt, quum ex præcedentibus respõsi uerbis cõtrarium appareat. Nec me mouet quòd dolus de futuro remitti nõ possit, quia satis fateor dolum remitti nõ posse [h]: sed tamen legatum ualere, quum testator de re sua liberam deponẽdi facultatem habeat, nec dolus fiat uolenti [i]: qui tamen nõ omnino impunitus erit, quum sarto tutori damno nihilominus grauata eius futura sit opinio, cõdemnatione'que doli infamia sequatur [k]: quæ grauis censetur pœna [l]. Quod si testator doli specialem mẽtionem non fecit, sed simpliciter ἀνεκλογίστην tutorẽ esse iubeat, et tantundem leget quantum eo nomine exactus unquam fuerit: satis putarem nõ censeri testatorem in eum casum prouidisse, quo dolose ageret: & ita aliq ex aduersantibus loquuntur [m]: licet Franciscus Cremen. inter Alexãdri cõsilia aliter respõderit [n]: & præterea alij quidam [o], quos hic Iason recenset, quorum sentẽtiam ueram tunc solum putauerim, quũ manifestaria fraude hic usus fuisse depræditur, uel cũ aliàs tutor nõ de damno uitando ageret, sed lucrũ ex dolo suo faceret [p].

QVVM TE transegisse. Quum de transactiõe ex cõfessiõe partis cõstat, alia probatio per scripturam necessaria nõ est. Vnde apparet pro substantia transactiõis non requiri, ut scripturæ mandata sit: quo argumento idẽ à plerisque traditũ est de arbitratoris laudatiuo [a]. Illud enim transactio quoque est. Dec. cõtra, quũ transactio nõ ualeat nisi aliq ultro citro'que dato & recepto [b]: & tñ illud laudatiuũ ualeat, etiã si alter omino absolutus sit, nil'que alteri dederit [c]. Vnde existimatũ est, id laudatiuũ lata tãtummodo transactiõis appellatiõe cõtineri. Sed tñ ut id ita esse fateamur, nõ sequitur quin argumentum de uno ad aliud, tanque de similibus ualeat, & ideo uera sit cõmunis sentẽtia [d]. Sed an idem sit in arbitro? Et nõ uidetur, quia redacta sunt arbitria ad similitudinem iudiciorum [e]: & ideo sicut iudices scripto proferre diffinitiuas debẽt, ita etiam arbitri [f]: quæ sentẽtia in arbitro iuris uerissima [g] est, in compromissario uero dubia, quoniam expressum iure nõ reperitur, ut scripto iudicare debeat, quũ & notionẽ solum, nõ autem iurisdictionem habeat [h]: quod si quando cõstat cõpromissarios scriptò iudicasse [i]: non sequitur id magis ex necessitate legis factũ, quàm ex facti euentu [k]: quod Dec. aduersus cõmunẽ sententiã credidit.

b ¶ POST LEGITIMAM. Ante enim legitimam ætatem, si minor læsus ex transactiõe esset, restitui in integrum posset [l]: nõ uidetur autem læsus quando id fecit, quod etiam diligens paterfam. facturus fuisset [m]. Idem si propter futurum euentum incertus fuit, an sibi ius cõpeteret, mutuum'que periculum remisit [n]. Sed & in dubio, id est quum dubitatur an læsus sit, uerius est non restitui, id'que litium odio, ut Alexander censuit [o]. Et hinc annotãt Doctores, legem generaliter loquentem, etiam de minoribus intelligi, nisi nominatim excepti uerbis legis sint [p]: & ideo lex municipalis ad cõpromissum cõsanguineos cogens, in minoribus quoque obseruabit [q]: & censoria lex de uectigalibus loquẽs, minores

al. d. c. cum ... ssißent. — si quis ita li... atem. §. fin. ... atulib. — ...ar. l. 1. in fin. — ...in ius uocat. ...ier. — ...i quis ratio... in fin. ff. de ...eg. — ...Aurelio. §. fi. ...c lib. leg. — ...r. d. §. fin. — ...§. fin. — ...si unus. §. il... ff. de pact. — ...quidam dece... in princ. de ...tut. Bart. d. ... — ...l. ubi Bald. j. ...usufruct. — ...cum tale. §. 1. ...Paul. Castr. ...e cond. mo de ... — ...lyn. c. si dili... ...i. col. antepe. ...or. comp. — ...sil. 178. 192. ...nf. 25. col. 2. — ...l. quidam de... ...ns. uers. dam. ...s. & 144. — ...1. 313. in 1. A... ...54. in 2. — ...uers. damnũ. — ...l. quidam. u... ...etr. & Iaco. — ...l. cum conue... ...t. de. pac. dot.

i l. cum donatio. j. eod.
k l. 1. de his qui not. infam.
l l. iusta. ff. de manu uinct.
m Fulg. cons. 103. Ang. 175.
o Anch. cons. 117. Ana. 6. Cur. 66. Sal. l. cum necessitatem. j. de fideicom.
p d. uers. damnũ.
a glo. in auth. ut differ. iud.
b l. transactio. j. eod.
c Bar. l. quod si Ephes. §. 1. de eo quod cert. loc.
d l. non possum. ff. de leg.
e l. 1. ff. de arb.
f l. cum antea. j. de arb.
g l. 1. j. de sententijs sine peri. reci.
h l. aut de re iud.
i d. l. cum antea
k gl. l. 1. j. qñ nõ pet. partes.
l Rubri. j. si aduer. trans.
m l. uerum. §. item. de min.
n l. de fideicommisso. j. eod.
o l. minoribus. de min. Alex. l. necessarijs. colũ. 2. de acq. hæred.
p Bald. l. pen. j. de in fam.
q Bal. l. fin. j. de in integ. resti.

quoq; ad uectigal adiget[r]: quod & generaliter admittendum eſt[s], ut tamen ſciamus, non ideo eis ſublatũ reſtitutiõis in integrum auxilium, & ſi qua remedia ei ætati iure cõmuni ĩdulgent[t].

c ¶ CONFESSIONE. Cũ ſupra ita profeſſum fuiſſe minorem dicatur, hic probatur, cõfeſſionem in ſupplicatione principi porrecta factam, tametſi abſente parte, nihilominus fidẽ facere[u]: nõ tam quòd ſcriptura ſemper loquatur[x], quàm quòd eo animo porrecta uidetur, ut etiam parti ipſi oſtendatur, unde cenſetur princeps uel iudex nuncij officium hac in re præſtare, ut Bartolus cẽſuit[y]. Ego hanc uim profeſſioni ipſi, id eſt actis tribuo, quæ publica ſunt, & acceptare à iudice nomĩe partis, uel à parte ipſa quandocunq; poſſunt[z]: arbitror'q; huiuſmodi confeſſionem non fictione legis induci, ut Socy. quodam reſponſo cenſuit[a]; ſed ex ueritate, quum hic conſtare de re ipſa ex confeſſiõe dicatur, quæ uerba nihil ad fictionem pertinẽt. Illud nõ diffiteor, quandoq; hanc confeſſionem ex tacita quadã cõiectura induci, quũ ſcilicet uerba expreſſim nõ affirmant; uerbi gratia, ſolebãt antiqui ſeruos quos manu mittebant in nomen ſeu familiã ſuam adſciſcere[b]: qđ Ang. Polit Miſcel. cap. XXXI. oſtendit. Pone, C. Proculus aduerſus Damã ſupplicauit, & in libello C. Proculum Damã appellauit, tacite uidet̃ confeſſus eũ manumiſſum fuiſſe[c]. Sanè ſciendũ eſt, non adeò tali cõfeſſioni, quæ in libello facta ſit ſtari, ut contrariũ ꝓbari nõ poſſit, ſiue principalit̃ dicta ſit, ſiue enunciatiue, tametſi ad actus ſubſtantiã neceſſaria aſſertiõe[e]: quẽadmodum autem enunciatiuis uerbis ſtandum ſit, alibi attingetur[f]: ſicut & quam fidem confeſſio hæc, & inter quas perſonas faciat; ſat enim ſit huiuſmodi alio à nobis loco declarata eſſe[g].

d ¶ NECESSARIA NON EST. Quum maioris etiam fidei cõfeſſio quàm publicũ documentũ ſit, qđ qbuſdã argumẽtis Iaſ. oſtẽdit, nam ex ĩordinato ꝓceſſu ſequuta cõfeſſiõe, reus dãnari poteſt, quum alia probatione nõ poſſet[h]: poſt concluſionem cauſæ, ſola profeſſionis prolatio admittit̃[i], quælibet alia reijcitur[k]. Aduerſus rem iudicatam uel generaliter quamlibet præſumptionẽ iuris & de iure cõfeſſio adhuc recipit̃, aliæ ꝓbationes excludunt̃[l]: & ratio eſt, q̃a cõfeſſio nõ tã ꝓbatio eſt, q̃ ab onere ipſius ꝓbationis q̃ddã leuamentũ, ut Doctores cõmuniter tradunt[m]: quæ omnia & ipſe approbo, quum de confeſſione ex actis conſtat: alioqui ſi pars cõfeſſionem teſtibus probare uellet, nõ putarem ſupraſcriptis deciſionibus locum eſſe: quæ enim teſtibus probatur confeſſio, nihilo maiorẽ certitudinem habet, quàm cæteri articuli, ſubeſt'q; tali caſu non minor falſi ſuſpicio, quàm in teſtimonijs, imò incertior alijs probationibus hæc eſſet, quum in illis de eo ſolum teſtes affirment, quod corporali ſenſu uerum eſſe percipitur[n]: at cõfeſſio quamuis ab eis audita potuit errore effutiri[o]. Senſit hoc Iacobellus Puteus[p], dũ ei, qui ſententia arbitri uictus fuit, non cõcedendum ait, ut per teſtes probet uictorem confeſſum eſſe, eam ſententiam iniuſte latam. Senſit Anchonitanus qui reſponſo ſuo oſtendit, ſtatutum quo probationes omnes reijciuntur, confeſſionẽ quidem non reijcere, dum tamen teſtibus quis eam nõ probet[q], admiſſis enim teſtib9 ſtatuto fraus fieret. Senſit Baldus, qui hoc caſu non admitti poſitionem confeſſionis cenſuit, quod enim teſtibus probari non poteſt, nec poni poteſt[r]. Nam & Canoniſtæ ſimpliciter tradunt, aduerſus præſumptionem iuris & de iure nullam extrinſecus à uerbo partium probationem admitti[s]. Concludo igitur, quæ hic Doctores de confeſſione recenſent, de ea intelligi, quæ continenter ore partis in actis probatur, non quæ extrinſecus teſtium examinatiõe probata ſit. Non ẽm ſimplex hæc cõfeſſio eſt, ſed ad caſum potius mixtum pertinet, confeſſionis & teſtium[t].

contractus confeſſione[c] tua conſtet, ſcriptura, quæ probationem rei geſtæ ſolet continere, neceſſaria non eſt[d].

IDEM AVGVSTVS POMPONIO.

QVum mo=

Q VVM MOTA. Querela inofficioſi teſtamẽti per tranſactionem remiſſa, ab hæredibus eius qui tranſegerat, ſuſcitari non poteſt, ſed aduerſus nõ implentem præſcriptis uerbis, ſi ſtipulatio non interuenerit, agendum eſt. Sed cur non potius actiõe de dolo agitur? quum Paulus generaliter dicat, ſi fecerim, puta quia litẽ remiſerim ut des, & poſtea quàm feci tu ceſſas dare de dolo agi[a]. Reſpondetur in primis de dolo agi, quũ ex eo quod factum eſt, nihil alteri adeſt, alioqui præſcriptis uerbis agendum, ut in caſu noſtro: alteri enim qui non adimpleuit, aliquid adeſt, nẽpe liberatio ab ea actione, atq; ita Bartolus Alexandro & pleriſq; alijs uiſum eſt; quæ ſentẽtia generale Pauli reſponſum ſubuertit[b]: nec arbitror tantum Doctoribus noſtris concedi, ut aduerſus Iuſtiniani edictum[c], interpretatione ſua legum uerba deſtruant. Quid idem ſi bonam cauſam filia nõ habuiſſet? Certe nihil ex hac remiſſione penes reum fuiſſet[d]. Accurſius hic cõtractus eius ſpeciem celebratam cenſuit, quum do ut facias, licet contractus à facto cœperit, merito præſcriptis uerbis agi[e]: quæ ſententia cõmuniter diſplicuit, quum receptiſſimum ſit, ab eo qui primum adimpleuit, contractum ipſum denominari, quod infra oſtẽdam: hic autem mulier, quæ querelam omiſerat, adimpleuerat. Ego arbitror hic contractũ fuiſſe, facio ut facias, id eſt remitto querelam, ut certã partem bonorũ accipiam; uerbum ẽm ſuſcipiendi, dationem ſeu translationem dominij ſpecialiter nõ ſignificat[f]; ſed & ad nudum factũ refertur, ſimplicem'q; poſſeſſionis trãslationem denotat[g], quãdoque & ſolam cuſtodiæ cauſam comprændit[h]: hic autem ex ſubiecta materia, non ea fieri poteſt interpretatio, ut dominium translatum ſit, quum non de dando agatur, unde in tranſactione talibus uerbis concepta, non præſtaret hæres euictionem[i]: quia ſimpliciter id actum lex interpretatur, ut res illæ relinquantur, qualiquali conditione ſint penes actorem, meritò is eſt contractus facio ut facias, nempe

remitto

r Bart. l. imperatores. §. 1. de pub.
s Bart. l. ſcire. §. lucius. de adm. tu.
t gl. l. 1. ĩ. ſi de mom. poſ. Mod. hic.
u l. 2. ĩ. de Inſt. & ſubſt.
x l. Arriani. ſupr. de hære.
y l. certum. §. ſi quid ab. de confeſ.
z Bar. l. poſtq̃. ſupr. tit. 1. l. 2. ſup. de æden.
a conſi. 122. in 4.
b l. pater. §. filium. de leg. 3.
c l. cum pretium ĩ. de lib. cau: Bartol. l. non. fate. de confeſ.
e l. qui familiæ. famil. hercis.
f l. ex his uerbis. ĩ. de teſt. mil.
g l. 2. ſupr. de ædend.
h c. 1. de accuſa. ſext.
i c. cum Ioannes. de fid. inſtr.
k c. cum dilectus. eo. tit.
l gl. auth. ſed iã neceſſe. ĩ. de don. antenupt.
m l. eum qui. in princ. & rubr. extr. de prob.
n gl. 199. c. teſtes.
o l. 2. ff. de confeſ.
p l. qui Romæ. §. fi. de uerb. oblig.

q Anch. conſ. 3[...] in quæſtione.
r Bald. l. filiu[...] quem. ĩ. fam. her[...]
s Butr. Card. c. [...] qui fidem. de [...]
t Bal. l. 1. ĩ. ex q[...] bus cauſ. ſer. p[...] præm. Moder. [...] certi quid. §. q[...] niam. ſi cer. pet[...]
a l. naturalis. §. quod ſi faciam. [...] præſc. uerb.
b d. §. quod ſi faciam.
c l. 2. §. pe. ſupr[...] de uete. iur. en[...]
d l. petitor. ff. d[...] lib. leg.
e d. l. naturalis §. 1.
f d. l. naturalis §. 1.
g l. 1. in fin. d[...] libell. dim.
h l. cum pater. §[...] pater plurib. de leg.
i l. ſi profundo. ĩ. eod.

ta[b] inofficiosi querela, matrem uestram cum diuersa parte trãsegisse, ita ut partem bonorum susciperet, & à lite discederet, proponatis: instaurari quidem semel omissam querelam per uos, qui matri[c] hæredes extitistis, iuris ratio nõ sinit. Verum si fides placitis pstita

remitto actionem, ut relinquas certam bonorum partem, quod ex uerbis quoq; legis dupliciter ostenditur. Primum, dum si stipulatio interuenit, ex stipulatu agendum esse ait. Si enĩ hæres ad dandum teneretur, nõ ex stipulatu, sed certi cõdictione experiundũ esset[k]. Rursus dũ i id quod interest fieri cõdemnationem ait, atqui in obligatiõibus dãdi, non in id qđ interest ex stipulatu, sed ad dandum p cise agitur[l]. Nec me mouet quòd stipulatio naturã contractus imitari debeat[m]: quia hoc falsum in cõtractibus innominatis est: in eis enĩ ex se tanq̃ efficacior censetur, quod alibi Bar.[n] recte tradidit, & infra attingã.

b ¶MOTA. Sciendum est, querelã ex hæreda to cõpetentem, eo mortuo ad hæredem siue suũ, siue extraneum regulariter nõ transmitti[o]: iniuria enim personalis ipse exhæredato uidetur facta, q̃ ipse moriens remisisse censetur[p]: quòd si mota sit iam lis uel præparata, fiet in quẽcunq; hæredem transmissio, quia huiusmodi ex præparatione satis arguit mens exhæredati iniuriã hanc nõ inultam omittere cogitantis[q]. Verum & lege noua Iustiniani exceptus à regula est casus, quo nondum pparata querela nihilominus in nepotem transmitteret[r]: quæ dispositio quum aduersus iuris ueteris regulã esset, coarctata est, ut non pcedat, quũ pater eam querelam uiuens repudiasset, idq; siue expresse, siue tacite, ut quia quinquenniũ labi permisisset[s]. Sed & nec tunc quoq; procedit, quũ uiuẽte filio exhæredato, hæres ipse scriptus adijsset, quũ enĩ ab aditione ipsa querela oriatur[t]: si ea iam orta, filius tacuit, nihilq; pparauit, sibi imputat, remisisse tum quoq; iniuriam uidetur, & nihil ad nepotẽ transmittit: & hoc cõmuniter ferè hic receptum est[u]: licet nõ pauci dissentiant[x]. Si enĩ ultima legis uerba perpendamus[y]: solũ excludere nepotem uidentur, quũ pater post aditam hæreditatẽ per quinquenniũ tacuit. Sed aduertendũ est, eis uerbis exceptionem de regula nõ sumi[z]: uerum à Iustiniano tres separatos casus recẽseri, qđ ex priore exemplo apparet, quo non de exhæredato filio loquitur, sed de eo cui minus relictum sit, q̃ per leges debuerit: nec enĩ hic quoq; casus quicquã de regula excipit, quæ in exhæredato loquit. Quan q̃ & id dici possit exceptionẽ ad ius uetus referri tanq̃ duobus illis casibus nihil à Iustiniano inductum dicat, sed ex iuris ueteris dispositiõe ita constitutum fuisse.

c ¶VOS QVI matri. Limitate loquitur textus de ipsis matris hæredibus, qui semel omissam à matre querelam instaurare nequeunt: ma ter uero ipsa si uiueret, posset[a]. Et ratio differentiæ est in promptu, ut enim ad hæredes transeat querela, eam oportet saltem præparatam esse: at renunciatio matris præparationem sustulit, & licet pacto nõ perimatur actio, sed ad eam adhuc propter inobseruationem aduersarij reuerti pos simus[b]: tamen præparatio ipsa quũ in effectu p empta sit, id ius tanq̃ personale ad hæredes transire nõ potest, & ideo hæredes agere nõ possunt, mater si uiueret posset: & ita ego cõmuniter approbatam hãc dissolutionẽ defendo. Sed quum supra diximus, in nepotẽ hodie transmitti querelam, etiam non pparatam, an si filius trãsegerit, deinde eo mortuo, non obseruetur, poterit nepos ad querelã reuerti? Et Alex. posse cẽsuit[d]: nec legi nostræ tunc locũ esse, quum cesset ratio pparationis, quæ necessaria hodie non est, quod & Rimi. latius disputando approbat. Contrà Bal. Fulgosiusq;, quibus ego accedo. Transigendo enĩ hæres scriptus adire uidetur[e]. At adita hæreditate supra ostendi plerosq; necessariã esse pparationem existimare, nec legi Iustiniani locum esse, nisi quũ deliberante hærede filius fato functus est, quæ sententia paucos in specie aduersantes habet. Tametsi Accur. & Bar. & pleriq; alij generaliter scripserint, hodie non pparatam querelã transmitti[f]: qđ si tam late accipiatur, nõ sat probabile est[g]: multæq; leges corrigerentur, & nostra in primis, quare ego aliorũ sententiam probo. Cæterũ fuere, qui hanc legem aliter intelligendam censerẽt, & renunciatiõis querelæ uerba perpendenda existimarent: ut si renunciatio sub modo facta sit, q̃uis non adimpleatur modus, tñ reuerti ad eã filius nõ possit[h]: idq; odio querelæ. Si uero sub cõditione facta sit, puta, renuncio querelæ si dederis tale pdium, secus sit: non secuto enim cõditionis euentu, salua erit inofficiosi querela[i]. Sed hac distinctione diuinari nimium pleriq; censuerunt, tametsi uerum & regulare sit, conditione non impleta, priorem causam saluam manere[k]. Sed nunquid in dubio credemus conditionem, an potius modum contractui inesse? Et Bar. modum potius psumi credidit[l]: quæ sententia in transactione uera est, quæ contractus innominati species est, cõstatq; tales contractus sub modo concipi[m]: quod & in alijs cõtractibus existimandum est[n]: in quibus etiã si dictum sit, ea cõditione aliquid fieri, tamen de modo intelligemus[o]. Quod restringendum est, nisi de contractu agatur, cuius natura conditionem requirit: ut quũ pmittitur pro dote, subauditur enĩ cõditio, si matrimoniũ sequat[p]. Idem si actũ sit, ut prius adimpleat qđ ea clausula con ceptũ est, q̃ principali dispositioni sit locus[q]: q̃ & ratio forte est, ut ablatiui absoluti ad cõditionem referant, quũ ex pteriti tpis participio cõsistunt[r]: apparet enĩ id agi, ut prius ea clausula ad impleat, qđ in ultimis uolũtatib9 maxĩe est dicẽdum, in qbus facilius cõditionẽ subesse interpꝛtamur[s]. Et ex his apparet, quũ modus in tali pacto renunciatiõis psumat potius q̃ conditio, pdictã solutionẽ recte reprobari[t]. Quapropter Bal. aliã sñiam cõcessit, ut distinguamus an omissa, id est repudiata exp̃ssim sit q̃rela, & legi nr̃æ locus sit, ut

k ...st. de uerb. o... §. in prin.
l ... ubi autem. §. ... de uerb. obl.
m ... l. stipulatus. ff. ... usur.
n ... l. 2. ꝗ. de cond. caus. Aleran. ... l. 40. in 4.
o ... l. scimus. in fin. de inoff. l. scri... ff. unde lib.
p ... l. fin. ꝗ. de reuo... don.
q ... l. posthumus. §. ... l. seq. ff. de in... test.
r ... l. si quis filiũ. de inoffic. test.
s ... d. l. si quis fili... in fin.
t ... l. Papinianus. ... si condition. de ... offic. test.
u ... Marti. Iacob. ... Salyc. & ... hic. & in d. l. ... quis filium.
x ... Rim. & Dec. ... Paul. Castr. ... §. fin.
y ... d. l. si quis filiũ.
z ... l. nam quod li... de. §. si de pe... leg.

a l. si instituta. in princ. ff. de inoff. test.

b l. cũ proponas. 2. supr. tit. 1.
c d. l. si quis fili.
d arg. d. l. si instituta.
e l. geri. de acqu. hæred.
f d. l. si quis filiũ.
g d. l. scimus. c. fin.
h arg. l. quibus diebus. §. Termlius. de condict. & demon.
i d. l. si instituta.
k l. fi. §. pen. ꝗ. cõ. de leg.
l l. quæro. §. fi. ff. locati.
m d. l. naturalis. in prin. et l. quoniam. ꝗ. de rer. permut.
n l. cum res. ꝗ. de donat.
o l. ea conditione. ꝗ. de resc. uend. d. l. quoniam. ubi Bald.
p l. stipulationẽ. l. promittendo. de iure. dot.
q l. qui promisit. de con. inde. l. cũ tale. §. 1. ubi Pau. Castr. de cond. et dem.
r l. à testatore. de cond. & dem.
s gl. l. 2. ff. de in diem adiect.
t ad d. l. si instituta.

ut nulla fiat transmissio[u]: an uero simpliciter sit trāsactū, ut à lite desistat, & cōtraria lex ꝓcedat[x]: id'q; & Dec. probat, & nos quoq; secuti sumus[y]. Sed procul dubio prima resolutio, quæ cōmuniter tenetur, uerior est, & uerbis utriusq; respōsi magis conuenit, quū & renunciatio iuris, qđ iam delatū est, pacto fieri possit[z]: & ideo inter pactū & renunciationē non sit ulla differentia.

non est, in id quod interest[d] diuersam partem recte conuenietis. Aut enim si stipulatio conuentioni subdita est, ex stipulatu actio competit: aut si omissa uerborum obligatio est, utilis actio[e], quæ præscriptis[f] uerbis rem gestam demonstrat, danda est.

d ¶ID QVOD interest. Quū em̄ hic sit contractus facio ut facias, q̄q; uis stipulatio addita proponatur, quia obligationē facti continet, nō nisi quatenus interest cōmittitur[a]: ut supra declaraui. Bar. tamen & cæteri cōmuniter, qui contractum hunc esse, quū facio ut des, censuerūt: ideo præcise ad dandum ex hac stipulatione non agi credidere[b]: quia cōtractus innominati naturam imitetur. Dubiū aūt non est, in contractibus innominatis, etiā si obligatio dandi prætendatur, ad id quod interest solum agi[c]. Sed certe hæc sententia ratione caret, ut stipulatio, quæ efficacissimi contractus est species, ad imbecillem innominatorum naturā dirigať, quū ideo inuenta sit, ut uberius ex ea nobis q̄ ex illis consulať: alibi'q; semper appareat, ex sui ipsius natura, quod ad hos contractus attinet, diiudicari stipulationē[d]: quod multis rationibus Iason hic ostendit, & alibi ibi Bar. censuit, qui hodie raro contractibus innominatis locum esse affirmat, quia soleant tabelliones in documentis suis semper stipulationem apponere[e]. Verior ergo est nostra sententia, ut hic contractus sit, quum facio ut facias, q̄q; uis autē stipulatio à contractibus innominatis non regatur tanq; debilibus, à nominatis tamē secus est. imitatur em̄ eorū naturam[f]: quia quū illi sua natura efficaces sint, & actiones pariant, eis addita stipulatio cuiusdam accessionis loco est, quæ principale ipsum imitari debet, quod à nobis alio loco fusius explicatum est[g].

e ¶VTILIS actio. Quū actio præscriptis uerbis subsidiaria sit, detur'q; alijs deficiētibus actionibus, semper utilis dici potest, nempe aliarum actionū respectu, quæ ordinariæ sunt[h]: & quas ipsa præscriptis uerbis actio imitatur. Solet em̄ dici contractus innominatos secundum eorum nominatorum naturam diiudicari, quibus assimilantur[i]: quod si hanc actionem ex seipsa perpendamus, nunq; utilis, sed directa est, quia directò ad omnes contractus pertinet, in quibus alia actio non præstatur[k]: id'q; & ex uerbis & ex mente legislatoris est, ut merito utilis & directæ non ita hoc casu possit assumi distinctio, sicut in nominatis contractibus[l]: quod & Alex. alibi sensisse uidetur, qui nullam actionem præscriptis uerbis non esse directam tradidit[m]: quod & lege nostra & plerisq; alijs probatur, quibus apparet præscriptis uerbis ideo dici, quia eis rem gestam simpliciter actor demonstrat. Bar. tamē hoc in textu non solum utilem esse hanc actionē existimauit, sed etiam datiuam: quoniam lex infra ait, danda est. Datur aūt ex æquitate quadam Quum em̄ mater promisisset à lite discedere, ea promissio nunq; uidebatur adimpleri posse, q̄a futurū tempus respicit, & qui hodie destitit, cras fortè non desistet: & qui de iure nō agit, fortè de facto experietur[n]: meritò tanq; ex parte sua uel hæredum ipsius non sit adimpletum, secundum communes iuris regulas nulla actione agere debuit, nisi aliud Prætori ex æquitate uisum esset. Sed hanc sentētiam excepto Alex. ferè nullus ꝓbat, quum em̄ promiserit mater desistere, atq; ita usq; ad mortem destiterit, satis censetur adimplesse[o]: nec tali casu factum hæredū ꝓmisisse uidetur, quū querela non præparata ad eos nō trāsmittatur, ut supra ostendimus: quorsum igitur de eis actum credibile est? Nā & aliqua uidetur differentia, an quis ꝓmittat non petere, an desistere à lite, et ex parte sua adimplere[q]: alioqui nec ipsa quidē mater uiuens petere quicq; potuisset, tanq; non adimplesset, quod tamen falsum est[r]. Nec me mouet quod lex ait, dandam actionem quia hoc modo loquendi utitur etiam his in actionibus, quas natiuas uocant[s]: quæq; præcedenti ex materia communibus iuris regulis oriuntur, cuius rei rationem li. Dispunct. quarto cap. ultimo reddidi. Nunq; em̄ lex actionem concedit, nisi ex iusta causa uel consensus uel æquitatis producatur[t]. Nec usq; iure nostrò legitur differentia hæc, datiuæ natiuæ'q; actionis, sed promiscue Iuriscōsulti dari nasciue actionem dicūt, quod & nostrates aliqui tradidere[u].

f ¶PRAESCRIPTIS uerbis. Erant contractibus nominatis certæ formulæ constitutæ, quæ et ideo uulgares dicunť[x]: quia omnibus eius speciei contractibus, mutato puta nomine & precio competebant. Vnde & exordium uulgare Ciceroni lib. primo ad Heren. cap. secundo, qđ plurimis conuenit, non ita erat in contractibus innominatis, in quibus tota rei series necessario describebatur, alioqui discerni nō potuisset, quænam ex quatuor speciebus esset[y]. Sed cur in casu nostro actio præscriptis uerbis datur, non autē de dolo? Et supra ostendi, contractum hic fuisse, cum facio ut facias, unde præscriptis uerbis solū agitur[z]. Accur. uero cōtractum fuisse, do ut facias censuit, licet in faciendo præuentum fuerit, hinc'q; in ea ipse fuit hæresi, ut contractus innominatos à forma conuentionis nomen sumere crediderit, quæ sententia non est recepta: sed in eam cōmuniter itum est, ut ab actoris ipsius facto denominentur[a]: qui non prius agere potest, quàm ipse adimpleuerit, unde eo nomine aget, quia ipse dederit uel fecerit, petet'q; ut alius quoq; det uel faciat[b]. Anteq; em̄ adimpletum ab aliquo sit, nulla censeť talis cōtractus subesse causa unde ab eo pœnitētia alterius recedi nō potest[c]. Finge igitur, dedi tibi Stichum, ut Pamphilum

manu

u d. l. si quis filium. in fin.
x d. l. si instituta
y arg. l. Papinianus. §. si qs post rem. ff. de inof. te.
z l. j. supr. tit. j.
a l. stipulationes. non diuiduntur. uers. Celsius. de uerb. oblig.
b d. l. ubi autem §. fin.
c l. naturalis. §. j. de præsc. uerb.
d l. cum precibus. j. de reb. permut. Bald. l. quamuis. j. eod.
e l. 2. j. de condic. ob caus.
f l. si stipulatus. ff. de usur.
g in Rubr. ff. de uerb. oblig.
h l. quoties de præscr. uerb.
i l. eum qui. §. j. commod.
k l. 2. de præscr. uerb.
l l. curatoris. j. de neg. gest.
m l. iurisgentium. in princ. de pact.
n l. ubi. j. eod.
o l. Mutian[a] de condic. & demo[nstr.]
p l. si sic stipula[tus] 2. de uerb. oblig.
q l. destitisse. ff. de iud.
r arg. d. l. si insti[tu]ta.
s l. eleganter. in princ. de dol. l. j. l. si tibi areæ. de præsc. uer. l. j. de æstima. act. l. me[]mor. de euict.
t l. si x : & Ti[t]ium. si cer. pet.
u Fulg. & Dec. hic.
x l. 2. de præscr. uerb. l. si seruus. nauem. ff. de fur.
y d. l. naturalis. facit. l. j. §. si quis seruum depo.
z d. l. naturalis, §. pen.
a Bar. l. ex plac[ito] j. de rer. permut.
b d. l. iurisgent. in princ.
c l. si pecuniam. de condic. ob cau.

manumitteres, contractus est do ut facias. Pone manumisisti, euictus est Stichus, quomodo tibi succurrendũ? Et si sciens Stichum alienũ tibi dedi, quia datio hæc dolo facta, perinde est ac si nõ facta, nec quicq; adimpletũ esset, uideberis tu fecisse ut ego dem, & ideo de dolo ages[d]; quod si nesciens dedi, quia quod in me est prior adimpleui, absolutusq; est contractus, imputari mihi dolus non potest, & ideo præscriptis uerbis agetur[e]. Est enim inspecta mente contrahentium συνάλλαγμα, id est mutuum commercium, quia uterq; nostrum recte datum Stichum credebat. Hinc igitur constat, Accur. sententiam ueram non esse. Bar. quẽ plurimi sequuntur, contractũ fuisse facio ut des existimat, id est desisto à lite, ut partem bonorum des. Sed huic obstat Pauli responsum, hac in contractus specie de dolo agi solum decidentis[f]: cui rñderi citra calumniã non potest, cũ generalem regulã Iureconsultus ibi tradat, quod alibi latius ostendi. Nos à uerbis legis temere recedendũ non arbitramur, cuius ratione hanc existimamus, quòd cõtractuum innominatorum (unde ciuilis actio orit̃) causa est res ipsa, quæ data sit[g]. Vnde & hæc omnis materia tractatus ob rem dati appellatur[h]. Interuenit autẽ hac in datione factum utriusq;, quod lex συνάλλαγμα uocat: quum enim dare sit dominium præstare: non possum illud in te transferre, nisi & tu acceptes[i]: ex facto igitur utriusq; incalescit hic contractus, ciuilisq; actioni sufficit. At quũ facio ut des, nullum ex tui parte ius tibi acquisitum est. Vnde quũ solũ alterius factum interuenerit, actione doli tantũ Prætor mihi succurrit[k]: quod latius à nobis alibi demonstratũ est[l].

IMP. GORDIANVS *Aug. Licinnio.*

TRansactionis placitum ab eo interpositũ, cui causæ actionem, nõ decisionem litis mandasti, nihil petitioni tuæ derogauit.

TRANSACTIONIS. Agere est iudicio persequi: Vnde causarum actor patronus dicitur, quãdoq; & declamator, quia fictas agit. Pone igitur, alicui causæ ipsius actionem solã mandatã, num transigere poterit? Et uidebatur posse, quia ad sententiã quoq; accipiendam procurator constitutus est[a]: argumentamur autẽ sæpissime à sententia ad transactionẽ[b]. Sed tamẽ contrariũ hic decidit, quòd qui transigat, in iudicio nõ prosequatur, sed potius à lite desistat, & oppositum eius, quod sibi mandatũ est, faciat: quod in eo dici nõ potest, qui sententiã expectat, id est usq; ad finẽ mandati sibi negotij persistit. Nã & ea mandantis mens fuisse uidet̃, ut iuris authoritate finẽ lis habeat, nõ transigentis pacto, quod à iuris decisione separat̃. Et ideo concludunt communiter Doctores, talẽ procuratorem, qui ad agendũ cõstitutus sit, cõpromittere in arbitratorem non posse, quia species hæc transactionis esset[c]. Ideoq; in arbitro, licet reclamãte Ang.[d] receptũ est: quis enim etiã corã arbitro agere quis dicat̃, exæquataq; iudicijs sint arbitria[e]: non uidet̃ tñ hoc mandato id actum esse[f]: quia mens uniuscuiusq; interpretanda est, ut minus quàm fieri possit sibi præiudicatũ uoluerit[g]. At in arbitrijs, quia appellari propter pœnam non potest, maximũ est præiudicium[h]: unde cõpromittendo aliquis in culpa uidetur[i]: ideo uerisimile nõ est de hoc fuisse mãdatũ: qua ratione nec deferre iusiurandũ talis procurator poterit: hoc enim manifesto detrimento esse domino suo posset[k]. Non procedit cõtextus nostri cõclusio quibusdã casibus, et in primis in eo nõ habet locũ, qui speciali mãdato transigendi potestatem habeat[l]. Sed nũquid procurator ad transigendum poterit cõpromittere? uel uice uersa, qui ad cõpromittendum sit datus, trãsiget? Et Iason negat, quod mandati fines diligenter custodiendi sint[m]: & quia non omnino similia hæc sunt, quum qui transigit, odio litium id facere uideri possit, quæ nõ minus sub arbitris durant, quàm sub iudicibus[n]. Item quia in trãsactione aliquid omnino recepturus est[o], quũ ex cõpromisso fortè nihil consequetur. Item à transactione recedi nõ potest, ab arbitro quandoq; recedi potest[p]. Item qui transigi mandat, iudicium procuratoris sequitur, nõ cuiusuis alterius, puta arbitri. Alex.[q] tamen & Cor. quibusdã responsis, itemq; Dec. hic aliud sentiunt, propter similitudinẽ, quæ cõpromisso cũ transactione est, & ideo arbitrant̃ mandatum ad similem casum trahi posse[r]. Ego tum demũ effectu simile esse cõpromissum transactioni arbitror, quũ sequuto laudatiuo, aliquid utrinq; datum acceptumq; est: unde tali casu horum sententiam sequerer, alioqui ab Iasone non discederem, idq; in arbitratore. Compromissum uero in arbitrum prorsus transactioni dissimile sentio[s]. Sed nunquid is cui facultas cõpromittendi concessa est, in arbitratorem compromittere poterit? Et quidam censuerunt non posse, quia compromissi appellatione in dubio de eo intelligendum est, quod ideo fiat, ut causa iure decidatur non de facto[t]: quæ sententia uera est, quia compromissum proprie de arbitro propter pœnam dicitur[u]: non de arbitratore[x]. Rursus non procedit conclusio in eo, qui in rem suam procurator constitutus sit[y]: dubium autem non est, tam ex parte rei, quàm ex parte actoris procuratorem in rem suam constitui posse[z]. Cæterum & generalis procurator recte transegisse dicetur, si in domini utilitatem appareat transactionem uerti[a]: eo argumento, quo solemus dicere prohibita alienatione, non eam censeri prohibitam, quæ domino ipsi utilis sit[b], quæ sententia uerior uidetur[c]. Idem dicendum, quum de modico præiudicio agitur: nam & de re modici ualoris compromittere talis procurator potest[d]. Idem si domini consensus accessisse aliquo modo arguatur[e]: ut quia eo sciente & non reclamante à procuratore transactum sit[f]: uel quia dominus solitus sit eo modo & ipse transigere[g]. Vel quia talis loci sit consuetudo, ut lites transactionibus dirimantur: quæ enim ex consuetudine sunt, generali mandato continentur[h]. Quod fortius censendum, si ex necessitate statuti transactum sit. Nam & tali casu traditum est, generalem procuratorem ad compromittendum ex legis iussu cogi posse, quia dominus mandando ut litiget, censetur iuxta legis

i l. si dictum. §. si promisero. de euict.
k l. iusiurandum §. fin. cum l. seq. ff. de iur. iur.
l c. qui ad agen. in fi. de proc. in 6. gl. hic.
m l. si procurator. ad unam. ff. de proc.
n l. 1. de arb.
o l. transact. ĩ. eo.
p c. quintauallis. de iureiur.
q Alex. consil. 21 in 7. 96. in 6. Corne. 54. in 2.
r l. fi. §. fi. mand. l. si quis mihi. §. sed si quid mand. de acq. hæred. l. iam tamen. §. pe. iudica. sol.
s d. l. 1. Bart. l. 3. §. si seruus. de pecu. l. prætor. de tut. & cur. da. ab his.
t Spec. tit. de arb. §. sequitur. uers. uers. quid si simp.
u l. 2. de arb.
x l. pe. supr. tit. 1.
y l. sed si tantum. ff. de pact. gl. hic
z l. plane. famul. hercisc.
a Anch. d. c. qui ad agendum.
b l. cum hi. §. eã. ff. eo.
c l. non eo minus. ĩ. de proc. Fel. c. causam. col. pen. de iud.
d Ang. d. l. mandato generali.
e Bald. rub. ff. de exercito.
f l. 1. §. magistrũ de exercit. Abb. c. cum olim. de off. fic. deleg.
g l. uel uniuerso. de pign. act.
h Barto. l. fin. in prin. de his quæ in fraud. cred.

gis municipalis formam mandasse, nempe ut si compromitti petatur, compromittere is possit[i]: quod omnes recentiores hic censuere, excepto Decio, qui hoc quoque casu subesse legis nostræ rationem credidit: mandatum enim procuratori est, ut agat & litiget, non ut compromittat aut trāsigat. Sed responderi potest, eum q̄ sub tali arbitro litigat, nō transigere, sed agere proprie dici: habent em̄ arbitri qui iussu legis eligūtur, nō simplicem notionem, sed iurisdictionē, & ideo ab eorꝫ sententia appellari, sicut à quibuslibet delegatis iudicibus potest[k]. Illud quoq; ab omnibus traditum est, legi nostræ locū non esse, quū quis procurator cum libera potestate constitutus est. Is em̄ ius transigendi habet[l]: uideturq; cū libera potestate constitutus, cui generale mandatum concessum est, addita clausula, qua dominus ꝑmittebat ratum habere quicq̄d ille gesserit[m]: secus si ea clausula speciali mandato accessisset[n]. Et ex his cōsequens est, ut administratores & Præsides transigere possint, quia liberā potestatē habere censentur[o]: quo argumento à Bar. traditum, generalē exercitus p̄fectum pacem quidem facere nō posse, inducias uero posse, qđ hæ transactioni magis accedant[p]. Non tamen ꝑpetuum est, ut procurator cū libera transigere possit. Quid em̄ si liberam potestatē non in causa[q], sed in lite seu instantia solū habeat? Quid si ꝓcurator liberam à lege certis tantūmodo casibus consecutus sit[r]? Quid si hic ꝓcurator ignoret se habere liberam, & nihilominus transigeret[s]? atqui tali casu p̄ualeret fortè opinio ueritati[t]. Quid si pecunia corruptus aut dolo malo iste transigeret? non ualeret ipso iure, ut aliqui existimant transactio[u]: qđ si precibus uictus dedisset manus, transegissetq;, ualeret quidem, sed rescindi posset[x].

IDEM AVG.

Iunio militi.

De alimētis præteritis si quæstio deferatur, transigi potest: de futuris aūt, sine prætore aut præside interposita transactio, nulla authoritate censet.

DE ALIMENTIS. Alimenta p̄teriti temporis peti possunt, & ideo etiā sup eis trāsigi potest: sup futuris uero non, nisi authoritate seu decreto Prætoris accidente transigi potest. Ratio differentiæ ex eo consistit, quòd sup futuris alimentis pendet hominis uita[a]: ideo difficilius concessa in eis est trāsactio, q̄a solebāt pleriq; modico p̄senti cōtenti esse, q̄ nimiæ facilitatis in posterū esurientes pœnam dabant, & ideo Diui Marci oratione eis succursum est[b]. Nec refert relicta sint alimēta paupi an diuiti, nā nec diues futura alimēta absq; Prætore remittet[c]. Posset em̄ labi facultatibus, quū multæ sint humanæ sortes[d]. Nā & ipsum timens Diuus Augustus filias iussit lanificiū doceri. Constatq; legatum alimentorꝫ diuiti relictū, si ea cōtemplatione fiat, qđ ad incitas redigi possit, ad piā causam ꝑtinere[e]. Et ideo nullū in eo legi falcidiæ tali casu locū esse. Vnde publicatis cuiusq; bonis firmum adhuc esset deportato id legatū[f]. Rursus nō refert, qđ alio nomine q̄ alimentorꝫ relictū sit, ut quia dictum sit, uictum alimoniā, educationem, nutriticiū, cibariū relinq, & si qua similia hic à Decio relata. Nā & tradidit Fulg. Iasonq;,

i l. ad rem mobilem. l. ad legatū. de procu.

k l. fin. ubi Ias. ī. de iud.

l l. procurator. cui libera. de pc.

m Bart. d. l. procurator.

n Bart. l. 1. de off. proc. Cæs. Alex. l. si procurator. ī. de proc.

o l. præses. ī. eod.

p Bar. l. conuentionū. ff. de pact.

q Bar. l. qui Romæ. §. Callimachus. de uerb. ob.

r d. l. de off. proc. Cæs.

s Bal. & Aret. l. li:xt. ī. de proc.

t Bar. l. multum de cond. & de.

u l. 1. ī. de aduo. diu. iud.

x Alex. l. qui Romæ. §. fi. de uerbo. oblig. col. 65.

a Bart. tractatu alimentorum.

b l. cum hi. ff. eo. I

c d. l. cū hi. uers. nec interest.

d l. fi. ī. de præs. 30. anno.

e gl. l. si quis. Titio. de leg. 2. Alc. l. diuus. ad l. fal. II

f l. pen. de cap. dimi. l. 3. de his quæ pro non scr.

si dictū sit, uxorē relinqui dominā & fructuariā, ꝓpter Bulgari consuetudinē de alimentis intelligi[g]: & ideo transigere eā non posse. Sed nūquid cōpromittere de alimentis futuris quis poterit? Et in arbitratorē non posse, omnes fatent. In arbitrū uero posse Specul. Alber. Iasonq; credidere[h]: quā sententiam ego sequi nō possum. Quū em̄ nec delegatus quidem Prætoris hac de re cognoscere possit[i]: consequens est, ut multo minus arbiter possit, qui notionem tantū non iurisdictionē habet[k]. Nā & quoties lex absq; certa solennitate alienationē ꝓhibet, cōpromissum quoq; omne ꝓhibere censet[l]. Vnde quoties lex transigi uetat, fortius & cōpromitti[m]. Quibusdā tamen casibus de futuris hisce alimentis conceditur transactio, ut quū eā cōstat in utilitatem alimentorꝫ tendere. Id em̄ egit oratione sua Diuus Marcus, ut quàm optima eorꝫ esset conditio, nō ut hac ꝓhibitione deterior fieret[n]: alioqui qđ ob fauorem constitutū esset, in odium uerteret[o]. Sed & ex uoluntate testatoris ꝑmittetur transactio, si fortè id eis testator cōcesserit, ut trāsigere possint[p]: qđ Ang. Deciusq; hic annotarunt. Rursus receptior est s̄nīa, si cū iuramēti religiōe transactū sit, ualere cōtractū: quū em̄ id ius priuatū fauorem principaliter respiciat, iurisiurandi accessione contractus firmabit[q]: quod pleriq; hic tradiderūt, quibus ipse accedo, prætereq;, quū is qui trāsigit ꝓpter inopiam tum quoq; imminentem, uerisimiliter fame laboraturus esset, tunc em̄ uidetur alimentorꝫ remissio aduersus ius naturale esse: & ideo tali casu orationi Diui Marci adhuc locū esse cum aliquibus, ꝓpter sententiæ æquitatem, arbitror[r]. Cæterum & quum alimenta non ultima uoluntate, sed ex contractu debentur, posse super his transigi dubium non est[s]. Cuius rei duæ adducuntur rationes: Altera, quòd prohibitio transactionis duplici coniunctim fauore innitatur, alimentorum, & ultimæ uoluntatis: qui fauor si altrinsecus imminuatur, cessat prohibitio[t]. Altera, quia quod ex contractus debetur, facilius remitti potest. Qui enim contrahendo ipse quicq; sibi acquisiuit, uerisimiliter non nisi prudenter, et ex euidente utilitate illud remissurus est[u]: quū quæ nobis aliud agentibus, facto alieno, puta testatoris, tribuuntur, facilius prodigantur: quia ut inquit Martial. Res est non parta labore, sed relicta. Adde qđ uolūtatis quoq; testatoris exequēdæ fauor uersat, q̄ ideo alimenta reliquit, quorꝫ natura est, ut paulatim distribuantur[x]: ut ab eo non auferrentur, haberetq; ille unde se toleraret[y]. Nam & aliàs non tam facile super ultimis uolūtatibus permittitur transactio, quàm in cōtractibus[z]. Postremo hæc in alimentis futuris locū habent, in his uero, quæ retro debita sunt supra diximus indistincte transigi posse. Nec nouum est, plus fauoris alimentis futuris concedi, quia in his uita hominis consistit, quæ dilationes, ulterioresq; moras non recipit, quàm præteritis. Quapropter ut alimenta in futurum constituantur

g glo. auth[...] locum. ī. si se[...] do mul. nup.[...] III

h arg. l. 1. de[...]

i d. l. cum h[...] sed nec manda[...]

k Bar. l. præt[...] de tut. et cur. d[...]

l l. si minor. [...] annis filiosfa[...] § 1. de minor.[...] I

m l. non dis[...] guemus. §. de [...] berali. de arb.[...]

n d. l. cum hi[...] II *eam.*

o l. non eo. ī.[...] proc. Rom. co[...] 316.

p l. 1. ff. de reb[...] III

q c. cum conti[...] gat. de iureiur.[...]

r Fed. consil. 6[...] Imo[...] c. cum co[...] IIII *tingat.*

s d. l. cum hi. §.[...]

t l. si familia. d[...] iuris. om. iud. iun[...] cta l. illud. ad l. Aquil.

u Bar. tractat[...] de alim.

x Bar. l. pecunia[...] de alim. leg.

y l. Caio. §. impe[...] rator. de alim. le[...]

z l. de his. ff. eo. V.

stituantur, etiam feriatis diebus recte agi poterit[a]. Vnde & lex municipalis eandem interpretationem recipiet, ut Areti.[b] respondit. Sic à sententia, quae alimẽta in futurum decernit, appellari non poterit, quum quod ad praeterita attinet secus sit[c]. Quod generaliter procedere in omnibus alimentorum priuilegijs Decius sẽsit, ut ad futura tãtum trahantur[d]. Sed haec sententia plures captiones habet, quoniam leges plerunque indistincte loquuntur, uidemusque non pauca etiam praeteritis alimẽtis indulgeri[e]: satisque est si Decij sententiam in his priuilegijs sequamur, quae exequutionis celeritatẽ respiciunt, ut quod de ferijs appellationeque prohibita diximus, uel ut breuiores dilationes dentur[f], aut cõpensationes exceptione ea non retardentur[g], & si qua similia. Tametsi etiam in praeteritorum alimentorũ causis, ea competere priuilegia quae celeritatem exequutionis respiciũt, adhuc crediderim, quoties is, qui peteret esurie paupertateque laboraret: subest enim eadem fauoris ratio, quũ si quamprimũ aestimationẽ eorum consequatur inde ali possit[h]. Sed quomodo uerũ est, alimẽta praeteriti temporis peti: & ex hac constitutione satis probatur peti ea posse[i]: idque in ipsis speciebus si eas in praesentia dari interstit[k]: alioqui ad aestimationem deueniendum. Excipitur tamen casus quũ huiusmodi alimenta officio iudicis ei debent, qui aliunde se alere nõ potest[m], ut in filio fami. quem pater alere in subsidium tenetur[n]: in monacho quẽ Abbas & ipse nutrire debet[o]: in uxore quam haeredes uiri ante dotem restitutam annua die pro mariti dignitate exhibere debent[p]: his enim alimẽta praeterita nõ debentur, quũ uixisse iam eos appareat, & ideo ad id subsidium recurrere necesse non habeant: quod intelligendum, nisi filius patrem, monachus Abbatem, uxor haeredes mariti iam interpellasset, & propter eorum moram aes alienum alimentorum causa contraxisset: posset enim peti, ut creditoribus illi soluerent[q]: quod Alex. hic approbat, & in ea specie respondit Bald. cũ uidua interpellatis haeredibus ad fratris sui domum cõcessisset, ab eoque educata fuisset[r]. Decius hic negat uxori in subsidium deberi alimẽta, & ideo etiam eius anni praeteriti petitionẽ indistincte ei dari, quam sententiam omnes merito damnant[s]: nec difficilis est eius rationum confutatio, quae ex Iasonis scriptis petenda est[t]. Defendi tamen eius sententia posset, quum ex lege municipali haec alimenta uxori deberentur, si dotẽ non petierit[u]. Nam & hoc casu relatum extat, sicut mulier pacto dotis suae conditionem deteriorem facere non potest[x]: ita nec alimentorum, quae dotis ipsius appendices sunt[y].

IDEM AVG. *Agrippino.*

SI super possessione[a] quae tibi quaesita est, quum quaestionem patereris à fratre uxoris[b] tuae, pactum cõuentum[c] & stipulatio inter uos, ut allegas, interposita est, ut si intra diem certum[d]

SI SVPER POSSESSIONE. a ¶ Conditio in transactiõe loco dationis actori sufficit, & ea defecta, utiliter aduersus uendicantem excipitur.

b ¶ A FRATRE VXORIS. Hunc leuirum dici Accurs. ait, quod falsum est, quũ leuir solum mariti frater, non uxoris sit, quasi laeuus uir, ut Noni. Marc. existimat: uel ut alij uerius arbitrantur, à Graeco δαὴρ. Duorum uero fratrũ uxores ἐνατέρες id est, Fratriae dicuntur, non ianitrices, ut in corruptis est exemplaribus[a].

c ¶ PACTVM CONVENTũ. Si cõditio euenisset, ad uersarius que decẽ aureos dedisset, proculdubio haec transactio fuisset: sed quum conditio non euenerit, merito lex pactũ appellat, quũ trãsactio nõ sit in qua nihil sit datum, & ita Odofredus sensit, quae sententia probabilis est. Caeteri tamen contrà, quia facultas intra certum tempus rem ipsam redimẽdi, loco dationis est[b]: conditioque ipsa causae uim habet[c]: & lex quae aliquid dari iubet[d], ad simplicem potentiã refertur, quia uerba de actu uero, plerunque ad id quoque extenduntur, quod ex sola potestate est[e]: sicut uiceuersa quae de potẽtia loquuntur, ad actum referuntur[f]: quod à nobis de uerborum significat. lib. iiij. tractatum est, dum de figura δυνάμει loqueremur, proprie enim aliud dicendum esset[g]. Sanè hinc annotant Doctores, ualere transactionem, siue sub casuali conditione contracta proponatur, siue sub ea quae in potestate sit[h]. Nam & sub huiusmodi conditiõibus receptum est contractus innominatos cõcipi posse[i]. Quin generalis regula traditur: Quicunque actus uel cõtractus pure fieri possunt, sub conditione quoque fieri, paucis exceptis, posse[k]. Iason tamen hanc cõclusionem lege nostra non probari, nisi quatenus de conditiõe uoluntaria loquamur, credidit. Sed certe cõtractus ipsi facilius casualem quàm spontaneam conditionẽ admittunt[l]: ut per locum, qui à fortiori dicitur, probari conclusionem hanc appareat. Dec. de dupli ci conditione cõtraria, legem nostram loqui censuit, & ideo pro puro contractu haberi[m]. Sed quandoque bonus dormitat Homerus. Caeterũ & hinc infertur, licere arbitratori in sententia sua conditiones apponere[n]: dum tamen non omnino praeter mandati sui formam fit[o]: faciliusque id ei permittitũ quàm arbitro[p], siue quòd arbiter à compromissi figura recedere nequit[q]: siue quòd arbitria exaequata sint iudicijs[r]. At clarum est sententiam sub conditione casuali à iudice ferri non posse[s].

d ¶ DIEM CERTVM. Lapsa ergo die, si iste obtulisset, non tamen potuisset purgare moram[t]: quod propter conditionis defectum inductum uidetur. Debet enim conditio praecise & ad unguem impleri[u]. Quapropter ubi dies & poena obligationi adijciuntur, dilui mora non potest[x]. Poena enim non nisi sub conditione apponitur, si id quod principaliter promissum est, datum factum non sit[y]: quod & supra attigimus[z]. Quod si dies adiectus nõ esset, posset mora ipsa purgari, quum conditio ad certum tempus non restringatur[a]. Vnde si seruo relicta sit libertas quum operas septennales praestitisset, quando

r

Left margin: .2.ff.de ferijs. / onsil.96. / .fi.de app.re- / Bar.l.mella. / alim.leg. / .1.§.de fideic. / cui.de an.le. / 2.de re iud.ff. / l.2.§.de compẽ. / b nego.de com / nsa. / Bar.l.si quis à / eris.§.1 de lib. / nat. / Bart.l.libertis. / os.§.1.de ali- / nt.leg. / l.nulli.§.de ero / st.mil.ann.lib. / Bar.d.§.1. A / x.cons 57.in 2. / d.l.si quis à li / ris.§.sed si fi- / us. / Rot.decis.200. / lex.consi.72. / 5. / gl.l.diuortio. / .mat. / l.fin.de in rem / rs. / Bal.consi.224. / 2. / l.pen.ff.ut in / oss.leg. / ias.d.l.diuort. / l.6. / l.Attilicinus. / iure dot. / Bal.c.iurauit. / l.2.de prob.

Right margin: a l.non facile.de grad. / b argu.§.plus. Inst.de act. / c l.à Titio.de uerb.obl. / d l.transact.§.e. / e l.labeo.in pri. de statulib. / f l.3.§.si quis sic acceperit.de statulib. / g Bal.l.1.q.8.§. de inst.& subst. / h Bal.l.2.§.de re pud.haered. / i Bar.l.siue apud §.eod. / k l.actus.de reg.iur. / l l.in uendentis.§.de contrah.em. / m l.si pupillus.§.sub conditio.de nou…t. / n Bar.l.cum Aquiliana.ff.eo. / o c.nisi essent.de praeb. / p Imo.c.quintauallis.21.differ. de iureiur. / q l.nõ distinguemus.§.de off.de arb. / r l.1.de arb. / s l.1.§.biduum.quã.app.sit. / t l.Thais.§.in tra.de fideicom. libert. / u l.qui haeredi.l.mcuius.de condi.& demon. / x l.traiectitiae.de act.oblig. / y l.4.§.Cato.de uerb.oblig. / z l.si pacto.supr.tit.1. / a l.1.§.item si ita.ad l.falc.

idem aduersarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessionem ei cederes, uel si eam inferre quantitatem non curasset, ulterius quæstionem nõ patereris, & is, qui ita spopondit, promisso satis non fecit: cõsequens est, te ad quem res pertinet, uim ab eo pati [e] non debere: cuius rei grã uir clarissimus Præses ꝓuinciæ interpellatus uim fieri ꝓhibebit: præcipue quũ etiã actio, si in rẽ diuersæ parti competeret, huiusmodi pactione propter utilem exceptionem [f] posset submoueri.

IMPP. GORD. ET PHILIPP.
Apollophani.

FRatris tui filijs de paterna suc-

quandocunq; per septennium præstiterit, etiam si non proximis morti testatoris annis, erit liber [b]. Id enim ius uerborũ infert, quæ certi temporis principium non respiciunt. Idem si conditionẽ ex aliquibus coniecturis uerisimile sit causa solius effectus, non autem formæ appositam esse, tunc purgationi moræ locus erit [c]. Quæ interpretatio & in ꝑtorijs stipulationibus accipit̃, quæ præparatoria iudiciorum respiciunt, idq; æquitate quadã ita suadente [d]. Quod si solus dies adsit, cõditio autem non adsit, tũc (ut diximus) dubium non est, purgatiõi moræ locum esse [e]. Bartolus tamen non uno in loco [f] inter actorẽ & reum distinguit, ut reꝰ exceptionis suæ causa indistincte moram diluere possit, actor non possit [g], nisi quum de iam ortæ actionis conseruatione agitur [h], aut accessoriæ quærẽda est [i]. Sed hãc ego differentiã sequi non soleo, quia regulariter quum de his agitur, quæ causam intrinsecus spectant [k]; de actore ad reum argumentamur, & sicut reo conceditur moræ purgatio, exceptionis acquirendæ causa [l]; ita actori actionis adipiscendæ gratia concedi dicendum. Id enim ad litis principium pertinet, quo uꝰ magis actori fauemus [m], uerior igitur est nostra declaratio.

e ¶ VIM PATI. Hinc igitur annotandum, si quis dubitat ne uis in re sua sibi inferatur, iure posse eum à iudice petere, ut is suas partes interponat ne sibi fiat iniuria [n]. Quod procedit etiam nudæ detentatiõis tuendæ causa: nec enim quisquàm de facto deijci qualicunq; de possessione sua debet [o]. Item procedit etiam, si is futuræ uiolentiæ timor culpa petitoris prouenerit [p]: semper enim uis iuxta arcenda est [q]. Item procedit lõge firmius, quum quis de ui in propriam personam formidat, poterit enim iudicem adire, ut aduersarium ad cautionem compellat, uim nullam per se uel suos illatum iri [r]. Quid si adeò grauis est timor, suspectaq; concussoris audacia, ut fragilitati cautionis non uideatur credendum? Et eius saluti securitatiq; decerni custodiam militarem posse traditum est, idq; ipsius, qui petit, impensis [s]. Ego etiam impensis concussoris decerni quãdoq; uidi, si cautionem eludere ausus fuerit. Non enim debet hæc audacia iuste timentibus onerosa esse. [t] Vidi et in senatu decerni salutem incolumitatemq; timentis, fide publica, periculo concussoris esse, ut si offendi contingant, eius dolo factum præsumatur [u].

f ¶ VTILEM EXCEPTIONEM. Si igitur dominus possessori promittat quæstionem ulterius non mouere, nõ ideo dominium transferre in possessorem censetur, sed solum exceptionis ius. Nam & receptum est, si quis actione in rem amplius nõ agere promiserit, tametsi re penes possessorem relicta, dominium nõ amitti [x]: competetq; tali casu nihilominus ipso iure promissori rei uendicatio, licet stipulationis exceptione summoueri possit [y]. Nam & ĩ simplici renunciatione litis nõ tamen uideri dominio renunciatum Bartolus tradidit, & ideo reo exceptio dominij nõ quæritur [z]; proinde & qui transigit, liti quidem renunciat, dominium autẽ non transfert [a]: quod & superius à nobis annotatũ est [b]: quæ si in eo quem dominum esse constat admissa sunt, ut nihilominus is exceptione reijciatur, fortius in casu nostro id recipiendum fuit, in quo adhuc non constabat, an his uxoris frater dominus esset.

FRATRIS TVI FILIIS. a ¶ Mouerat quis quæstionem fratri suo de paterna successione, itẽq; statu, deinde transegerat: rursus eo mortuo eandem cantilenam repetere contra eius filios uoluit, responsum est, transactiõis exceptionem, quæ litem finitam ostendit, obstare. Vnde annotant Doctores, litis finitæ exceptionẽ esse, quæ ex trãsactiõe orit [a]. Quod intelligẽdũ quoties ad impediẽdũ litis ĩgressum obijcit. [b] Itẽ intelligẽdũ de trãsactione ualida. Quæ enim aliquo uitio nulla est, uel quæ probari non potest, nullius est effectus [c]. Item intelligendum respectu speciei, uel causæ, de qua transactum est. Et ideo transactio specialis non impediret, quominus ex causa generali, uel ad aliam speciẽ agi posset [d], quod & ex facto responsum est: Titius cum duabus sororibus de paterna hæreditate litigauerat, & illæ eum non esse legitimum affirmauerant, tandemq; subsecuta est trãsactio, nunquid decedentibus sororibus obstabit illi transactionis exceptio, quominus eis tanquàm agnatus succedat? Et non putauerim, quũ de alia hæreditate agatur, nõ patris (ut prius) sed ipsarum sororum [e]. Sed nunquid acta in priore iudicio in hoc obstabunt? Et non putarim, quum transactione omnia uetera utrinq; sublata sint [f]. Nouis igitur probationibus opus erit. Crediderim tamen qualemqualem fidem facere, sicut acta in alijs causis solẽt [g]. Exceptis igitur his casibus adhærendum erit regulæ textus nostri, ut exceptio hæc sit finitæ litis, adeò ut tametsi ad actorem noua instrumẽta peruenerint, nihilominus audiri non debeat. Idemq; si alleget grauiter se eo facto læsum [h],

b l. seruus. §. seruus. de statulib.
c l. Paulus. §. fi. ff. de lib. cau.
d l. etsi post tres. ff. si quis cau.
e l. si ita quis. §. 1. de uerb. oblig.
f Bart. l. insulam. ult. q. de uer. obl. l. si conditio. in fi. de cond. et demõ.
g d. §. intra.
h d. §. 1.
i l. Celsus. §. fin. de arb.
k l. 1. de except. c. in iudicijs. de reg. iur. in 6.
l d. l. Insulam.
m gl. l. de dic. ff. qui sat. cog.
n l. fin. in princ. qd met. cau. l. seruus qd cum. eo.
o l. 1. §. necessario si mulier uent. nomine. ubi Bart.
p l. præsenti. §. pen. supr. de his qui ad eccl.
q Bart. l. q bona §. si quis. iuxta. de damn. infr.
r l. illicitas. §. 2. ubi Bar. de offic. præsid.
s l. fin. ĩ. de erog. mil. an. lib. 12.
t l. quod quis ex sua culpa. de reg.
u arg. l. si prius. ff. de ope. no. nun.

x gl. l. stipulat ista hab. in pri uerb. successori de uerb. ob.
y l. siue apud. ĩ.
z Bar. l. natur litter. §. nihil. commune. in 2. intellectu. de acq. po
a l. si pro fund. ĩ. eod. de l. siue apud.
b l. postq; litis. supr. tit. 1.
a l. transacta. de uerb. sig. c. 1. de litium. contest. in 6
b Bar. l. cũ quæ rebatur. iud. sol.
c c. constitutus. extr. eod. Bart. praetor de tu. & cur. datis ab his
d l. si quis liber tatem. ubi Bar. cæ lum. pen. de petit. hæred.
e Mod. l. 3. §. ueteres. de acq. poss
f c. 1. extr. eo. Ias. hic.

læsum[h], quod infra declarabimus[i]. Et ex his cõsequens est, ut quàmuis transactio contractus sit innoĩatus, soleatq; in cõtractibus innoĩatis pœnitentiæ esse locus[k], in ea speciale sit, ne ex pœnitentia rescindi possit, idq́; litium dirimendarum fauore[l]. Amplius cẽsuere aliq, transactiõi ipsi in promptu executionem cõpetere, si quis officium iudicis ex ea ipetrare uoluerit. Aequiparatur enim sententiæ & iurĳurãdo, quæ constat absq; iudiciorum mora statim exequutioni mandari[m]. Sed ego tantum contractui huic tribui uix crediderim, nec à regula iuris temere recedendum, contractibus exequutiua auxilia denegãtis[n]: alioqui quorsum opus fuisset tot rescriptis dubitari an prima actione, an præscriptis uerbis, an de dolo, an ex stipulatu agi transactionis causa possit[o], si officio iudicis confestim exequutio concederetur? Sed an si lege municipĳ de omnibus causis compromittendum est, qui transegit compromittere cogetur? Et negant cogi[p]: quoniam quæcunq; exceptio litis ingressum impedit, eadem & cõpromisso obstat[q]. Quod aliqui procedere hic censuerunt, etiã si lex de omni controuersia uelit compromitti, quàmuis enim controuersia etiam de facto intelligatur[r]: tamen de hac exceptione nõ uidetur lex sensisse, quæ finem litibus imponit. Sed & si non à principio, sed post litem contestatam de transactione obiectum statim sit, adhuc uidetur legi municipali locũ non esse, quod Riminald. & Dec. tradiderunt. Alioqui merito dubitari poterat propter uerba legis. Verum em est, esse controuersiam, quia lis est cõtestata[s], sed propter transactionis liquidum alia fit interpretatio[t]. Quæ intelligenda sunt, dum de transactione per documentum, uel acta publica, uel aliás incõtinenti cõstet, ut Aret. existimauit, quod si probatiõe altiore indigeret, super articulo saltem compromittendum esset[u].

cessione ac statu etiã nunc contra fidem sanguinis, itemq́ue placitorum quæstionem inferre, parũ probe postulas: nullus etenim erit litiũ finis, si à transactionibus bona fide interpositis, cœperit facile discedi.

IMPP. VALERI. & Gallienus Augg. et Cæss. Caiano Militi.

De fideicommisso à patre inter te & fratrem tuum

DE FIDEICOMMISSO. a ¶ Quũ ergo mutua conditione iniunctum fideicõmissum remittitur, neuter uidetur læsus: dubium em euentus incertitudo facit, ne qcq; sui remisisse quis censeatur[a], quum tantum sibi remissum sit, quantũ ipse alteri concessit[b]. Non procedit tamen hæc sententia quibusdã casibus.
I Et in primis, quoties ex uerisimilima cõiectura incertitudo in alterius damnum magis immineret, ut si duorum fratrum hoc fideicõmisso grauatorũ, alter senex sterilíq; uxore esset, alter florens iuuẽta, & liberos uerisimiliter suscepturus, censeretur tali remissione adolescens inconsulta facilitate læsus esse, & ideo in ĩtegrum beneficio ætatis posset restitui[c]: quod Raphaël Commensis respondit[d], & Areti. Rimin. Deciusq; hic censuerunt. Sed ego perpensis legis nostræ uerbis,
II adhuc cogitãdum arbitror. Sed & idem illi tradiderunt, quum dubius hic euentus cõmuni hominum existimatiõe certitudinem reciperet, ex qua læsio argueretur[e]: quod in ea specie proditum est, quum quis iuuenis & optimæ ualetudinis, ducentos aureos collegio Iudæorum donasset hac lege, ut interim dum uiueret alimenta ab eis pciperet. Quũ em secundum pbabilem cõiecturam uitæ, non licitas tãtum usuras, sed etiam sortem ipsam cõsumpturus uideretur, cõtractus is in fraudem constitutionũ celebratus censeri potest[f]. Quod non absimili casu hic tradunt plerique, existimantes eum qui quadringẽtis, reditum centum aureorũ donec uixerit emat, recte quidem emisse censeri, tametsi contingat eum diutius uiuere, & duplicatos fructus percipere[g]. Quũ enim uel primo anno mori potuerit, dubius euentus contractũ hunc corroborat[h]. Quod intelligunt, dum tñ
III talis contractus secundum probabilem, uerisimilemq; uitæ coniecturam factus sit[i]. Nec mutui nomine quicquã datum sit: maior enim fraudis suspicio in mutuo est[k], maxime quum in eo
IIII quantitas mutuata restituenda sit[l]. Sed & regulæ prædictæ locus non est, quotiescunq; quis ipsi se incertitudini subĳceret, cum eam euitare potuisset[m]. Vnde si quis paterfamil. opulens & locuples transmarinam negociationẽ aggressus sit, nauiq; submersa cœperit rem suam diminuere, facultatibusq; labi, poterit uxor dotem repetere[n], ne interim dum moratur, res mariti ita dilabantur, ut ei deinde consuli non possit[o]. Nec enim debet mulier dubio cuiquam euentui dotem suam subĳcere[p]. Qua ratione & lædi minorem responsum est, ideoq; ei succurri, quoties in arbitrum etiam tutore authore compromittit[q]. Quum enim ab arbitri sententia appellari non possit, eo ipso rem suam deteriorem facit, quum dubio euentui ius suum suĳcit, licet aduersarius suus eodem periculo fluctuet[r]. Eodem pertinet, quum aduersus certitudinem legis res in dubiũ reduceretur, ut quum mulier paciscitur dotem his diebus soluto matrimonio restitui quibus data sit[s]. lex enim certum id esse uoluit, ut dos tẽpore à legibus constituto omnino redderetur[t]. unde merito tale pactum improbat, ne in facultate dotantis sit sero tradita dote, tempus illud quod certum esse uoluit, incertare: atq; ita ego sentio, communemq; eorum sententiam declaro, qui fauore dotis id specialiter induci existimarunt[u]. Huc quoque spectat, quod traditum est, fideicommissum reciprocum licet inter fratres querela inofficiosi subuerti non possit[x], tamen ex legitima iure naturæ debita, hodie diminui, quoniam lex absq; ullo penitus onere eam tribuat[y]. Nec negari potest onus censeri, quod etiam in utilitatẽ casu fortuito uergere possit[z]. Cæterũ & quoties solennitate legis contractus deficeret, nõ arbitrarer ex prædicta regula sustineri

glo. l. supr. de end. | l. ludus. §. fin. Trebel. | quamuis. §. eo. | l. si pecuniam. de condic. ob c. | l. quamuis. §. c. | l. 2. ubi Alex. iuriur. | l. minor 25. an cui fideicomm. min. | l. actione. l. cũ xta. l. siue hoc lo. | Bal. l. si iudex. bis qui sunt sui. | Cor. cons. 129. fin. in 1. | l. ludus. §. tres eredes. ad treb. | l. properandũ. prin. §. de iud. | Alex. l. si causa eod. | gl. pen. l. pen. pr. tit. §. | arg. l. fi. §. ea. l. n. §. de sol. | l. si pater puellæ. §. de inoffi. | ft. gl. l. si familiæ. §. fam. herc. | arg. l. uerum. l. si locuplet. de inor. | Consi. 114. Annius.

e Barto. l. si quis cũ aliter. de uerb. oblig.
f l. eos. §. de usur.
g l. si ea lege. §. de usur.
h c. in ciuitate. de usur.
i Dec. hic
k c. nauiganti. de usur.
l Alb. l. iubemus. supr. de sac. sanct. eccl.
m l. si fideiussor. §. 1. qui sat. cog. Ang. l. 2. §. cum in ead. ad l. Rhodi. de iact.
n l. ubi. §. de iur. dot.
o Barto. l. si constante. q. 4. solut. matr.
p arg. §. emphyteusis. de aliena. V. & emphy.
q l. si. mino. 25. annis filiosfamil. in fi. de min.
r Bar. l. constitutione. C. supr.
s l. Attilicinus. de pact. dot.
t l. de die. co. tit.
u Alex. & Rim hic.
x d. l. si pater puellæ.
y l. quoniam in prioribus. §. de in offic. tst.
z gl. l. licet. sup. tit. 1.

neri poſſe: ueluti quum duo fratres, alter minor ætate, alter adultus, mutuam ſibi donationem feciſſent, omnium bonorum, in caſum quo alter alteri prædecederet: licet em̄ propter mutuum periculum incertumq; euentum donatiões aliàs infirmæ ſuſtineantur[a], tamen hoc caſu, q̄a oratio diui Seueri ex parte minoris alienationem immobiliū abſq; decreto ꝓhibet[b], non putarim confirmari contractum, maxime ꝓpter captãdæ mortis uotū, quo maior natu fraudem minori facilius facere poſſet, et ideo nō temere iudex decretum hac in re interponere debet.

PRAESES ꝓuinciæ. a ¶ Adminiſtratores ciuitatis, quales olim erant duumuiri muncipiorum[a], decurionūq; ordo, de re dubia tranſigere bona fide poſſunt: ambitioſe uero, id eſt in gratiã alicuius, aduerſus municipij utilitatem, ut quia debitum liquidum remittunt, non poſſunt. Hincq; apparet huiuſmodi adminiſtratoribus cenſeri procurationem cum libera poteſtate conceſſam, quum aliter tranſigere non poſſent[b]. Quod hodie in his locum habet, quos ſcabinos ſeu conſules ciuitatum uocamus. In mandato enim eorum non eſt opus adijci clauſulam liberæ adminiſtratiõis, quia lex eam ſubaudit, ut Bald. & Fulg. hic tradunt. Et ideo omnia poterunt, quæ aliàs ſpeciale mandatum requirerẽt[c]: quale eſt iuſiurandum litis decidendæ cauſa aduerſario offerre[d], in integrum reſtitutionem petere[e], & ſi qua ſimilia. I Quod tamen in his adminiſtratoribus intelligitur, qui ab uniuerſo populo, uel à generali eius cõcilio electi ſint: ſecus ſi ſimpliciter ab ipſius ordinis magiſtratibꝰ conſtituti proponantur, quales ſunt quos Græci ſyndicos, noſtri defenſores uocant[f]. Appellãtur & quandoq; curatores reipub.[g] Marcus Cicero epiſt. fam. li. XIII. Ecdicos Milaſiorū commemorat, cum quibus Reipub. negotia conficere poſſit. Sic & Plinius lib. X. ad Traianum Ecdicus Amiſenorum ciuitatis. Sic & Paulus[h] noſter magiſtratus reipub. tres curatores conſtituit, qui apud Græcos uocantur ἔκδικοι. Rurſus II intelligitur ea concluſio in his, qui ab uniuerſitate territorium habente electi ſunt, quæ tales ad id officium ſeu munus publicum ſuſcipiendum cogere poteſt[i]. Secus ſi ab alia uniuerſitate ſint conſtituti, puta ab aliquo collegio ſeu corpore, quale eſt fabrum, piſtorum, nauiculariorum[k]. Tales enim priuatorum procuratoribus ſimiles uideri receptꝰ eſt[l]. Et ideo decani, ſeu Abbates collegij doctorum nō habent liberam adminiſtrationem, quod Accurſius cenſuit[m]. III Rurſus

a l. quod autem. §. ſi uir et uxor. de don. int. uir. Bal. & Iaſ. d. l. ſi pater.
b l. 1. de reb. eorū.

a l. 1. ſi quis ius dic. l. 4. § dicas. de dam. infe.
b l. procurator. eu. de procur.
c Cyn. Bal. l. 1. j. etiam per proc.
d l. tutor. ff. de iure. iur.
e l. illud. §. 1. ubi Bald. de mino.
f l. iuſiurandum. & ad pec. §. 1. d. iureiu. ubi Bar. Paul. Mod.
g l. procuratores j. de dec. lib. 10.
h l. lucius. 1. §. 1. de adm. tut.
i l. fin. §. defenſores. ff. de muner.
k l. 1. §. 1. quod cuiuſ. uni.
l Doct. d. l. 1. etiã per proc.
m l. item magiſtri. ff. de pact.

uiciſſim dato, ſi alter ueſtrum ſine liberis exceſſerit uitã, interpoſita tranſactio rata eſt: quum fratrum concordia remoto captandæ mortis alterius uoto improbabili retinetur: & non poteſt eo caſu reſcindi, tanquam circumuētus ſis, quum tali pacto conſenſeris: quum neq; eam, cui ſubueniri ſolet, ætatem agere te proponas, nec ſi ageres, ijſdem illis de cauſis in integrum reſtitutionis auxilium impetrare deberes.

IIDEM AVGG. Primo.

PRæſes prouinciæ æſtimabit,

non procedit cõcluſio in his officialibus, qui ex natura officij limitatam habent in aliqua ſpecie poteſtatem. Et ideo Prætor urbis, etiam ſi ei ampla facultas conceſſa ſit, liberare debitorē municipij non poſſet[n]: quia ad ius reddendum conſtitutus eſt, non ad rem pecuniariã procurãdam[o]. Ego ḡnaliter nemini conceſſam tranſigendi facul cultatem crediderim, niſi ex eius mandato uel natura officij conſtet[p]. Hincq; eſt quod procurator Cæſaris tranſigēdi ius nō habet[q]. Opinor nec procurator fiſci. Nec enim inter hos in in re cõſtitui differētiam reperio[r]: quod alio loco teſtatꝰ ſum[s]: tametſi Iaſ. in hoc diſſētiat, Baldoq;[t] aduerſet. qui nobiſcū facit. Qua ratione nec præpoſito eccleſiæ uidetur conceſſum eſſe, ut rem penes eccleſiam conſtitutam tranſactione ſua alienare poſſit[u]. Non enim hæc ei poteſtas iure cõpetit. Si uero rem ipſe retineat, & uice mutua aliquã pecuniam aduerſario det, ſecus eſt[x]: tuncq; permitteret ei ſodalibusq; tranſactio. Nam & tali caſu emphyteuta, itemq; cliens, etiam irrequiſito domino, de emphyteuſi aut feudo tranſigere bona fide poſſunt[y], tanquam domini ipſius in rem ſuã procuratores, quod & alibi attigimus[z]. Sed nunquid prædicti adminiſtratores qui trãſegerint, quum id iure facere non poſſent, ſaltem de ſuo teneantur? Et non uideretur, ſed ſimpliciter tranſactionē infirmari[a], niſi remiſſio hæc à pacto cœpiſſet[b]: aut aliàs officialis pecuniã apud alium negligendo reliquiſſet, remiſiſſet ue[c], aut non ſimplicem adminiſtrationem, ſed & ius aliquod in re remiſſa haberet[d]. Illud conſtat, officialem qui munus neglexerit, præſtare rempub. indemnē debere[e]. Sed quid de patre dicemus, qui in peculio aduenticio filij uſumfructum habet, & legitimus adminiſtrator eſt[f]? An tranſigere et alienare bona immobilia filij abſq; decreto Prætoris poterit? Et recepta eſt Actij ſn̄ia, poſſe: quia oratio Diui Seueri, quæ abſq; decreto alienationes prohibet, ſolum tutoribus & curatoribus prohibet[g]. Quapropter ſi pater tanq̃ tutor uel curator filij emancipati alienet, ratione tenebit[h]: ſi tanq̃ legitimus adminiſtrator filij quem in poteſtate habet, non tenebitur, nec lex ad hūc caſum trahet, in quo maior eſt ratio. Maior em̄ eſt patris in his bonis authoritas, minusq; ſuſpecta perſona[i]. Et lex ſimpliciter ait, poſſe cum ex certis cauſis alienare[k], quid in ea decretū ſubinducimus? Satis enim hactenus nouatū ius uetus ut patri proprietas auferatur[l]. Cur quicq̃ ad legem nouã eandemq; correctoriã ſubaudiamus in maiorē paterni iuris diminutionem? Baldus tamen

n Bald. d. l. iu iurand. §. fin.
o Ray. Bar. Al xan. Iaſ. hic.
p l. prohibere. plane. quod ui a clam.
q l. 1. de offi. pr cur. Cæſ.
r gl. l. iuſtas. de iur. fiſ.
s l. procurator pr. de ædend.
t Bald. c. conti git. extr. ecd. C de pace Conſta §. hoc quod n uerbo mitti.
u Abb. d. c. co tingit.
x gl. l. nulli. ff
y Iaſ. l. 3. cha pen. uer. 10. q ro. de iure emp
z l. debitorun ſupr. eo. 1.
a gl. l. ſi proc ff. de iure fiſc.
b Bart. l. Ariſ de dona. ncto in l. ciuitas. ſi c pet.
c l. 3. j. de ann lib. 10.
d l. fi. §. pen. public.
e l. 2. j. de ad reipub. l. 1. de præd. ciuil. lib
f l. §. ſin aut æs. j. de bon. q lib.
g l. 1. j. de reb
h l. ſi pupillo §. ſi patr. eo. l. cum enam j. de præd. mi
i l. pen. ff. de furt.
k d. §. ſin au æs alien.
l §. 1. Inſt. per quas perſo. nob acquir.

tamen non posse patrem inter filios bona eorũ materna diuidere absq; decreto censuit[m]: quia diuisio hæc alienatio est: at patri alienationẽ necessariam solum lex concedit[n], non aũt uoluntariam, quod & Iason secutus est. Ego aduersari legis suæ uerbis hanc sententiam arbitror, & ideo reijciendam[o]. Sed & si lex municipalis generaliter ꝓhiberet, minores alienatione bonorum obligari citra Prætoris decretum facta, satis arbitrarer ꝓpter uerba legis de ea quoq; actum censeri, quã pater ceu legitimus administrator filij fecisset[p]; qđ & Rom. & Iason sensere[q]: quod absq; dubio procederet, si lex uniuersalibus uerbis loqueret̃, puta de minore cum qualibet persona cõtrahente[r]. Idem si patris factum argueretur, tanq; affectione aliqua inter filios usus esset, quod Decius[s] credidit, & supra scriptæ Baldi sententiæ cõcordat. Idem & fortius quũ in sui utilitatem hæc alienatio à patre facta tenderet. Tunc em̃ maior est suspicio. Vnde ad sui cõmodum autorari nemo potest[t]. Sed quid si statuti uerba de contrahente loquerentur, an in patre extendenda essent, cum quo filia distraheret? Et tunc non putauerim extendendam legem ad patrem, quũ eius respectu tanta non sit ratio, & hoc est quod Bal. censuit[u]. b ¶ POSTERIORE. Non ergo gratiose remittere debitũ de quo liqueat administratores possunt, sicut nec cæteri alienarũ rerum procuratores[x]: frustraq; litem fingerent, ut aliquo colore transactionẽ fulcirent[y]. Qua ratione nec acceptoferre possent: sapit em̃ acceptilatio naturam donationis, ut hic traditũ est[z]. Sicut nec exceptioni peremptoriæ renunciare[a]: nec appellationi interpositæ pacto derogare[b]: & si qua similia. Quibusdam tamen casibus permittitur administratori remittẽdi hæc facultas, quos alibi annotaui[c]. Vt quũ debitũ odiosum reprobumq; est,
I quales hodie sunt usuræ, quod hic Accur. & plerique tradiderunt: licet em̃ administratoribus publicis bonam fidẽ agnoscere[d]. Idem quũ modicum damnum ea causa Reipub. irrogatur, qualis est particularis solutio[e]. Nã & procurator in minimis præiudicare domino potest[f]. Idẽ quũ
II hic administrator in rem suam procurat, ut quia
III ius & ipse in re habeat. Poterit em̃ remittere, licet ipse de suo teneatur[g]. Sed & tacite, puta ꝑmittendo rem ꝑscribi præiudicabit administrator,
IIII ut quũ minoribus ꝗ̃ stipulatus esset usuris diutius cõtentus fuit[h]. Nã & ecclesia negligendo plerumq; sibi ꝑiudicat, cum expressim non possit[i]. Sed nunqđ tanti temporis lapsus requirat̃, qui ꝑscriptioni sufficiat, puta decem annorũ? Et uidentur Doct. crebrius sensisse præscriptionem necessariam, & id esse quod lex taciti pacti exceptionem obstare ait. Pascitur em̃ tacite, qui usucapi permittit[k]. Sed cur aduersus hanc usucapionem nõ restituitur in integrũ Respublica[l]? Ego licere administratoribus grauiores usuras moderari arbitror, & quincunces accipere, quòd hæ modestiores sint[m]. Persius Satyra sexta,

g l. miles. §. socer. de adul.
h l. si quis uiduã. de quæst. l. Claudius de his quib. ut indign.
i l. quamuis. in fi. ǰ. de adult.
k l. 1. §. sexum. de postul. l. 1. in pri. ǰ. de cad. toll.
l arg. Bar. l. 2. §. fin. de don.
m l. si quis seruus. ǰ. in quib. ca. ser. pro præm. lib. l. qui cœtu. §. fi. ad l. Iul. de ui pub.
n d. l. si qs uiduã
o l. 1. ad fi. de raptu uirg.
p l. furti. §. pact. de infam.
q d. l. 3. in fin. de præuaricat.
r l. 2. §. 1. de adul.
s §. pen. in auth. ut liceat. mat.
t d. l. qui cœtu.
u d. l. si qs seruus.
x l. eum quidam. de lib. & posth.

precium recipi posse ꝓ comperto stupro negãt[y].
Nec minor est huius criminis, præsertim cũ ui-
duis, frequẽtia, quàm adulterij, quod Agathius
poëta attestatur,
Χήρη ἔχει πάνδημον ἐραστήν
Ad uiduam coëunt mœchi populariter omnes.
Videnturq; hoc sensisse Hugo. Iacob. Cynus: in
quam sententiam & ego trãseo, quia lex Iulia ꝓ
miscue stuprum & adulterium appellat[z]. Vn-
de nec in pœnalibus quidem cẽsetur ꝓhibita ex-
tensio, quæ ex latiore uerbi significatiõe assumi-
tur[a]. Quæ nostra sententia tum maxime ꝓcedit,
quũ de ea specie stupri agitur, unde nulla est san
guinis pœna. Tunc em̃ posteriori legis nostræ
regulæ standum est: ut quũ quis uirginẽ nondũ
uiripotentem, uitiarit: quo ex delicto honesti re-
legantur, alij dantur in metallum[b]. Quod ꝓce-
dere Azo[c] censuit, etiam in eo qui contractis nu
ptijs felici diplomate uoluit uti. Fuere & qui gñã
liter in stupratoribus negarent pœnam sangui-
nis irrogari[d]: quod & ego fateor, lege Iulia uerũ
esse, sed extraordinario iudicio constat summo
supplicio affici[e]. Sed quid in adulterio præsum III
pto respondebimus? Vt quũ aliquis aduersus
tres denunciationes uxorem alienã adhuc solici-
tat[f]. Et lex ait, amicabili conuentiõe decidi pos-
se[g]: censueruntq; id cõmuniter Docto. quæ inter
pretatio etiã nobis placet. Annotandumq; inde
est, non idem semp iuris præsumptionem, quòd
ueritatem pollere[h]: quum tñ hoc præsumptio à
fictione distet, quòd ipsa ueritatẽ imitetur, fictio IIII
aduersetur[i]. Et quũ transigi in præsumpto adul
terio possit, uideret̃ fortius id pmittendum, quo
ties accusator certus reddit̃, nullũ cõmissum fuis
se, reumq; innocẽtem esse[k]: ideoq; tali casu legi
nostræ locũ nõ esse Accursius cẽsuit[l]. Qua tamẽ
in re aliter distinguitur. Ante enim institutam
accusationem utiq; hoc tolerari potest[m]: post ue
ro secus est: quia qui accusat, asserere uidet̃ se ex-
ploratum facinus in iudicium deducturũ, ideo
citra fraudis suspicionem desistere nequit[n]. Qua
propter lex abolitionem non nisi causa cognita
concedi à Præsidibus permittit[o]. Sed num sal-
tem de adulterio pacẽ facere, iniuriamq; remitte
re quis poterit? Et respondit Bartol. posse[p]. Nec V
enim prohiberi quis debet, quin simultates ani-
miq; rancorem deponat[q]. Obstat tamẽ huic sen
tentiæ, quod lex ait, dolorem remitti nõ posse[r].
Sed uerisimile non est ea lege de hoc rancore in-
telligi, qui non ad forum ciuile, sed ad conscien-
tiam potius pertinet, quemq; ex lege Christiana
abolere tenemur. Fortius obstat, quòd pax per
pactionem celebratur: unde qui pacisci non po-
test, nec pacem facere debet[s]. Nisi responderis,
rancorem quidem remitti posse, pacẽ uero, quæ
uia cõtractus initur, fieri nõ posse, quod aliq sen
serunt[t]. Hodie quoq; constat, postq; mulier uer
berata in monasteriũ detrusa fuerit, lapso bien-
nio, posse maritum ei reconciliari, rursusq; eã re VI
cipere, qđ cõmentitio iure Iustinianus sanxit[u].
Quid si accusator transigat uel paciscat̃, idq; se fa
cere protestetur odio litiũ, uel quia desit sibi pe- VII
cunia, hoc est nerui litigiorum? Et non iuuari eũ
hac protestatione crediderim. Tenetur em̃ litem
ꝓsequi[x]. Si tamẽ id ita esse iudici probauerit, po
terit discernere an abolitionem concedat[y]. Reũ
uero qui pacto assensus sit, hac ꝓtestatione excu
sari,

y d. l. auxilium. in fin.
z l. inter. de adul. l. de crimine. C. eo. tit.
a l. si uxor. de adult.
b l. si quis aliqd. §. qui non dũ. ff. de pœn.
c In summa de nuptijs. col. 2.
d §. 2. Inst. de publ. iud. Mathesil[...] nct. 100.
e l. 3. in fi. de extr. ord. crim.
f auth. si quis. ǰ. de adult.
g §. fi. in auth. ut liceat. matr.
h l. fi. ff. de prob.
i l. filio quem. de lib. & posth.
k l. serui. ǰ. de adult.
l l. si quidem. in glo. fin. ǰ. de contrahend. stip.
m l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult.
n l. abolitionem. ǰ. de adult.
o l. 2. ǰ. de abol.
p cons. 170. dño.
q l. si tibi. §. quædam. de pact. ubi Bartol.
r d. l. 1. in fin. de rapt. uirg.
s l. 1. ff. de pact.
t Albe. tractatu statu. 2. parte. q. 125.
u auth. sed hodie. de adulter.
x l. alimenta. ǰ. de neg. gest.
y d. l. 2. de abol.

ſari, Tancredus ſenſit, ne quicꝗ de ſe uideatur cõfeſſus, qui ex eo tranſegerit, quia diſpendia litiũ ferre non poſſit[z]. Quod ſi tam facile admitteremus, reperta eſſet legi fraus[a]: & ideo hoc quocꝗ caſu arbitrio iudicis relinquẽdum putauerim[b].

b ¶ IN ALIIS aũt. Secunda principalis hic refertur regula, ut quoties de pœna ſanguinis nõ agitur, ſed de alia, quauis capitali, tranſactioni locus non ſit: id'ꝗ ut crimĩa puniantur, quod publice intereſt[c]. Si igitur de amiſſione libertatis uel ciuitatis agatur[d]: tranſigi nõ poterit: ut ſi quis in metallum, uel in opus metalli detur, uel mulier in miniſterium ipſorum metallicorum[e]. Idem ſi ad alia miniſteria ſordida, ut balnearum, cloacarum'ꝗ purgationes: item uiarum munitiones, quorum Traianus quadam epi-

I ſtola ad Piniũ meminit. Sed quid ſi de ſolius infamiæ nota agatur? Et uideretur cauſam famæ ipſi uitæ æquiparari[f]. Vnde & capitalis dicit[g]: ſed tamen id ex lata ſignificatione eſt. Nam & damnati publico iudicio, notantur infamia[h]: &

II tamen tranſigere non poſſunt. Quapropter idem ſentio, ſi de pœna amiſſionis omnium bonorum, uel maximæ partis agatur, qa talis pœna non niſi opinione quadã uulgari ſanguinis cauſæ æquiparatur[i]. Vnde prouerbiale carmẽ,

τ᾽ἀργύριον ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς

Argentum, & anima & ſanguis eſt mortalibus. Vere em̃ quælibet corporalis etiã minima pœna quacunꝗ pecuniaria durior cenſetur[k]. Sed

III probabilior dubitatio eſt. Quid quũ de membri amputatione agitur? non em̃ hæc pœna inter capitales reperitur. Sed tamẽ Alex. cæteri'ꝗ recentiores, fatentᷓ ſanguinis cauſam eſſe, & ideo tranſactionem in ea non prohiberi, quũ membrum abſciſſum moriatᷓ, unde & lex haſce pœnas tanꝗ ſimiles iũgit[l]. Nec me mouet quòd largo modo ſolum ſit capitalis pœna, ideo'ꝗ uideatur ex hac poſteriore regula non cõcedendã tranſactionem: quia non poteſt negari; quin ſit cauſa ſanguinis, id'ꝗ ſufficit[m]. Licet uerũ ſit, nec inter capitales, nec uſꝗ quidem iure ueteri connumerari, quia nolebant antiqui quenꝗ corpore mutilari. Vnde & pœna talionis in actione iniuriarum exoleuit[n]. At recentiores pœnas auxerunt, magis terreri ex eis facinoroſos exiſtimantes[o]. Sed apud Thucydidem libro tertio hac ratione improbos coerceri nõ poſſe, Diodothus Athenienſibus eleganti oratione pſuaſit: qui natura inſtincti, ſpe falſi, impetu quodam cæco'ꝗ affectu feruntur: nihil'ꝗ tum minus cogitant, ꝗ fore ut deprændantur: & ideo noua pœnarũ exempla minime excogitanda, quod & C. Cæſar apud Sa-

IIII luſtium cenſuit. Verum quid in fuſtium caſtigatione dicemus? Et tum quocꝗ tranſigi poſſe ijdem exiſtimarunt[p]. Elicitur em̃ ex uerbere ſanguis, cruciatus'ꝗ corporis, cauſæ uitæ æquiparatur[q]. Nam & hodie adulterij pœna eſt uerberatio[r]: ut inde appareat adhuc in adulterio de ſanguine agi, alioqui prior regulæ exceptio correcta eſſet. Et hæc ſententia proculdubio humanior eſt. Ego tamen uereor, ne in leui caſtigatione non ſit uera; quia fuſtuarium, admonitionem

capitali, excepto adulterio, prohibitũ non eſt. In aliis[b] autem publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnam non in-

potius quandam tunc reſpicit[s]: qua ratione etiã iure canonico moderate permittitur[t]. Et tamen Pont. Alex. & cæteri fatentur ſuper pœnis, quæ iure canonico permittũtur, primæ legis noſtræ regulæ locum nõ eſſe, ſed poſteriori tantũ, quia huiuſmodi non cenſentur pœnæ ſanguinis[u]. Non em̃ lex Pontificum pœnã ſanguinis cuicꝗ irrogat[x]. Vnde factũ eſt, ut nec ſentẽtia illa approbata ſit, qua traditur, iure Cano. in pœna perpetui carceris tranſigi poſſe[y], tanꝗ morti æquiparetur[z]. Vt em̃ Ale. recte cenſuit, morti ſolum ciuili ſimilis eſt, nõ naturali, alioqui eo iure nemini indiceretur[a]. Solũ ergo eo iure tunc licita erit tranſactio, quũ clericus exautorandus, ſeculari'ꝗ iudici tradendus eſt[b]; quod ob criminis immanitatẽ quandocꝗ fieri ſolet[c]. Sed quid in delictis dicendũ, quorum pœna ex lege municipali eſt pecunia, quam ſi intra mẽſem reus nõ ſoluerit, corporalis efficitur? Et Bal. Salycetus'ꝗ cenſuere licitam eſſe tranſactionẽ, quoties euenire poteſt, ut ſanguinis periculum ſit[d]: aliàs ſi huiuſmodi periculũ probabiliter non ſubſit, ſecus eſt. Attendimus em̃ ad genus pœnæ, ut qualitatem iudicij diſcernamus[e]. Sed rurſus quid in criminibus priuatorum iudiciorum? Et receptior eſt ſententia, ut necꝗ paciſci, necꝗ tranſigere liceat, ſi criminaliter iudiciũ intendatur[f]: qa accuſator deſiſtere nõ poteſt[g]: reus aũt pro conuicto haberetᷓ[h]. Si uero ciuiliter ageretur, tunc ſuper eo crimine paciſci liceret, tranſigere uero nõ liceret: id'ꝗ certis caſibus, quibus Prætor ꝓpter datam pecuniam ĩfamia reũ notat[i]. Sed an ideo tranſactio ipſo iure ſit nulla? Et nõ uidetur: licet em̃ reus tranſigẽs famoſus fiat, tamen cõtractus tenet[k]. Fuere tamen, qui generaliter in criminibus priuatis pactũ ualere diſputauerint[l]: nec ulterius deinde reum accuſari, uel per iudicem inquietari poſſe, quum in eis regulare ſit, ne inquirat[m]. Item ne extraneus admittatur[n]. Et quia æquum eſt, ut omittente accuſationẽ eo qui principaliter eſt læſus, fiſcus quocꝗ, qui cauſam lucratiuam prætendit, conquieſcat[o]. Ne uideatur fiſcus ad huiuſmodi lucra oculum adijcere, in his quæ ad correctionem morum potius pertinẽt[p]: quæ ſententia uticꝗ diſputando defendi poſſet. Ego tamen cõmunem ſequor[q]: niſi quod etiam ſi criminaliter agatur, paciſcente reo nõ arbitror ullam cõfeſſionẽ fingi, quia lex gñaliter in fiſci, inquit, cauſis pacti, ſi p̃cium dederint, ꝓ cõfeſſis ſunt[r]. Si igitᷓ nõ dederint, pro cõfeſſis non ſunt. Quid hoc reſtringimus, quũ criminaliter nõ agitur? Cæterum ante cœptam litem dubium non eſt trãſigere paciſci'ꝗ de crimine priuato licere[s]. Tametſi non obſtante repudiatione, paciſcens qui accuſare uoluerit, adhuc audiri poſſit, ſi ab alio præoccupatus nõ ſit[t]. In crimine uero publico repudiare quocꝗ accuſationẽ antecꝗ inſtituta ſit, poſſe ſupra diximus[u]: nec Turpi. S.C. locũ eſſe[x]. Turpiter tamen recipi pecuniam huius rei cauſa crediderim[y]: & ideo cõdici poſſe[z]. Et ex his conſtat ꝑpetuam non eſſe hanc regulã, ſed quibuſdã caſibus in cauſis criminalibus, quæ ſanguinis pœnã nõ ingerunt, licitã eſſe trãſactionẽ pactio-

s iij nemue

z l. minorib. ... mino. Alex ... fin.
a ... fiſc. l. eius ... de iur. fiſc.
... 2. de abol.
c l. ita uulne- ...
d ... ſt. de cap. di.
e ... ut damnum. ... ter. de pœn.
f ... iuſta. de ma ... nd.
g ... licet. 2. de uer ... ſign.
h ... 1. de his qui ...
i ... l. aduoca. ...
k ... in ſeruorum. ... in. de pœn.
l ... ad hæc ſanct ... s. auth. de coll.
m ... c. reos. 23. q. 5.
n ... §. pœna. inſt. iniur.
o ... auth. ſeq. ... ſer. fug.
p ... d. l. aut damnũ ... hoſtes autem.
q ... l. interpoſitas. ... pr. eod.
r ... d. auth. ſed hodie.

s l. ueluti. ff. de pœn.
V
t c. in archiepiſcopatu. de rapt. 23. q. 5. c. circũcellio.
u gl. 2. q. 3. §. in omnib. Ro. ſing. 681.
x c. ſententiam. ne cler. uel mon.
y Abb. c. 1. de colluſ. dete.
z Bar. l. 2. de pub. iud.
a d. c. ſententiam.
b Butr. d. c. 1.
c c. cum non ab homine. de iud.
VI.
d arg. l. non intellig. §. ſi quis palam. de iur. fiſ.
e l. 2. ubi Bar. de publ. iud.
VII
f arg. l. licitatio. §. quod illicite. de publ. Bar. l. inter §. recte de fur.
g l. & in priua. ad Turpill.
h l. fi. de præua.
i l. quoniam. l. furti. §. pactus. ff. de his qui not.
k l. poſt deciſionem. ĩ. de fur. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur.
l Iac. Butr. & Rim. hic.
m l. reſcr. §. ſi qs de muner.
n gl. l. fi. de priuat. delict.
o l. iudex circumuento. de minor.
p l. 1. uer. nanq; ĩ. de ſecun. nupt.
q arg. d. l. licitatio. §. quod illicitr. de publ.
r l. in fiſci. ff. de iure fiſc.
s l. ſi tibi §. quædam. de pact.
t l. 2. §. pen. de ſepul. uiol.
u d. §. ſi negauerit.
x l. quæſitum. ad Turpill.
y l. ſi quidem. ĩ. de condic. ob turp. ...
z arg. l. ſerui. ĩ. de adultr.

gerunt, transigere non licet, citra [c] falsi accusationem.

IIDEM AVG. ET Cæsa. Ireno.

SVb prætextu instrumẽti post reperti, trãsactionem bona fide finitam, rescindi iura nõ patiuntur. Sanè si per se uel alium subtractis instrumentis, quibus ueritas argui potuit, decisionem litis extorsisse

nemue: ut quum ante litem cœptam remissa est,
ut dixi accusatio. Vel absq; precio in crimine pri
I uato pactum est. Sed & in delictis, quæ omit-
II tendo, seu per desidiam cõmissa sunt, nõ uidetur
III prohiberi transactionem, ut quũ seruus domi-
num non defendit [a]. Grauius eñ facinus patran
do delinquitur, q̃ negligendo [b].
Sed & si quis trãs-egerit, & pecuniã reo dederit, ut crimen agnoscat, fateatur'q;, non censetur rem illicitã
IIII fecisse [c]. Sed nunquid iudex ex tali confessione sola, reum punire poterit? Et traditum est, non posse: sed adhuc inquirere eum debere, an delictum ꝑpetratum sit, quoniã si quis confiteatur se occidisse Titium, debet iudex anteq̃ reum condemnet, prius uestigare, an uerum sit perijsse Titium [d]. Sed num idem est in reo transigente data pecunia, qui pro confesso habetur [e]? Et uideretur idem esse, ne durius ageretur in præsumpta criminis cõfessione, q̃ in uera [f]. Qua tamen in re ego ambigo, quia lex pro conuicto haberi ait [g]; quæ uerba ad firmissimam legis præsumptionem referuntur, quæ alia probatione non indiget [h]. Arbitrantur tamen Docto. si reus de innocentia sua probare uelit, audiendũ esse, quæ sententia æquissima est [i]. Et quum hæc confessio ex dispositione legis inducatur, merito Tancredi sententiã confutaui, non uideri cõfessum reum asserentis, qui protestatus sit, eò se transigere, quò dispendia litis euitet. In legum eñ dispositione partis protestatio non attenditur [k]. Vnde fit ut hanc captionem ꝓbare non possim. Sicut nec aliã ab Alberico Iasone'q; traditam, ut notarius simpliciter remissionem fieri ab accusatore stipuletur nomine omium quorum interest, nulla specialiter ipsius rei mentione facta. Videtur eñ nobis quũ primũ reus remissiõis beneficio utatur, ratum cõtractũ habere [l]: atq; perinde esse, ac si cũ eo nominatim conuentum esset [m]. Quod & eo exemplo probatur, quum generaliter citantur, quicunq; sua interesse prætendunt [n]: & Titius in iudicium uenit, satis dicitur nominatim citatus, quũ talem citationem ueniendo approbauerit [p].

c ¶ CITRA falsi accusationem. Sed quæ est ratio, ut falsum exceptum sit? Et ueteres, quia plerunq; falsi accusatio ad pecuniariam æstimationem refertur [q]: & iura constitui oportet in his, q̃ plerunq; fiunt [r]: quæ sentẽtia reprobata est, quũ etiam in priuatis delictis criminaliter deductis transigi nequeat, ut supra uidimus: quæ tamen ad æstimationem referuntur, nec uerum sit, plerunq; pœnam falsi esse æstimationem, imò est deportatio [s]: irrogatur'q; sæpissime ex alia q̃ pecuniaria causa [t]. Alij frequentius id constitutũ ait, propter grauitatem criminis, quod non solum iuris, sed etiam facti infamiam apud omnes irrogat, quæ macula damno uitæ æquiparatur [u]. Sed & hæc ratio infirma est, quũ in causa criminum, quæ infamiam infligunt, qualia sunt publica iudicia, transigi non posse, supra ostenderimus, mirum'q; sit propter grauitatem adulterij sensisse ueteres transigi non posse, propter atrocitatem falsi posse. Ego lib. Paradox. V. cap. IX. aliter existimaui, nempe in crimine falsi specialiter id traditum, ut nõ nisi ex ueris ꝓbationibus condemnari quisq; possit [x]: merito ergo transigi poterit, quia q̃uis trãsigens loco cõfitentis sit, ea confessio ueram probationem non facit, sed præsumptam, ut supra docuimus. Qua tamen in re amplius deliberãdum uidetur [y]. Et fortè lex nostra falsi crimen nõ excipit [z]: sed eum qui transigit, posse de falso cõdemnari sanxit, ut falsum cõmittere censeatur, non solum qui uera abscondit [a]: sed & qui transigit, ut impune quis euadat. Quem intellectum ꝑpositio illa citra cõfirmat, q̃ nõ tã exceptiua q̃ priuatiua est [b]: & ꝓ sine seu absq; ponit: cuius significationis plurima sunt apud ueteres exempla. Nã & calumnia & præuaricatio speciem falsi habent [c]. Vnd & lex fallaciter accusantes hos appellat [d]: licet nõ lege Cornelia, sed senatusconsultis alijs'q; pœnis puniantur, legis tamen Corneliæ exemplo introductis, quæ et ad temere iudici obrepentes extẽditur [e]: & de eis nominatim loquitur, qui ob nõ denunciandum, uel ob non dicendum testimonium pecuniam acceperint [f]. Non poterit ergo quisq; de criminibus hisce publicis pacisci uel transigere, quin falsi damnetur, propter calumniam scilicet uel præuaricationẽ, quod tamen ante institutam accusationem non procedit [g].

SVB PRAETEXTV. Hic ergo deciditur, non ideo quod quis noua instrumenta repererit, rescindi semel factam transactionem.
Quod ad iuramentum quoq; producendũ est. I.
quum sponte partium, uel accedente iudicis authoritate delatum est [a]: adeò ut si detectum sit per iurium, sola spretæ religionis pœna sufficiat, iuramentum uero ipsum non rescindatur [b]. Quod
& in re iudicata dicendum est: nec ea eñ tali præ II
textu reuocari regulariter potest [c]: quod intelligunt Paul. & Rimi. etiam si sententia lata sit, tan q̃ nõ probatum fuerit, adhuc superueniente ꝓbatione non reuocabitur [d]. Idem quoq; in arbi-
tratoris laudatiuo dicendum, quod si boni uiri III
iudicio uel partium homologia cõfirmatum sit, subuerti amplius nõ potest [e]: durante uero reclamandi iure, secus esset [f]: quæ oĩa ea ratione inducta sunt, ut tandẽ aliquis litium finis esset. Et q̃a imputandũ est ei, q̃ principio huiusmodi instrumenta nõ inuenit [g]: quũ post dilationũ probatoriarum cõcessionẽ lapsis tẽporibus lex uelit diffinitiue iudicari, nec sinat reum ulterius sub cultro esse [h]. Sed nunq̃d ꝑpetua hæc sunt, & q̃ trãsegit, omi remedio defectus erit? Et negãt plerią;.
In primis eñ si q̃s ꝓbabili ignorantia lapsus est, I
ut

a gl. l. 2. ad Syllan. Dec. hic.
b glo. l. si mora. solut. matr.
c gl. l. 1. ꝗ. de pœ. iud. q̃ mal. iud.
d l. 1. §. itẽ illud. ad Syllan.
e d. l. fin. de præuar.
f arg. l. fin. de ꝓbat. & d. §. pen. in auth. ut liceat matr.
g l. eius qui de iure fis. d. l. fin.
h c. is qui fidem. de sponsal.
i d. l. serui. ꝗ. de adult. l. pen. ff. de calumn.
k d. l. alimenta.
l l. 4. ff. rem pupill. sal. for.
m Bar. d. l. licitatio. in princ. de public.
n l. si eo tempore. ꝗ. de rem pig.
o l. de pupillo. §. seruo ubi mod. de ope. no. nunt.
p gl. l. 1. in prin. de fer.
q l. ipse. ꝗ. de fals.
r l. iura. ff. de le.
s l. 1. in fin. ff. de fals.
t d. l. 1.
u d. l. iusta. de manu uind.

x gl. l. iurisg. quod fi rè. ff. pact. Dec. c. porrecta. de confirm. utili.
y arg. l. iubemus ꝗ. de prob.
z arg. l. Lucius ff. ad Turp.
a c. 1. de crim. fals. gl. l. præsbyteri supr. de epis. & cler.
b l. cum dos. de pact. dot. l. debitor. de compensa.
c l. 1. §. 1. et §. præuaricatorem. ad Turpill.
d l. fin. in princ. ꝗ. de abolit.
e l. si quis obrepserit. de fals.
f l. 1. de fals.
g d. l. ipse. d. l. quæsitum.
a l. admonẽdi. de iureiur.
b l. quod si deferente. de dol.
c l. sub specie. ꝗ. de re iud.
d arg. l. Iulian. de cond. ind.
e l. 4. in fin. ꝗ. de arb. Bart. l. 1. in fin. de leg. 2.
f Bar. l. societatẽ §. arb. pro soc.
g l. pure. §. fin. de excep. dol.
h l. properandũ. §. & si quidem. ꝗ. de iudic.

probetur, ſi quidem actio [b] ſupeſt, replicationis auxilio, doli mali pacti exceptio remouetur. Si uero [c] iam perempta eſt, intra conſtitutum tempus tantum, actionem de dolo potes exercere,

ut quia in ius alterius ſucceſſiſſet, om̄em'q; diligentiam inſtrumentoꝝ quærendorū cauſa adhibuiſſet, reſtitui in integrum à iudice ex clauſula generali poterit[i]. Nam & ex hac cauſa reſcindi poſſe rem iudicatam Bar. tradit[k]: quum allegat actor uel reus, ſe reperti nuper inſtrumenti in iudicio producendi facultatem nō habuiſſe, quod & receptiſſimum eſt[l]: ut hic Alex. ſcripſit, & utcunq; in ſententia defendi poteſt, à qua uerus partium conſenſus abeſt[m]. In trāſactiōe uero uix eſt, ut id ſeq ego audeā[n], quū legis noſtræ mens aduerſetur, fruſtra'q; hic traditum eſſet, ad doli actionem recurrendum eſſe, q̄

II nec ei, qui alia ratione reſtitui poteſt, concedi ſolet[o]. Ad aliud ergo remedium cōfugiendū eſt, id erit, ſi princeps adeatur, qui perpenſa rei æquitate reſcripto ſuo reſciſſionem concedat, qđ Rimin. hic cenſuit. Nā & princeps reſcripto ſuo reſcindere rem iudicatam non poteſt[p]: & tamen ex cauſa nouarum probationū poteſt[q]. Ego de hoc quoq; dubito, q̄a lex generaliter negat, trāſactionem reſcripto reſcindi[r]: & ſpeciale eſt fauore libertatis, ut Prīceps adiri hoc caſu poſſit[s]. Et q̄uis fauore abſolutionis, ut innocens, qui in cauſa criminali condemnatus erat, liberetur, lex reſcripto Principis reſcindi ſententiā permittat[t]: non tamen conſequens eſt, idem concedendum, uel in cauſa ciuili, uel etiā in criminali, qua reus condemnationē euaſit, ut merito non uideam, quomodo huic ſententiæ locus eſſe poſſit, excepto quum reus accepiſſet ab actore pecuniam, ut crimen fateretur, atq; ita tranſegiſſet, condemnatus'q; à iudice eſſet[u]: qui caſus raro contingit.

III Quis em̄ adeò fatuus eſt, qui pecuniam ſaluti anteponat? alia igitur prouiſio perquirenda eſt. Et alij tradunt denunciatione Euangelica poſſe ſuccurri[x]: quod ego uerū faterer, ſi probaretur aduerſarium ſcientem in tranſactione peccaſſe,

IIII læſæ'q; conſcientiæ reum eſſe. Ex eo uero quod deinde detectum fuit, dubitabilior eſt quæſtio, alibi à nobis diſputata. Illud conſtat in cauſa publica aduerſus ſententiā fiſco propter noua inſtrumenta ex diuoꝝ fratrum reſcripto intra triennium reſtitutionem concedi[y]: quod etiam ad tranſactionē hic omnes extendunt, quæ tamen ſententia dubitabilis eſt[y]: quia ut durum eſt in his, quæ contra iuris cōmunis regulas inducuntur, extenſionē fieri[z]: ita duriſſimum ad ea fieri, quæ tanta ratione nō innituntur. ſententia em̄ in inuitum fertur[a]: tranſactio conſenſu partium conſtat: at facilius ei, qui coactus fuit ſuccurrendum eſt[b]. Nam & ſententia iuris publici eſt, qđ facilius à lege tollitur: tranſactio priuatoꝝ conſenſu inducitur, quem lex difficilius perimit. Vnde ſolet uulgò dici, lex tibi ſuam, non tuam aufert prouiſionē[c]. Adde quòd ſententia inſtrumentorum uires, rigore quodā iudiciali, ſi intra dilationem nō producantur, perimit[d]: at tranſactio non rigore, ſed conſenſu extinguit[e]. Veriſimile eſt em̄ à tranſigente cogitatū, poſſe inſtrumenta aliqua reperiri[f]. Vnde qui ſibi in eum caſum non cauerit, merito ſubmouendus eſt[g]. Et hæc quidem probabilia ſunt, niſi qđ alia ſententia & receptior & æquior quoq; eſt.

V Quæ ob cauſam publicam in ſententia ſpecialiter recepta ſunt, in pupillis quoq; locum habent, quoniam Reſpub. & pupilli pari priuilegio extra ordinē iuuantur[h]. Sunt etiam qui non in pupillis ſolum id obſeruandum autument, ſed in adoleſcentib9 quoq;. Verum Alex. eos ex edicto de minoribus reſtituēdos potius credit, q̄ ex eo reſcripto quoties dolo aduerſarij, uel ſui facilitate inſtrumentum in iudicio non produxiſſent[i].

VI Protrahitur rurſus illud reſcriptum ad eccleſiam, & eam em̄ non minore fauore proſequimur, q̄ pupillos[k] Quum etiam eccleſiarum cauſa publica ſit[l]: quod intelligendū, quum de re eccleſiarum agitur, non ſimpliciter ipſorum ſacerdotum[m]. Item quum eccleſia aduerſus eū litigat, qui pari priuilegio non ſubnitatur. Proinde eccleſia aduerſus eccleſiam litigās, quod ad reſcriptum attinet, iure cōmuni utetur[n].

VII Alia quoq; ſpeciali ratione receptum eſt, ut trāſactio fieri, niſi uiſis teſtamento uel codicillis non poſſit[o]: & ideo ſi inita ſit, eis deinde inuentis, reuocabitur[p]. Quod & in iuramento fauore ultimarum uoluntatum conſtitutum eſt[q]. Sed an idem in ſententia, ut non inſpecto teſtamento uel codicillis lata non ualeat? Et Pont. ſingulariter cenſuit idem eſſe[r]: quæ opinio recepta non eſt: quū ex tali ſententia exceptionem dari lex dicat[s]. Ratio'q; cur tranſactio non ualeat, nempe in odium eorum, qui ſpe tranſigendi tabulas ſupprimunt, ad ſententiam extendi omnino non poſſit, quæ non fact[o] partium, ſed à iudice robur aſſumit.

b ¶ SI QVIDEM actio. Vt quia nulla acceptilatio interuenerit[t]: & quod in tranſactiōe hic dicitur, idem in ſententia receptum eſt, quæ ſi dolo rei lata eſt, poterit actor priore actione experiri, & excipienti de ſententia, replicare de dolo. Si uero dolo tertij, ſecus eſſet, ſolum'q; aduerſus ipſum tertiū, ad id quod intereſt, agendū eſſet[x].

c ¶ SI VERO. Sed cur non potius utilis actio hoc caſu reſtituitur? uel directa non exercetur, tanq̄ trāſactio ꝑpter dolum ipſo iure nulla ſit, uel furti, aut falſi nō agitur? Videndum itaq; de ſingulis. Et circa primā q̄ſtionem hic apparet, extinctam etiā ꝑ dolū actionē non reuiuiſcere neq; utiliter: à qua ſnīa ſolus Fulg. diſceſſit, qm̄ exiſtimat, poſſe actionē doli cū actione utili cōcurrere, qđ eo exēplo oſtendit, quū fideiuſſor hoīem Stichū occidit. Alibi em̄ dicit̃ de dolo agi[y]: alibi utilē actionē ex ſtipulatu dari[z]. Nā & idem uidemus in actiōe, qđ metus cauſa, q̄ cū utili & ipſa cōpetit[a]: ſuadet'q; id æq̄tas, ut potius utilis det̃, q̄ de dolo, q̄ famā rei onerat[b]. Sed tn̄ hæ ratiōes me nō mouerint, ut à crebriore ſnīa deſciſcā, quū actio de dolo à Prætore nō det̃, niſi qn̄ alia nulla cōpetit, id'q; ip̄e edicto ſuo teſtat̃[c]: merito cū utili nō cōcurrit: qđ ſecus eſt in actiōe metus cauſa cō ceſſa; q̄ famoſa nō eſt, & ideo nō æque odioſa[d]:

ut

in ſt. ex q̄b. | naio. | de ſentent. | ſ. fiſ. lib. 10. | mater. in | de except. | nter ſtipulā | §. 1. de uerb. | admonēdi. | §. idem Pō- | de dol. l. di- | in fin. de in | reſt. | in. j. ſenten. | non poß. | iui. ff. de | uſas. ſup. e. | in fi. ff. ſi li- | ge. eſſe dica. | diui. l. 1. in | e quæſt. | l. 1. j. de pœn. | qui. | nouit. de iud. | 1. j. de ſenten. | iſc. l. impera- | ff. de re iu. | g. d. l. admo | i. | quod uero. | gib. | ntr. §. 1. de | oblig. | ſi fideiußor. | qui ſat cog. | o. l. 1. j. ſi ad- | uendit. l. aßi | q pot. ī pig. | §. & ſi q̄dē | 1. extr. eod. | qui iure. de te | n. mil.

g l. quicquid. de uerb. oblig.
h l. 4. j. quib. ex cauſ. matr.
i l. minor. 25. annis cui fidcicom. de minor.
k c. 1. de in integ. reſtit.
l l. 1. §. publicum de iuſt. & iur.
m Abbas. c. inter monaſteriū. de re iud.
n c. ſuborta. in fi. de re iud.
o l. de his. ff. eod.
p l. imperatores. §. 1. l. non eſt. ff. eod.
q l. ſi. j. de re. credit.
r Rom. ſing. 195 Fely. d. c. ſuborta.
s l. ſi mater. ī principio. de except. rei iud.
t l. cū proponas.
x l. argentarius §. fin. de æden.
y l. ſi fideiußor. de dol. l. Stichum. §. tametſi. de ſol.
z l. mora. §. fin. de uſur. l. mora. de uerb. oblig.
a l ſi mulier. §. ſi. qđ met. cauſ.
b l. pen. in fin. de in integr. reſt.
c l. 1. in prin. de dol.
d gl. l. ſi cum. §. eum qui. quod metus cauſ.

ut merito lex nullo casu utilẽ cõcedat, quò deceptoris notã imminuat. Nec uerũ eſt, eodẽ tpe de dolo actionẽ, & utilem ex ſtipulatu, aduerſus fideiuſſorem dari, ſed diuerſis caſibus: aut em̃ hominem occidit poſtq̃ in mora fuit, & quia ppetrata eſt ex mora actio, utilis datur: aut ante moram, & quia nulla alia competit, de dolo agẽdum eſt, ut recte ueteres diſtinxerunt[e]. II Quod ad ſequentem q̃ſtionem attinet, quũ iudicia omnia ſtricti iuris ſint[f]: trãſactio'q; iudicium principaliter reſoluat, ſupra cõcluſimus[g], tranſactionem ſtricti iuris eſſe, & ideo propter dolum non ipſo iure infirmari[h]: merito & hic actione doli experiundum eſt, quod etiam defendi diſputando poſſet, quoties ex manifeſta actoris calumnia lis inſtituta eſſet. Nam tunc lex tranſactionem imperfectam ait, quæ uox ad ſolum[i] effectum plerunq; refertur[k]. Nec me moueret quod hoc caſu repeti poſſe, id quod ſolutum eſt, dicit[l]: quum tamen ab eo, qui exceptione odioſa, qualis eſt doli, tutus eſt, repeti non poſſit[m]: quia quũ exceptio doli hoc caſu ex æquitate naturali, ne quiſq; ex calumnia ſua lucrũ faciat, inducta ſit, fauorabilis eſt, & ideo etiã repetitioni ſufficit[n]: ut Fulg. Paul. Alex. Iaſ. tradunt[o]. Receptior tamen eſt eorum opinio, qui hoc caſu, cũ actor dolo euidente litem inſtruxit, tranſactionem nullam ipſo iure tradiderunt, tanq̃ in materia contractus deficiat, quia res dubia nõ eſt[p]: imputatur'q; actori magis calumnia q̃ reo: ſiue quia actor non niſi inſtructus, & certus iuris ſui, alium inquietare debet[q]: ſiue quòd reus ſe defendit, quæ defenſio uelamentũ aliquod aduerſus calumniã ſemper habet: quapropter nunq̃ de calũnia notatur[r]: ſed ſatis eſſe lex exiſtimauit, ſi expenſas reſarciret[s]. Adnotat tamen hic Iaſon quinq; caſus, quibus tranſactio ualet, q̃uis actore calumniante, quos ab eo, qui uolet accipiat. Nunc de III tertia quæſtione uidendũ. Et quũ lex noſtra ſubtracta à reo, ipſi actori inſtrumenta affirmat, uideretur furti agi poſſe[t]. Vnde ſequit̃, ut de dolo actio nulla ſit, quæ tũ ſolũ cõpetit, quũ aliter nec ciuiliter nec crimĩaliter actori cõſuli poteſt[u]. Sed difficillima non eſt reſolutio. Ad reſciſſionẽ em̃ tranſactionis, de qua hic tractatur, actio furti nõ cõpetit, quæ ad pœnam uel ad recuperandam rem ablatam datur, merito ſolum de dolo reſciſſionis cauſa agetur[x]: quod & Pet. ſenſiſſe uidetur. Doctores aũt aliter multifariam diuinarũt: Accur. hic non fuiſſe cõtrectata inſtrumenta primum cõminiſcitur, at abſq; contrectione nullũ eſſe furtũ[y]. Deinde per alium facti inſcium ſubtracta inſtrumenta credidit, quo caſu ꝓpter ſubtrahentis, qui ſolus contrectauit, bonam fidem furti non agi cenſuit[z]. Butric. Bar. & non pauci alij hic de dolo tractari aiunt, qui cælando, trãſactionem'q; extorquendo cõmittitur, ex quo furti actionem dari negant[a]: ſecus ſi de dolo ageretur, qui ſubtrahendo ipſa inſtrumen ꝑpetratur, unde furti actionem oriri conſtat[b]. Sed certe lex noſtra ſubtractis, inquit, inſtrumentis: nam & ſubtractio ipſa principalis eſt, ideo'q; ſola ꝑpendi hac in re debuit[c]: quod in furto maxime dicẽdũ, in quo conſtat ex cotidiana contrectatione, & clandeſtina repoſitione, nouum crimẽ nullum cõmitti[d]. Tum em̃ ille deliquit, quum rem ſubtraxit: at poſtq̃ fur eſt, alia noua nota non maculatur[e]. IIII Cæterũ quod poſtremo attingendum ſupereſt, cur falſi crimine hic agi non poſſit[f], expeditam habet reſolutionem. Non em̃ quiſquis inſtrumenta ſubtraxit, falſi reus agi poteſt, ſed qui uel deleuerit, uel cõbuſſerit: ſicut & nec ille eo crimine tenetur, qui aduerſus ſolum actorem tabulas cælauerit[g]. Quamuis quod ad legem noſtram pertinet, abſurdum non eſſe aliqui exiſtimauerint, ſi cũ falſi accuſatione criminaliter mota concurrere ciuilẽ de dolo actionem concedamus[h]. Eſt em̃ falſum ſpecies doli, ſicut & ſtellionatus[i].

IIDEM AVGG. *Antiſtiæ.*

NOn minorem authoritatem[a] tranſactionum, q̃ rerum iudicatarum eſſe recta ratiõe placuit. Siquidem nihil ita fidei cõgruit humanæ, quàm ea quæ placuerant cuſtodiri. Nec em̃ ad reſcindendũ pactũ ſufficit, quòd hoc ſecunda hora noctis[b] interceſſiſſe ꝓponis: quũ nullũ tempus ſanæ mentis maioris XXV. annis cõſenſum repudiet.

NON MINOREM. Par igitur eſt ſententiæ tranſactionis'q; authoritas, utrunq; em̃ obſeruandum eſt, ſiue ſententia iudicis præceptum, ſiue tranſactione promiſſum[a]. In hoc tamen differunt, quod ſententia ꝓpter iuris publici obſeruantiam iure ciuili firmior eſt: tranſactio ꝓpter uerum partiũ conſenſum iure naturali magis ſubnititur: hinc'q; aliquæ proditæ ſunt differentiæ[a]: ecce ſententia aduerſus ſententiam non ualet, tranſactio ualet[b]: ſententia ſecundũ acta interpretationẽ recipit[c]: tranſactio latius ex mente partium accipitur[d]. Ex ſententia quis ingenuus redditur, ex pactione nõ reddit̃[e]. Sentẽtia executionẽ intra quadrimeſtre tempus nanciſcitur[f]: tranſactio non nanciſcitur, niſi in iudicio facta ſit, quo caſu propter confeſſionẽ, iudicis arbitrio tempus ſolutioni præfigitur[g]. Ex ſententia actio in factũ uel ꝓſequutio iudicis officio cõpetit[h]: ex tranſactione, quũ contractus innominatus ſit, nulla actio datur[i]. Ex ſententia ſola naturalis obligatio oritur, q̃ nos parere magiſtratibus iubet[k]: ex tranſactione uera, quæ ex cõſenſu naſcitur[k]. Vnde & ſupra facilius putaui reſcindi propter noua inſtrumẽta rem iudicatam poſſe q̃ tranſactionẽ[l]: exceptò quũ ideo reuocatur tranſactio, quia non uiſis nec inſpectis ſupremi iudicij tabulis inita ſit[m]. Hac em̃ ex cauſa res iudicata non retractatur[n].

b ¶ HORA noctis. Nihil em̃ refert in contractibus, an die an nocte celebrati ſint, quia tempus eorum ſubſtantiam non reſpicit, ſed probationem. Debent em̃ teſtes ipſi actui adeſſe, parteſ'q; cognoſcere[o]: quod noctu fieri non poteſt, niſi

lychnus

e Bal. d. l. ſi fideiuſſor. et d. l. mora.
f l. 1. ꝗ. ſi plures unaſſent.
g dixi ſupr. in rubric. eod.
h l. dolo. ꝗ. de inutil. ſtipul.
i l. in ſumma. de de cond. indeb.
k l. metum. §. ſed quod prætor. quod met. cauſ.
l d. l. in ſumma.
m l. qui exceptionem. de cond. ind.
n l. qui ſe debere. de cond. ob. cauſ.
o Bar. l. 2. ꝗ. quod met. cauſ.
p l. 1. de tranſact.
q l. qui accuſare. ſupr. tit. 3.
r l. 1. ad Turpil.
s l. properandũ. §. ſin autem. alter utr. ꝗ. de iud.
t l. qui tabul. ff. de furt.
u l. 1. in princ. cũ gl. ff. de dol.
x l. 1. de in integ reſt. l. arbitrio. de dol.
y l. inficiando. de furt.
z l. ſi is qui rem. §. ſi tu. l. ſi quis perferendum. ff. de furt.

a l. ei qui. de fi
b l. argentari §. fin. de æde
c l. ſi quis nec ſam. ſi cert. pet
d d. l. ei qui. l. de priuat. del.
e l. 4. §. ſed qu meretrici. de cõ ob turp. cauſ.
f l. Pau. ff. de fa
g l. 3. §. ſi qu dol. de tab. exh
h l. ſi quis affi mauerit. in ſi. d dol.
i l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff manda.
a l. 2. de iureiur
a l. ſub prætext l. ſi de certa. ꝗ. e
b l. ſi diuerſa. ꝗ.
c l. 2. ꝗ. de iud.
d l. ſub prætext infr. eod.
e l. diffamari. ꝗ. de ing. l. ſi iura uero. de iur. pa
f l. 2. ꝗ. de uſur.
g l. ſi debitori. d iudic.
h l. intra. de re iud.
i l. ſiue. ꝗ. eod.
k l. uelut. de iuſt. & iur.
k Bart. l. Iulian. uerũ. de cõd. ind.
l ſupr. l. prox.
m l. de his. ff. eo
n gl. l. 3. §. item ſi uerb. euicerit. ff. ſi cui pluſquam pe l. falc.
o l. fin. §. ſin aut dubius. ꝗ. de iu. delib. l. teſtium. de teſtim.

lychnus accendatur: imò in re suspecta, & grauis ponderis, tria lumina necessaria sunt[q], alioq nulla esset eius rei probatio. Vnde traditum est, reprobatos fuisse quosdam testes, qui homicidium à Sẽpronio tali nocte fieri uidisse se dicebãt, id em̃ impossibile est, nisi luna lucẽte, uel accensis lychnis[r]. Ego rem omnem arbitrio iudicis relinquendam magis cẽserem. Sunt em̃ quidam feliũ oculis, qui noctu uident, quos Galenus & alij ueteres nyctalopas uocant[s]. Sunt qñꝫ noctes sublustres, sunt crepuscula, quibus uisus om̃ino non impeditur. Quod & in ea specie censerẽ, quum notarius in instrumento attestatur. Arduinum mille aureos P. Ianuario spepondisse, negãtꝫ id Arduinus, nec constat eũ aut notario aut testibus cognitum fuisse, quum em̃ nihil necesse sit testes, qui instrumẽto adsunt contrahentiũ notitiã habere[t]: quũ & notarius solam partiũ assertionẽ, ita se nuncupari affirmantiũ, impune sequat̃[u]: apparet facile posse falsum cõmitti, uel de alio Arduino intelligi[x]: & ideo iudex eam præsumptionẽ, quæ pluralitati personaꝝ aduersat̃[y], ex rei creditoris ue qualitate cõtrarijsꝫ coniecturis moderabitur[z]: nec facile tali documento credet, quod nulla negotij gesti uiua attestatiõe iuuetur[a]. Non tamen par semper causa est actus noctu uel interdiu gesti. Instrumẽta enim noctu facta, facilius suspecta præsumuntur[b]. Vnde & electio noctu facta, licet mero iure ualere uideatur[c], tamen suspicione non caret, faciliusꝫ accedẽtibus alijs adminiculis infirmari posset[d]. Sed & sentẽtiam iudicis noctu latam non ualere receptius est[e]. Debent em̃ iudiciarij hi actus interdiu fieri, quũ & tali solum tempore sedeant iudices[f]. Quod intelligẽdum, nisi quando aliàs res tẽpore peritura esset[g], uel iurisdictio finiretur[h], uel multitudine causarũ impeditus iudex, necessario in noctẽ negotiũ distulisset[i], uel si partes expressim consensissent[k]. Idem si tacite, ut quia præsens non aduersatur, sed silet[l]. Consuetudine quoꝫ induci potest, ut tali tẽpore lata sententia ualeat, quod om̃es hic fatentur. Excipit Alberic. & sententias in causis pijs latas: alij etiã eas quæ ad uoluntariã iurisdictionem ptinent. Illud quoꝫ constat, arbitratoris laudatiuũ ualere, quod noctu dictũ corã partibus sit, uel etiã altera absente, dũ id iuris ei ex mãdato cõpetat, ut etiã absꝫ citatiõe decidere rem possit[m]: cõtractui em̃ seu transactioni arbitratoris mandatũ æquiparat̃[n], quod alibi disputauimus. Sed & appellatiò, cũ ad defensionẽ ptineat, noctu interponi potest[o]: quid ni? cũ & die feriato appellare possimus[p]. Quæ autem noctu protestationes fieri possint, alibi attigimus.

l.l. si cũ exc. / in hac. quod / ..cauf. / idem Offilio. / ...e. de æd. ed. / l.e. eum cauf. / ..de testib. / Bald. in rubr. / id. inst. col. 5. / Bart. l. si in rẽ. / ei uend. / omnium. de / a. / ubi. ȷ. de fals. / §. nos autem. / uth. de tabel. / Bal. c. 1. pen. co / n. de fid. inst. / rg. c. 1. ut eccl. / efic. / .quia propter / fi. de elect. Ab / .c. 1. de cland. / b. Mod. tract. / elect. 3. parte. / 7. / .consuluit. de / . deleg. / . sedebunt. in / h. de iud. / .1. 2. 3. de fer. / l. c. consuluit. / .fi. l. si de me / .fi. l. si feria- / .de arb. / ald. §. itaꝗ. in / æ. ff. / Bart. l. more. / ferijs. / oct. hic & d. / consuluit. / Alex. hic. / , quintauallis / iureiur. / Auth. hodie. ubi / . ȷ. de app. l. 1. / lies uers. quis / 0. ff. qñ app. / . 1. ȷ. de fer.

IIDEM AVGG.

Geminiano.

QVum ea, quæ trãsactiõis causa dari aut retineri conuenit, uelut emptorem eum, quem accipere placuerat, obtinere præscribitur, his quæ simulate geruntur pro infectis habitis, frustra ficti precij postulatur numeratio.

QVVM EA. a ¶ Qui rem ob transactionem dat, licet causam uenditionis simulet, uenditor tñ nõ est, & frustra preciũ petit. Triplici autẽ modo inducit̃ simulatio, qñꝫ em̃ contrahimus id agẽtes, ut cõtractus ille omino nullus sit, imaginariusꝫ hic actus appellat̃[a]. Quandoꝫ in specie aliqd agimus, causamꝫ iustam prætẽdimus, quũ tacite aliqd illicitũ agat̃, ut quũ fœnerator quod pignoris causa acceptũ est, emisse uideri uult[b], hicꝫ ꝓprie contractus simulatus est. Quãdoꝫ uere cõtrahimus, sed solũ iustam causam in aliã æque iustam mutamus, ut qđ mutuũ fuit, quũ depositi causa apud nos esse fatemur[c]: & hunc proprie simulatum contractum non esse Bart. censuit, quũ substantia debiti non deficiat, licet mutata sit causa. Hic tñ apparet recte dici causã ipsam simulatam, opinor & contractũ hic esse simulatũ, quũ ex mente contrahentiũ substãtia debiti deficiat. Actum em̃ erat, ut preciũ om̃ino nullum deberet̃, q̃uis instrumentũ uenditiõis nomẽ præseferret. Non præsumi aũt simulationẽ regularit̃ traditũ est, quia instrumẽto standũ est, donec aliud ꝓbetur[d]: debetꝫ quisqs contractũ simulatũ fuisse affirmat, specialem simulatiõis causam allegare, ꝓbareꝫ, alioq obtinere nõ posset[e]: quod Bart. respondit[f]. Sed quid si in casu legis nostræ iusiurandum accessisset? Et si iuratum sit prædicta omnia esse uera etc. nihil adhuc actũ est, quia qui actũ simulatũ iurat esse uerum, hoc ipso periurus est, cõtractus aũt periurio cõfirmari absurdum esset[g]. Sed qđ si iurauit qs actui simulato nõ aduersari, cõtrafacere ue? Et ualere huiusmodi iuramentũ aliqui censuerũt[h]: idꝫ ꝓmissum uideri ne simulatio detegatur, & ideo in casu nostro, altero preciũ petente, alter obijcere de transactione nõ poss. t[i], nisi absolutiõe à pontifice prius impetrata. Sed hanc sententiã ego cõmuniter approbari nõ crediderim. Quum em̃ consensus ꝓpter simulationẽ à tali iuramẽto absit, non uidetur necessaria esse alia absolutio[k]. Et ideo arbitror nõ esse recedendum à cæterorum traditiõibus, gñaliter affirmantiũ, iuramentũ hoc in contractu simulato nullum esse, tanquàm consensu deficiat[l]: idꝫ exceptis duobus casibus. Primus, quum celebrato contractu deinde iuramẽtum ex interuallo præstitum fuisset: uidẽtur em̃ partes à contractu uero tunc recessisse, & simulatum loco ueri confirmasse[m]. Qua tñ ratione ego subsisto, quũ iuramentũ semper cõtractui accessorium sit, et ideo tametsi ex ĩteruallo accesserit, imitari cõtractus naturã debet[n]. Alter est, quũ unus ex contrahentibus solum iurasset, & ob simulationem aliud uerbis cõcepisset quàm mente sentiret: uel callide in formula cauillasset, tunc iuramẽtum in eius odium ualeret, & secundum eius, cui præstitum esset, sentẽtiam declararet̃[o], quod & leonino rithmo Accur. expressit,

Fallit iurantem iuratio facta per artem[p].

Ex arbitrio igitur recipientis iuramẽtum hoc casu decidetur, an ualeat, an pro irrito habendũ sit[q], quod & Bald. annnotauit[r].

a l. imaginaria. de reg. iur.
b c. ad nostram. de empt. l. 3. ȷ. plus ual. quod agi.
c l. si ex pretio. ȷ. si cert. pet.
d l. cum precib. de prob.
e c. fin. de ren. 6.
f consi. 65. Petr. Nic.
g l. fin. ȷ. de reb cred.
h Abb. c. cum cõtingat. de iureiu.
i c. debitore. de iureiur. Ang. 160. domina.
k c. si cui. in fin. de iureiura.
l gl. d. l. 3. Doct. l. nemo potest. de leg. 1.
m arg. l. 2. ȷ. qđ. met. caus.
n Imo. & Rom. l. qui mihi donatum. de donat.
o 22. q. 5. c. quacunꝗ. et §. et his omnibus.
p glo. uerb. quatuor. in auth. iusiu. quod præs.
q l. Iulianus. §. si quis. colludente. de act. empt.
r l. 1. ȷ. plus. ual.

t Si maior.

IIDEM AVGG. & Cæſ. Alexandro.

SI maior tranſegiſti, ad reſcindendam tranſactionem de dolo conteſtatio non ſufficit.

SI MAIOR. a ¶ Petebam certum fundũ uel fortè centũ, mihi ex certa cauſa à te ꝓmiſſa, excepiſti nihil te ſpepõdiſſe, conteſtatusq́; es, caſu quo q̃cq̃ ꝓmiſſum probarẽ, te fuiſſe dolo circumſcriptũ: deinde trãſegimus in lite, quũ ꝓmiſſa mihi in tranſactiõe peterẽ, ſupplicaſti ad Cæſarẽ, ut tranſactionẽ reſcindi iuberet, quũ de conteſtatione doli, id eſt cõditionali ipſa exc ptiõe [a], nõ uideret tranſactũ. Et hic reſponſum extat, maiori nequaq̃ ſuccurrendum eſſe: quo fit ut lex innuat, minori poſſe ſuccurri: quod eatenus ĩtelligendũ eſt, ut uideat iudex, an uere prior illa ꝓmiſſio ſeu alienatio ex dolo ꝓceſſerit Nam eo cõperto, etiã poſteriorẽ ex trãſactiõe reſcindet [b]. Traditũ em̃ eſt, non temere minorẽ aduerſus tranſactionẽ reſtituẽdum eſſe [c], niſi ꝓbata læſione, nimiaq́; ſui facilitate [d]. Quod ſi de dolo aduerſarij ſui iam ſit cõteſtatus, ſufficiet id, ne exceptio tranſactiõis litis ingreſſum impediat: atq; ita hoc ego reſcriptũ interpretor. Alij tamẽ ſimpliciore & indubitato ſenſu accipiũt, ex ſola doli ꝓteſtatione, nõ ideo in promiſſiõe alienatione ue fraudem præſumi, ſed om̃ino ex ꝑſpicuis indicijs ꝓbandam eſſe [e]. Sunt tñ præcipuæ ſex cõiecturæ, unde fraus in alienatiõe præſumi poſſit, ut quum quis uniuerſa bona alienat [f]; ut quũ coniunctis ꝑſonis fit alienatio [g]; ut quũ ea facta nihilominus alienans in poſſeſſiõe remanſerit [h]; ut quũ donatio clãdeſtina eſt [i]: ut quũ re alienata, incontinenti graue delictũ q̃s admittit [k]; ut quũ alienatio conditionẽ habet, ſi deliquerit: apparet em̃ iã de delicto cogitatũ eſſe [l]: quæ oĩa alibi à Doct. congeſta, declarataq́; cernere eſt [m], quos ultra & ipſe X. caſus q̃nq; annotaui. Primus, quũ in alienatiõe legitimæ ſolennitates minus obſeruatæ proponunt̃ [n], uel cõmunis ſtilus neglectus, inſolitæq́; clauſulæ adiectæ [o]: quũ & nimiæ cautelæ fraudis meditationem arguãt [p].

Secundus: quũ alienatione aliqua ex cauſa celebrata, ſententiã partes mutaſſent, & aliũ titulum prætexuiſſent, præſumitur ex uariatiõe fraus [q]: quod & in digama muliere ſancitũ eſt, cõſtitutã ſemel dotẽ minuente [r]. Tertius, quãdo alienatio facta ſub noĩe uenditiõis eſſet, nullo precio corporaliter interueniẽte [s], uel modico numerato [t]: idem ſi interueniſſet q̃dẽ preciũ, ſed deinde perfecto cõtractu reſtitutũ fuiſſet [u]. Quartus, quãdo alienatio mixtim titulo donatiõis uenditiõisq́; celebrata fuiſſet, ut ſicut tali caſu ceſſio actionũ eſt nulla, amittũtq́; cõtrahentes ius ſuum [x], ita in alijs cõtractib9 ſaltẽ fraudis ſuſpicio oriat̃. Quitus, quoties alienatio conditionẽ haberet ex uoluntate alienãtis reſolutoriã [y]. Idem ſi collata eſſet reuocatio in alicuius uoluntatẽ, qui aliàs ſuſpectus eſſet, puta matris, uel coniuncti. Sextus, quũ alienatio inter perſonas ꝓhibitas celebrata eſt [a]; tum em̃ nec cõfeſſiõi q̃dẽ iuratæ ipſorũ ſtandum eſſet [b]. Septimus, quũ ante alienationẽ aliqua uerba quis effutijſſet, unde dolus argui poſſet [c], quod & prouerbiale carmen indicat.

ἡ γλῶσσ᾽ ἁμαρτάνουσα τ᾽ ἀληθῆ λέγει.

Peccante lingua, ueritas oſtenditur.

Octauus, ſi alienatio priuatis chirographis celebrata apparet [d], ſuſpecta eſt: tum q̃a clãdeſtina, tũ q̃a anticipata, ſeu, ut ueteres dicũt, repetita die fieri potuit [e], interimq́; chirographũ penes alienãtem eſſe [f]. Nonus quũ alienatiõis inſtrumentũ eo tempore exhibet̃, quo & notarius & teſtes ĩ eo deſcripti, ĩ humanis eſſe deſierũt, uel qui ſuperſtites ſunt magna amicitia ei iungũtur, cui id inſtrumẽtum bono eſt, quod Curtius ſenior reſpondit [g]. Decimus, quum ex qualitate ꝑſonæ uel rei natura alienatio ſeu ꝓmiſſio ſuſpecta eſt, qualitas em̃ ꝑſonarũ præſertĩ inſpiciẽda eſt [h]; ut quum q̃s humilis & deploratæ uitæ obligationẽ exhiberet, maioris ſummæ q̃ ut ueriſimile ſit, eã ſperatũ fuiſſe [i]. Putauerim igit̃ ĩ ſingi has cõiecturas poſſe, ſufficereq́; ſi ita iudici ſederit, ut dolus præſumat̃. Sunt & particularibus alijs caſibus pleræq; doli præſumptiões à Pileo Mogũciaco primũ, dein à Lu. Pennen. cõgeſta [k].

a l. præſcriptionem. l. ſeq. ĩ. de excep. l. emp. de præ long. temp.
b l. dolũ. de noua
c l. non omnia. de minor.
d l. nam poſtea. §. ſi minor. ꝗ iureiu.
e l. dolum. ĩ. de dol. l. metũ. ĩ. q̃d met. cauſ.
f l. omnes. §. l. de his quæ infr.
g l. data. ĩ de don.
h l. & ſub imagine. ĩ. de diſtra. pign.
i l. non exiſtimo. de a : m. tut.
k l. ſi uentri. §. fi. de pri. cred.
l l. fi. ff. de ſtip. ſer. ubi Bar. d. l. ſi quis locuples. de manu teſt.
m l. poſt contractum. de don.
n l. ſi quis. ĩ. de reſcind. uend.
o c. quam. graui. de crim. fal. l. conſtitutionib. in fin. ad munic.
p gl. l. ſi quis. ſub cond. de condic. inſtit.
q gl. c. j. ut benef. eccleſ.
r §. de augmentis. in auth. de nu. uerb. uitricum.
s l. j. ſi mutuam. in fin. & §. q̃d ſi lite. ſi quis infra. pat.
t l. per diuerſas. ubi Barto. 2. q. j. manda.
u l. qui ſic. de ſol.
x l. ab Anaſtaſio. ĩ. mand.
y arg. l. ſi itaq; s. in fin. de leg. 2. Guil. Cyn. Bald. l. ſi tibi. in princ. de pact.
z arg. l. ſi quis ĩtegris. in fin. qui & à quib.
a l. qui teſtamẽtũ. de prob.
b l. cum quis decedens. §. pe. de legat. 3.

c Bar. d. l. ſi uentri. §. fin.
d l. non intelligitur. §. tacite. de iure fiſc.
e l. 3. ff. de fid. inſtrum.
f l. ſcripturas & auth. ſi quis. ĩ. q̃ pot. in pig.
g Curtius conſil. 56. col. 4.
h l. cum hi. §. ſed & pars. ff. eo.
i l. ſi quis ex arg. §. j. de æd. Curtius. d. conſil. 56. in l fin.
k Luc. l. quemadmodum. de agr. & cenſit.

IIDEM AVGG. & Cæſ. Titiano.

NEc intentio creditorum Artemidori, cui alios ſucceſſiſſe profiteris, ſi obligatus pro eo nõ

NEC INTENTIO. a ¶ Artemidori creditores, affirmantes me eius hæredẽ eſſe, aduerſus me intendere cœperũt, cũ q̃bus ego tandẽ trãſegi, & centũ ꝓmiſi; euicta demum mihi eſt hæreditas, declaratũq́; eã ad Seium ꝑtinere: quærit̃, quemadmodũ aduerſus creditores ſuccurſum mihi ſit: & uideret̃, ſi ſolui, repetere tãq̃ indebitũ poſſe [a]; ſi nõ ſolui, exceptionẽ eis obſtare. Sed tñ hic cõtrariũ reſcriptũ extat, nulloq́; mihi remedio ꝓuideri, quũ trãſactio litis finitæ exceptio ſit, mihiq́; imputandũ ſit ſi tranſegi: nõ em̃ amplius hæc quãtitas à me tanq̃ hærede debet̃, ſed ex nouo tranſactiõis titulo [b]. Nam id natura tranſactionis inducit, ut q ex ea cauſa ꝓmiſit, ſoluat, ſiue ex prĩcipali cauſa deberet, ſiue nõ deberet: q̃uis ergo nihil origine inſpecta deberem, q̃a hæres nõ erã, trãſactioni tñ ſtandũ eſt [c]. Non ꝓcedit tamẽ legis noſtræ deciſio duobus caſibus. Primus, quũ creditores ipſi ſciẽtes prudentesq́; me non eſſe hæredem, manifeſta calumnia me inquietaſſent [d]: quod pleriq; hic fatentur. Alter eſt, quum ego tanq̃ Artemidori hæres tranſegiſſem: attendenda enim eſt qualitas ſecundum quam trãſegi [e]. Vnde ſi declaretur me hæredem nõ eſſe, uidetur condictio indebiti cõcedenda [f]: ſi tamen in lite apparet nihil diſputatum an eſſem hæres, quia nõ debet trãſactio ultra eius rei, qua de litigatum eſt, limites ꝓtendi [g]. Quum em̃ ſalua ſint creditorũ aduerſus ueros hæredes iura [h], ſequeretur duplicẽ eiuſdẽ æris ſolutione eos poſſe recipere, à me prætextu tranſactiõis, ab hæredibus iure hæreditariæ obligationis: quod q̃dem natura iniquum eſt [i]: cum & nõ debeat bonæ fidei poſſeſſor in aliquod detrimẽtum incidere, ſed om̃ino præſtãdus ſit indẽnis [k]: obſeruabit̃ ergo reſcriptum hoc in dubio, quũ nec ex actis cõſtat limitatam fuiſſe tranſactionis cauſam.

a l. ſi pœnæ. §. j. de cond. ind.
b l. imperatores. §. fin. ff. eod.
c arg. l. 3. §. idẽ ſcribit. de pecul.
d l. in ſumma. de cond. in deb.
e l. ſi cum propoſitas. §. j. ff. de in off. teſt.
f d. l. ſi pœnæ. argum. l. de ætate. §. ex cauſa. de interr. act.
g l. age. ſupr. eo. l. ſi de certa. ĩ. eo.
h l. ſi tibi. in fin. de pact.
i c. bona fides. de reg. iur. in 6.
k l. ſed etſi. §. conſuluit. l. item uidendum. de pet. hær.

cauſam. Sed nunqd mihi ſuccurretur aduerſus ueros hæredes? Et quoties poſſeſſor æs hæreditarium diſſoluit, traditum eſt, id poſſe ueris hæredibus imputari[k], id'q; ſuadente æquitate[l]. Idem ſi illud æs non debebat, dum tamē iuſtiſſima fuerit poſſeſſoris opinio deberi credentis[l]. Quod ſi poſſeſſor condicere à creditore q̄ imputare hæredi malit, audiēdum arbitror[m]: putarim'q; non aliter imputare hæredi poſſe, quàm ſi actionem ſeu condictionem ceſſerit, quum alioqui tutus nō eſſet hæres[n]. Si uero ſimpliciter noīe hæreditario poſſeſſor ſoluit, nec ceſſionem quidē neceſſariam eſſe, quia tali ſolutiōe liberatus mox eſt uerus hæres[o], quod Fulg. Salice. atq; alij hic ſenſere. Igitur exēplo ſolutionis, exiſtimādum uidetur etiā in tranſactiōe mihi aduerſus hæredē ſuccurri, ſi nomine hæredis, ſeu tanq; hæres tranſegero, & ſoluero: quum em̄ hoc caſu adiuuetur hæres, quia uidetur creditorem habuiſſe animū remittendi contemplatione hæredis[p], merito mihi ſuccurri debet: qua tamē in re amplius, ꝓpter legis noſtræ generalitatem, deliberandum eſt.

SI QVIDEM. a ¶ Qui trāſigit certa ſumma, reliquum cenſetur remittere, quia ea eſt natura tranſactionis, ut amplius non petat. At qui ſimpliciter cōfitetur ſe certam ſummā debere, in reliquo quoq; cōueniri poterit, quod intelligunt Docto.[a]: etiamſi taxatiue reſpōdeat, ut quia faſſus eſt, ſe debere cētum tantum, & ſupra hanc ſummā non teneri: uel dixit ſe pro reliquo debere tantā ſummā[b]. Sed ſi creditor ei taxatiōi conſenſiſſet, tūc ſecus eſſet: nihil em̄ amplius peti poſſet[c]. Vnde cū creditor centū petijſſet, quæ ſibi ꝓ reſiduo debebantur, à pleriſq; reſponſum eſt, maiorē quantitatē eum petere nō poſſe[d]: cui ſententiæ & ipſe aſſentior, niſi errorē confeſſiōis creditor allegauerit, ꝓbaueritq;: tunc em̄ aucupatione illius uerbi non eſſet eludendus[e]. Sed quid in caſu mixto, ut quum debitor creditori dixit, ecce centum, quæ duntaxat tibi debeo, & creditor ſimpliciter accepit, an uideatur excluſionis aduerbio acquieuiſſe? Et Bartolus[f] argumento huius reſcripti non arbitratur. Sed poſſe creditorem adhuc maiorem quantitatem petere, & ſibi debitam probare. Quoties enim alicui

k ... de hæredita. ... de peti. hær. ... l. ſi in area. ... de cond. ind. quod ſi poſſeſ... in fi. ff. de pet. ... ed.

l ... l. ſi pœnæ ... l. ſi à patre ... e cond. ind.

m ... ſi hæres. pecu... m. ff. ad Treb. ... uod ſi. in diem ... i. de pet. hære.

o ... ſoluendo. de ... g. ge. l. de qua ... ſ. fin. de iud.

p ... l. antepe. ff. de ... ct. Bar. l. ſi act. ... pr. tit. j.

a ... Bal. Paul. Iaſ. ... Rod.

b ... arg. l. Aurelius ... ſ. pen. de lib. leg. ... l. rationes. j. de ... probat.

c ... gl. & Doct. l. ... ì ex pluribus. de ... accepti. l. Doct. l. ... j. de hær. inſt.

e ... Bar. l. non fatetur. de confeſſ.

f l. ſi cum dos. re... rum amotar.

fuiſti, tenere te poteſt: ſed hoc integro negotio tractari cōuenerat. Nam quū quæſtionem tranſactione deciſam, & à te dari placitam numeratam pecuniam proponas, huius indebiti ſoluti prætextu, improbe tibi petitionē decerni poſtulas: quū & ſi tantum in ſtipulationem fuiſſet deducta, indebiti promiſſi uelamento defendi non poſſes.

IIDEM AVGG & Cæſ. Victorino.

SI quidē ex cauſa tranſactionis, acceptis his, quæ īſtrumento continentur, nihil amplius peti conuenit, aduerſariam tuam exceptiōis auxilio defendi ꝓſpicis. Sin uero certam quantitatē, quaſi ſolam ab ea debitam, reddere ſe debere, ſine litis deciſiōe[b] confeſſa eſt, tam eam, q̄ reſiduā debiti partē petere minime prohiberis.

IIDEM AVGG. & Cæſ. Sabinæ Marcellæq;.

SI maiores XXV. annis cū patruo

fit proteſtatio, qui aliàs iure communi innititur, uidetur ille potius iuri ſuo inhærere, quàm aduerſarij proteſtationi conſentire[g]: merito ſilentium tali caſu pro conſenſu non habet, quum præcidere illi creditor non potuerit, quin quicquid uellet effutiret[h]. quū et tacere idem potuerit, quia ſciebat ius ſuū illabefactum durare. Qua ratiōe etiam ſupra concluſimus[i], beneficio diuiſionis uti reū debendi non poſſe, qui ꝓ rata ſua ſe ſoluere dixerit, creditore ſimpliciter pecuniam accipiente & tacēte[k]. Sed uideret quū reus centū ſe duntaxat debere confiteretur, non poſſe actorē eam confeſſionem diuidere, quum eadem conceptione uerborū prolata confeſſio partim acceptari, partim oppugnari nō debeat[l]: & generaliter traditū ſit, ex eo quod qs ſubuertere nitit, non poſſe utilitatem conſequi[m]: non ergo admittēdus actor fuit, qui aduerſus taxatiuam deberi ſibi ampliorem ſummā contendit. Sed reſpondendum ex Bald. Salyceti'q; ſentētia eſt, qui aduerſarij confeſſionē acceptat, teneri eam cū connexis qualitatis omnibus acceptare[n]: at taxatiua connexam qualitatē nullam inducit, quia centum illa, de quibus confeſſio loquit, ſeparata ab alia ampliore ſumma cenſentur[o]: imò quantitas quæ ſupra cētum eſt, diuerſū corpus conſtituit, ut minime prioris numeri qualitatem reſpiciat.

b ¶ DECISIONE. Eſt deciſio litis, ipſa tranſactio, & διάλυσις[p] Ciceroni pro Roſcio: ſic & Iuuenalis: Decidere iactu

Cœpit cum uentis imitatus Caſtora.

Metaphora uel ab his qui rem cōtrouerſam ſcindunt, ut æquam partem quiſque auferat, & à lite recedatur, uel ab ægrotis, ſiquidem ut ait Ouidius: Immedicabile uulnus

Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

SI MAIORES. Tranſegeram cum patruo meo modica pecunia, quod ſperarem fore ut me hæredem inſtitueret, perijt ille alio inſtituto, quæritur an retractare trāſactionem poſſim, tanquàm non ſequuta cauſa. Et negat Imperator finita inſtaurari poſſe. 1 Sed qd ſi expreſſim adiecta conditione tranſegeram, ut quia remiſſurum me actionem dixerim, ſi hæres ab eo inſtituerer? Et receptius eſt, non impleta conditi

g l. fin. ſ. item ſi prædixeit. ff. nautæ. caup. Abb. c. Cumana. col. 3. de elect.

h l. Caius. de pign. act.

i l. ſicut. ſ. non uidetur quib. mod. pign.

k l. ſi creditores. ſupr. tit. j. uerſ. 7.

l c. cum olim. de conſtit. gl. l. ſi quidem. j. de except.

m c. ex eo. de reg. iur.

n Bar. d. l. Aurelius.

o l. j. ſ. ſed ſi mihi. de uerb. oblig.

p l. ſub prætextu. ſupr. eod.

one remissam actionem non censeri[q]: quod & plerique hic sentiunt, non instaurari ex nostro rescripto litem existimantes, quia causa illa expressa non fuerat[r].
II Vnde consequens est, ut si non in uim conditionis, sed simpliciter in uim causæ expressa esset, idem sentiant, nempe litem instaurari causa non sequuta posse. Qua in re ego dubito, quoniã causa hæc à iure pro nulla habetur[s]: & quũ in uim modi adiecta sit, non impedit remissionem[t], meliorque est conditio possidentis, id est eius qui liberationem acquisiuit[u]: quod secus in conditione est. Ante enim conditionis euentũ nullum ius transijt.
III Sed quid si quũ ego patrui hæreditatem captarẽ, ille ut ad transactionem me alliceret, spem institutiõis fecit, deinde ueris tabulis nihil reliquit, & eorum delusit hiantem? Et putarint aliqui actione doli saltem mihi consuli[x]. Quod & Dec. ea in specie censuit, quum maritus spe hæreditatis à socero consequẽdæ uxorem minima dote accepisset[y]. Sed ego supra hanc sententiam nõ probaui. Imputet enim
IIII sibi qui reprobatam à iure nostro promissionẽ temere sequutus est[z]. Sed quid si, qui remisit actionem, ad eam paupertatem deueniat, ut alimentis indigeat, an saltem eatenus rescindere transactionem poterit, ut ali possit? Et dubium nõ est, non posse, nisi trãsactio hæc iurata in uim donationis ualuisset, quia liquidum fuisset remittẽtis ius[a]; debet enim ali donator, alioqui reuocationi locus est, quod Bal. quoque hic cẽsuisse uideo[b].

siue auunculo uestro trãsegistis, uel ei debita donationis causa sine aliqua conditiõe remisistis, non icciro qd' hoc huius hæreditatis captandæ causa, id est spe futuræ successionis, uos fecisse proponatis, alijs ei succedentibus instaurari finita debent.

IIDEM AVGG.
& Cæs. Dionysiæ.

Transactiõe matris filios eius nõ posse seruos fieri, notissimi iuris est.

IIDEM AVGG.
& Cæs. Catoni.

Sanum mente, licet ægrum corpore, recte transigere manifestum est: nec postulare debueras, improbo desiderio placita rescindi ualitudinis corporis aduersæ uelamento.

TRANSACTIONE. Status liberorum ex matris contractu non diminuitur, siue ipsa de se transigat siue de filijs. De se enim transigens filijs nõ præiudicat: tum quia res inter alios acta, alijs non nocet[a]; tum quia nihil pugnat filios esse liberos, & tamẽ matrẽ seruire[b]: nec matris calamitas filio nocere debet[c]. Adde quod nec sibi tali pactione nocet, quia non potest liber homo per pactum se in seruitutem dare[d]: minus igitur nocebit alteri. Atquum de filiorum cõditione expressim trãsigit, alia quoque ratione nihil agit, non enim in eius potestate sunt filij[e], merito quod ad eos attinet nihil eis obest. Nam & filius paciscendo nihil parẽtibus suis nocet[f]. Prodesse autẽ mater potest, unde quãdoque actionẽ in rem filij uindicandi causa habet[g]. Sed quod hic dicitur de matre, an locũ habeat in patre quoque? Et putauerim, quum enim alienare filium pater non possit, nec quidem de eius statu transigere poterit[h]. Sequitur ergo ut non ualeat alienatio nisi exigente famis necessitate, & precij participandi causa[i]: quod ius soli patri competit, cuius erga filios maior est authoritas quàm matris[k]. Sed nunquid filiusfam. maior XX. an II nis uendendo se ob famen ad precium participãdum noceat patri? Et uidetur quod amittãt libertatem[l], quum filiusfam. regulariter ex omnibus cõtractibus obligetur[m]; unde ex hoc quoque obligari plerique sentẽrunt[n]: putarim tamẽ licere patri pecuniã restituere, & filiũ rursus ad libertatem redigere[o]: ipse uero in libertatem prouocare non posset[p]. Sed quid si mater III transegit ut ad tẽpus filij in ministerio alicui citra seruitutis uinculũ essent? Et ualet cõtractus[q]; maxime si traditio sequuta est, non tamen præiudicium fit filijs, sed illis trãsactiõi non acquiescẽtibus, mater in id damnabitur, quod transigentium interest, sicut in cæteris obligationibus factorũ dici solet[r]. Nocet tamen quãdoque mater filijs seu partui ob IIII contumaciam, ut quũ prægnans inspici sibi uentrem, solenniaque edicti obseruari non patitur[s]: nocetque quãtum sit possessionis respectu tantũ, quod lex facilius tolerauit, tanque causa momen- V ti magno damno non sit[t]. Nocet & quandoque in petitorio iudicio, quũ sententiam mater passa est; nunc qualiquali præiudicio, si cum ipsa tantum actum sit[u]; nunc in totum, si filius quoque in ius sit uocatus, uel cum eo aliter de ueritate apparuerit[x]. Sanè annotant huius legis argumento Doctõ. si quis se fiduciarium clientem, seu Vasallum cuiusquàm profiteatur, non tamen filijs suis obesse: quod adeò uerum est, ut tali casu nec parentum quidem iuramentum filijs noceat[y]; nisi tamen filij eorum hæreditatem adierint: tũc enim authorum suorum actis aduersari nequeunt[z]: probato tamen confessionis errore ex eorum quoque persona reclamare possent[a].

SANVM MENTE. Aegritudo ergo corporis nihil obest cõtractui, sicut nec testamẽto, cum & is, qui in aduersa ualetudine cõstitutus est, & q senio extremo laborat, testari possit[a]. Sed quid si morbus corporis talis sit, qui etiam sapientiæ uitium adferat? Etenim morbus est, inquit Plinius, aliquãtisper sapientia mo I ri. lib. VII. cap. L. Et constat durante mẽtis uitio nihil agi[b]. Quapropter phreneticus, fatuus, lymphatus, melancholicus, & cæteri quos ueteres proprie mente captos dixere, ex cõtractu furoris tẽpore inito non obligantur. Sed quid hac in specie dicẽdum? Senex aliquis surdaster instrumen II to donationis omniũ bonorũ consenserat, deinde allegabat, se uerba notarij non percepisse, qui ad sur

q las. l. cum donationis. j. eod.
r l. si repetendi. de cond. ob caus.
s l. pactum. quod dotali. sup. tit. j.
t l. demonstratio §. j. de cond. et de.
u gl. d. l. cum donationis. in. fi.
x l. si qs affirmauerit. §. j. de dol.
y Dec. d. l. pactũ. quod dotali
z Bald. cum archimedoram. col. fin. j. ut in poss. leg.
a Doct. l. si causa j. eod.
b l. fin. j. de reuo. donat.

a l. matrem. j. de probat.
b l. ad probationem. 2. j. de prob.
c l. & seruorum de statu ho.
d l. nec si uolens. j. de lib. cau. l. fin. infr. eod.
e §. fœminæ. inst. de adop.
f l. filius. supr. ti. j. l. de rc. ff. eod.
g l. pen. §. fin. ff. de fid. lib.
h l. j. j. si ad trans.
i l. fin. j. de pa[…] qui filios.
k l. fin. §. fin e[…] tem non. j. de b[…] quæ lib.
l l. seruorum. […] j. de stat. ho.
m l. filiusfam. […] act. & oblig.
n Fulg. Guil. I[…] mi. Dec. l. fratri[…] supr. eod.
o l. j. & seq. de lib. caus. l. j. j. de rei uen.
p l. j. l. Liciniu[…] qui ad lib. proc[…]
q gl. l. post certa[…] j. de lib. caus.
r l. si quis ab aliu[…] §. j. de re iud.
s l. j. ff. de uent. […] insp. §. si cui.
t Bar. d. §. si cui[…] faci[…] j. j. si de mei[…] poss.
u gl. l. j. j. de fal.
x l. j. §. fin. ad Carbon.
y l. 3. §. pen. de iu[…] reiur.
z l. cum à matre[…] j. de rei uenditio.
a l. non fatetur. de conf. ss.
a l. senium. j. qui test. fac. poss.
b l. in aduersa. de test. l. in neg. de re iud.

ad surdam aurem situs sibi cum instrumentum recitaret erat, & linguæ terebellis rictu'ꝗ tumultuabatur magis ꝗ̃ pronũciabat, credidisse'ꝗ de quodã leuis precij mandato agi, qđ ita ante à donatario ꝑsuasus fuerat. Et cũ hic non solum morbus corporis, id est surditas & senectus, sed etiã atypi contractionis'ꝗ linguæ ĩ notario uitiũ[c]; item ꝗ donatarij dolus allegetur, putauerim rescindi cõtractum posse, si iudici ita esse ꝓbabiliter sedeat[d]. Quod si criminaliter agatur[e]; facile ex donatarij malitia his coniecturis ad torturã indicari poterit: indicia enĩ huiusmodi, plurimũ in arbitrio iudicis resident[f]. Cæterum & illud traditum

III est, ægroti contractum cum medico initum, officio iudicis rescindendum esse, id'ꝗ ex ꝓ̄sumpto metu, quo uerisimile est ægrotantem affici si medico non morigeretur[g]; qua de re à nobis supra disputatum est[h]. Putauerim aũt medicum quoꝗ ipsum, ceu periurum puniri posse, quum in tyrocinio artis, ex formula Hippocratis hi iurent absꝗ mercede, et ullis pactionibus infirmis se curã adhibituros.

IIII Sanè addit Vbertus, quoties dubitatur an quis sanus mente fuerit, facilius aduersus infirmum ꝓ̄sumi, ꝗ̃ cõtra ualentem & bene curatum[i]: qđ & aduersus quosdã senes induci potest, id'ꝗ ex

V Varronis prouerbio, Bis pueri senes. Illud traditum est, eum qui corpore ĩfirmus medicos excludit, nec pharmaca ad se deferri patitur, præsumi furiosum esse, & mentis quoꝗ uitio affici[k]. Sed nunquid tabellionis documento standũ sit, quo scriptum est, Titius sanus mente, licet æger corpore? Et uerius est standum esse, quum hæc scriptura etiam præsumptioni legis concordet[l]. Ei enim, qui insanum aliquẽ dicit, probatio incumbit[m]: si uero præsumptio legis contrarijs probationibus esset elisa, nec assertioni quidem eius scripturæ staretur; quod & Iason hic cũ plerisꝗ recte diffiniuit.

SIVE APVD acta. Transactionis pactum seu nudum nullã actionem parit, tametsi in actis descriptum sit, exceptioni tamen replicationi'ꝗ sufficit. Sed cur non & actioni? cum calore iudicij uideamus foueri scripturã, & præsumi stipulationem[a]. Supra'ꝗ annotauerimus firmiores eos actus censeri, qui in iudicio fiant, id'ꝗ propter iudicis authoritatem[b]. Nam & hic constat transactionem contractum esse innominatum, in quo etiam re integra statim propter consensum oritur naturalis obligatio[c]: quæ confirmari propter actorum robur debuit[d]. Alioqui si obligatio naturalis statim nõ orireť, nulla subesset ratio, cur adeò litibus finiendis lex faueret, ut pœnitẽtia recedere à trãsactione nõ liceret[e]. Sed tñ recte hic decisum esse constat, quum uerũ non est feruore iudiciali pactum uestiri, nisi quatenus ipsius iudicij effectus adiuuareť, qđ supra ostendimus. Transactio aũt non adiuuat, sed extinguit iudicium, unde litis finitæ exceptio ex ea oritur[f]. Nam & quæ innominatis cõtractibus insunt pactiones, ꝓpter mutuũ respectum cæteris infirmiores censenť[g]: & ideo nec iure quidem Pontificio ex eis agi, re nõdum sequuta, potest[h]: quũ tamen simplicia pacta in eo foro actionem pariant[i]. Adde quòd nec authoritas iudiciaria in hoc solet utilis esse, ut actionem ei concedat, qui aliàs agere posset[k]: sed solũ ut rei gestæ ꝓbationẽ adiuuet uel fraudibus obuiam eat. Quapropter magna hic est inter docentes altercatio, an lex municipalis, quæ cõtractus mulierꝝ aboleat, nisi corã iudice facti, aut actis insinuati sint, in liberatione locũ habeat, an in distractu, an in quasi cõtractu. Et quũ ex fragilitate muliebris sexus appareat ita cõstitutũ, ut ei consulatur, ne facile decipi mulieres possint[l]: crediderim latius uerba legis accipienda esse, ut ad hos quoꝗ casus, quatenus ratio legis hoc suadeat, ꝓtrahanť: qđ aduersus Bal. & Alex. elegãter hic Iason disputat. At ubi ratio ea cessaret, secus esset[m]. Qua de re & alibi tractauimus[n].

b ¶ EX PACTO. Hinc apparet transactionẽ cõtractũ esse ĩnominatũ, & ideo ex eo ceu ex pacto nudo agi nõ potest, qđ & supra in Rubrica docuimus. Sed uidereť si ego actor tecũ transegerim, cõcedendã mihi aut actionẽ ad id qđ interest, aut cõdictionẽ ob causam, q̃m his, q ex parte sua adimplẽt in cõtractib9 ĩnominatis, ijs actiõibus succurriť[a]. Videor aũt adimplesse, qa trãsigendo ab actiõe trãsiui. Accur. quẽ cæteri sequũtur negat me adimplesse, quũ si hodie nõ petã, in futurꝝ petere possim[b]: q̃ ratio utiꝗ sufficeret, si supponeremus pactum fuisse ne petereť, attendenda enĩ cõuentiõis esset forma[c]. Sed quũ actũ sit ut trãsigã, atꝗ ego trãsegerim, uidereť me adimplesse. Ego putarim hoc cõtractu id agi, ut qs priorẽ actionẽ omino remittat, perimat'ꝗ, qđ ꝑ id pactũ non censeť obseruatũ, quũ actio adhuc ipso iure subsit[d]: quæ ratio ex uerbis cõstitutionis nostræ satis ꝓbať. Et Azonis Odofr. Syllim. Alb. & plurimorꝝ ueterꝝ authoritate cõfirmatũ extat. Quapropter his casibus, qbus actio perempta sit, dicit actor adimpleuisse, & ideo tũc ad id qđ interest agit. In cõtractu facio ut facias ꝓ̄scriptis uerbis. In cõtractu facio ut des, actiõe de do

IIDEM AVGG. ET Cæs. Appiæ.

Siue apud acta rectoris ꝓuinciæ, siue sine actis, scriptura intercedente, uel non, transactio interposita est, hanc seruari conueniet. Sed quoniam ut certum quid accipias, conuenisse te, licet sine scriptura, proponis: nec huius rei causa stipulationem sequutã esse, quàmuis ex pacto[b] nõ potuit nasci actio, tamen rerum uendicatione pendente, si exceptio pacti opposita fuerit, doli mali, uel in factum replicatiõe usus, poteris ad obsequium placitorum aduersarium tuũ urgere.

c l. idem Offilius §. si. de æd. ed.
d l. dolum. ȷ. de dolo.
e l. 2. ff. de crim. stell.
f Bar. l. fin. ff. de quæstion.
g l. medicus. de extr. ord. cog.
h l. creditori. supr. tit. 1.
i ag. l. fin. de inius. rupto.
k gl. c. 1. 83. dist.
l l. 3. ff. de testa.
m l. nec codicillos. ȷ. de codicill.
a l. cũ ostendim9 §. fin. de fideiuss. tut.
b l. pacta nouiss. supr. tit. 1.
c gl. l. petens. supr. eod.
d gl. cũ pro quo de in ius uoc. & in auth. generaliter. uerb. conscribat. supr. de episc. & cler.

e l. quamuis. ȷ. c.
f l. fratris. sup. e.
g Bar. l. si pecuniam. de cõd. ob cau.
h Bal. l. cum q̃s. col. x. supr. de iur. ig. im hic. Mod. in rub. de uerb. oblig
i c. 1. ext. de pact.
k l. omnes. §. in hac. de epis. et cle.
l l. si ad resoluendam. de præd. mino. gl. auth. sacramenta. si aduers. uend.
m l. fin. ȷ. si tutor uel curator. l. 1. ubi Bal. ȷ. q̃n liceat ab empt.
n rubr. supr. tit. 1.
a l. naturalis. de præscr. uerb. l. si pecunia. de cond. ob caus.
b l. eleganter. §. si quis post. de condict. indeb.
c l. dedi. in prin. de condict. ob cau.
d l. si unus. §. pactus ne. de pact.

loc[e]: quod suis locis supra declaraui. Perimitur
I enim actio inofficiosi testamenti pacto, quod praeparationem aufert, qua praeparatione sublata nulla querelae transmissio fit ad haeredes [f]. Perimitur
II & actio quaelibet acceptilatione, merito tali casu agi ex transactione poterit [g]: quod & communi sententia receptum est, cum actor simpliciter transegit, uel promissionis eius uerba sunt ambigua. Tradunt enim sequuta acceptilatione censeri eum adimplesse [h]. Si uero promisit actor non petere, pleriq; post Bar. dissentiunt, quia promisit tractum habet, posset'q; quis in futurum petere, & tametsi de iure sublata actione non posset, tamen de facto peteret [i]. At reus id egisse uidetur, ne ullo modo, siue iure, siue de facto inquietetur [k]: quum & transactio super actione de facto mota ualeat [l]. Butri. tamen & Saly. contrà, quae Azonis sententia fuit, quam & communiter approbari Albe. testatur, & nos quoq; probamus, ut hoc etiam casu sequuta consensu partium acceptilatione, uideatur actor adimplesse, quia non est uerisimile id actum inter eos, ut ex parte alterius nunquam adimpleri posset [m]. Nam & ista conditio, si non petierit, quamuis ad unguem obseruari debeat, tamen ex acceptilatione adimpleta censetur [n]: uidentur'q; haec uerba, promisso non petere, ad ius referri debere, non ad factum [o]: quum uerba in dubio ad ius referenda sint [p], non autem ad factum [q]: imò uix est, ut ad facti controuersiam respectum habeamus [r]: quum uerisimile sit hunc de facto petentem ab ipso iudice citra ullam rei molestiam submotum iri. Nam & qui simpliciter transigit, praesentem iuris actionem remittere censetur, non autem de futura facti modestia quicquam polliceri. Vnde ea sequuta, condictio indebiti datur [s]: quum alioqui condictione siue causa agendum fuisset [s]: ut appareat hanc facti inquietationem non perpendi. Quo fit ut generaliter sentiam, acceptilatione actorem censeri adimplesse, & ideo ex transactione actionem ei non denegandam. Censetur & tunc adimplesse, quum pro re quam quis petit, accepta
III alia re transigit [s]. Quum enim dicat se pro re quam petit aliam accipere, uidetur loco transactionis subrogari quandam permutationem, in qua, qui pro
IIII parte sua adimpleuit, praescriptis uerbis agere potest [t]. Caeterum in reo quoq; receptum est, ut ei actio praescriptis uerbis deneganda non sit, si actor non obseruet, quum enim ipse adimpleuerit, agere ex regula potest [u]: quia sua interesse potest, aliter sibi quam sola exceptione consuli. Secus si de actione doli tractaretur, quae subsidiaria est & odiosa, ideo tunc alia fit interpretatio [x]. Sed nunquid & tunc a-
V ctor adimplesse censebitur, quum non solum promisit non petere, sed etiam se non acturum cauet? Et si reus sponte hanc cautionem recipit, communis est sententia, uideri adimplesse [y]: si non recipit, secus est: quia in contractibus innominatis talis cautio uice rei non fungitur, quum in eis nec quidem oblatio rei sufficiat, multo ergo minus cautio [a]. Sed quid si transactioni accessisset stipulatio? Et uideretur non sufficere, quia in contractibus non est locus Mutianae cautioni [b]: ut se habet communis ferè omnium sententia: ergo idem in hac cautione, quae non con-

e l. actionem. supr. eod.
f d.l. cum nota.
g d.l. actione.
h l. si pro fundo, ubi Bar. §. eod.
i l. ubi §. eod.
k gl. l. Lucius. §. tres haeredes. ad Treb.
l l. 2. supr. cod.
m arg. d.l. si pro fundo ubi Bar. l. 3. in prin. de condic. ob caus.
n l. Mutianae. de cond. & demon.
o l. si filius. §. de cond. insti.
p l. mulier. §. pe. de cond. Inst.
q gl. c. 1. in fi. de temp. ord.
r l. eo tempore. 2. resp. de pecul. l. stipulatio ista. §. quatenus. & §. quaesitum. de uer. oblig.
s l. eleganter. uer. sanè. de con. ind.
s not. supr. eo. l. si diuersa.
s d.l. si pro fundo
t d.l. naturalis. §. 1.
u d.l. naturalis. §. 1.
x arg. l. 1. §. si reg de eo per quem fa. l. 1. §. si debitori. ubi Bar. ut in poss. leg.
y arg. l. si rem. §. omnis. uers. satisfactum. de pig. act.
a gl. d.l. iurisg. uerb. facias.
b §. si quis ita stipuletur. de uerb. oblig. Doct. l. Mutianae. de cond. et demon.

ditionibus ut illa, sed modis negatiuis addit [c]. Quod maxime dicendum, quum de contractu stricti iuris agitur, in quo non solemus à uerbis recedere [c]: ut Bar. hic sensit. Sed tamen contraria opinio receptior est, quia quum actor perfecte implere non possit, uidetur id actum, ut cautio sufficiat, idq; non tantum in contractibus bonae fidei procedit [d], sed etiam in contractibus stricti iuris [e]: ut ex plurimorum sententia Alex. hic disputat. Ego quia hic articulus à praesenti materia sat alienus est, ulterius insistendum non duxi. Sed quid si actor non praescriptis uerbis agere uelit, sed condictione ob causam, ut in pristina obliga-
VI tione reponatur? Et Bart. [f] concedendum id eo casu censet, quum actor ipse plene adimpleuit, actionem'q; pristinam omnino peremit, aduersarius'q; est in mora, & ea actio consensu instaurabilis est [g]. Ego nullo casu actori id licere arbitror, cum in transactione poenitentiae locus non sit, quod alibi attingendum [h]: pleraq; enim hic à caeteris alieno loco disputata legibus suis reseruo.

IIDEM AVGG. ET CAESS. *Martiae.*

SVb praetextu specierum post repertarum, genera

SVB PRAETEXTV. Petebam à te actione generali, puta tutelae, negotiorum gestorum, pro socio, equitium meum, uel chorum seruorum, deinde acceptis centum transegi, & generaliter te liberaui ab omni equitio uel choro, uel etiam ab omni quod iure earum actionum petere unquam potuissem: quaeritur, si aliquis equus uel seruus inueniatur, quem ego nesciebam ad me pertinere, an potero eum petere? Et hic ponitur regula cum exceptione. Ea regula est, non posse amplius quicquam peti, quia sicut nouis repertis instrumentis non rescinditur transactio [a]: ita nec nouis speciebus. Sibi ergo imputet, qui generaliter reum liberauit, non enim tam effuso sermone uti debuit, in quo plerunq; subest captio [b]. Nec de huiusmodi specie non actum allegare potest, quum saltem in genere cogitasse de ea existimandum sit [c]: quia qui generaliter loquitur, omnis rei quae sub genere comprehenditur, meminisse censendus est [d]. Qui ergo aliquem ab omni equitio liberat, siue à speciebus quas scit eum habere, siue quas nescit, liberare intelligitur, quia potuit cogitare, fortè aliquas poenes eum esse quas ipse non agnoscit. Quod procedit in ignorantia specierum, quae in se consensum in genere continet [e]. Sed quid si non ignorantia, sed error, qui ab ea plurimum differt [e], allegetur? Et tunc secus dicendum est, quia error penitus consensum nullum habet [f]. Finge igitur tempore transactionis aliquem equum uel seruum apud tertium quendam te habuisse, quem ego illius esse existimabam, probabiliter'q; quia possidentem eum uidebam, in dominio quoq; eius esse arbitrabar [g]: an saltem illam speciem, quum ad te post transactionem peruenerit, petere potero? Et hic traditur posse. Vnde hic probatur generalem clausulam ad ignorata quidem trahi, de quibus in genere potuit cogitari [h]: ad ea uero, quae errore procedunt non trahi. Quod & in clausula omni meliori modo &c. receptius ferè est [i]. Rursus quoq; probatur, quamuis ignorans et errans plerunq; aequiparentur [k]: quia absq; ignorantia, ut Aug. inquit, nullus est error, tamen facilius errati succurri, qui iustam erroris causam adducat, quam ignoranti, & sic id ego rescriptum interpretor.

¶GENE

c l. si tibi legatum... de leg. 3. l. quibus §. Termilius. de cond. et demon.
c l. quicquid. de uerb. oblig.
d l. Insulam. §. fi. ... locat.
e arg. l. si creditores. de priui. cred. l. creditori. de sep. bon. l. inter. qua. sat. cog.
f d.l. actione. sup. eod.
g arg. l. si quis. accepto. de cond. ob caus. l. si pro fundo.
h l. quamuis. §. e...
a l. sub praetextu supr. eod.
b l. fi. in fi. de do. pro.
c l. qui iure. de test. mil.
d Aret. Cons. 33. Socy. 142. fin.
e d.l. qui iure.
e glo. l. de statu. de test.
f l. si per errorem de iur. om. iud.
g l. Titia de sol... l. pen. ubi Doct. de condi. inst.
h Felyn. c. cum super. in fin. de offic. deleg.
i Anch. cons. 35... Cald. consil. 1. ... accus.
k l. si me. §. 1. ... acq. poss.

b ¶GENERALI transactione. Vt transactio
generalis proprie dicatur, oportet etiam libellũ
generalem fuisse. Nam si libellus seu petitio fuit
specialis, transactionis uerba, q̃uis generalia ad
l l. si decretu. ĩ. e. petitionis causam restringerent[l], & ideo transa-
ctio specialis diceretur, quo casu legi nostræ lo=
cus non esset[l]. Sed
l l. age. supr. e. quid si petitio qui
dem & transactio
gñalis esset, causæ
uero prosecutio
specialis? Et non=
nulli existimant,
nec tum quidem
rescripto nostro
locum esse, sed a=
ctori replicatiõis

li transactione [b] fini-
ta, rescindi ꝓhibent
iura. Error autem
circa proprietatem
rei apud alium ex=
tra personas transi=
gentium tempore
transactionis consti
tutæ [c], nihil potest
nocere.

ope succurrendũ, quoniã idem & in sententia ui-
m l. 2. ĩ. de iu. demus[m]. Pari aũt iure transactiones & sentẽtiæ
n l. non minorẽ. supr. eod. censentur[n]. Accur. cum ueteribus contra[n]: quia
sententia ad acta & cogitata restringit[o]: quũ in
n Bald. Sal. Ful. inuitum feratur: at in transactionibus satis est,
Alex. hic. & con potuisse in genere cogitari, ut supra uidimus[p].
sil. 11. 2. Ego ne temere à uerbis rescripti nostri receda-
o l. si quis ad ex- mus, generalem'q; ꝓsecutionem, cuius mentio
hibendum. de ex- nulla hic est, effingamus, ab Accur recedendum
cep. rei iud. nõ arbitror, ut qui gñaliter petiȷt, gñaliter'q; trãs
p nota. Angel. l. egit, om̃ino excludatur, quũ adhærendũ sit con
tres fratres. de pa trahentium uerbis[p]: qui etiã de eo quod adhuc
ct. Rom. l. sicut. ĩ. in lite nõ est transigere possunt[q]: quãto magis si
de test. mil. Alex. iam gñalitate petitionis cõprændatur, rametsi ꝓ
consil. 11. col. pen. secutione causæ omissum: at in sentẽtia aliud est,
in 2. restringitur em̃ ad acta. Vnde post concessam a-
p l. pluribus. de ctori generaliter dilationẽ ad probandũ super
acceptil. petitis, secuta generali sententia amplius non au
q l. 2. supr. eo. A- diretur[r]: quia tali casu sententia ad eas quoq; spe
lex. consil. 11. in 2. cies referri posset, quas prosequi actor neglexis=
r l. Titia. de accu set[s]: quoniã de eis tractatum satis dici potest, quũ
satorib. l. si ea. ĩ. dilatio gñalis in causa cõcessa est[t]. Et hinc conse=
qui accus. quens est, ut quod in diffinitione iudicis dictum
s l. propera. §. et est, ad arbitri quoq; sententiã ꝓtrahatur[u]: quum
si quidem. ubi Ale arbitria iudicis exæquata sint[x]. Ad arbitratoris
xan. col. 3. de iud. uero laudatiuũ nõ protrahatur, quia id transa=
t l. si. uerb. singu ctioni magis accedit[y]: qđ Rimin. hic docet. Mi=
lis causis. de fer. hi uidetur eandẽ rationẽ in arbitratore subesse,
u l. si cum dies. §. quæ et in arbitro, quũ & ipsius potestas à cõpro-
plenũ. de arb. misso pendeat[z]: & ad ea, quæ partes ꝓsequutæ
x l. 1. de arbit. sunt, referat[z]: & ideo utriusq; sententiam iudicio
y auth. si uero. ĩ. æquiparari, cui si homologia accesserit, tunc for
de iud. tè cũ trãsactione conueniret, ut fauorabilior eius
III actus fiat interpretatio, cui partes consenserunt,
z l. nõ distingue q̃ qui sola iuris authoritate innitit[a]. Sed quid
mus. §. de offic. in simplici pacto dicemus, quo qs gñaliter aliũ
de arbitr. liberat? Et uideret à transactiõe differre, quã hic
z l. apud. §. itẽ. tradit gñaliter intelligi, quũ tñ pactũ etiã præter
quæritur. de doli uim uerboꝝ restringat ad id, qđ actũ est, id'q; ex
except. Scæuolæ responso[a]. Qua tñ in re aliter distin=
a l. ne in arbitris guitur[b]: negat'q; Bar. aduersus uim uerboꝝ ibi
ĩ. de arbitr. fieri restrictionẽ. Nã & in eo responso liberatio
a l. emptor. §. fi. gñalis nulla erat, sed simpliciter nũmularius ita
de pact. demũ tacitã se pecuniã restiturũ ꝓmisit, si emis
b Doct. d. l. si de sum ĩstrumentũ, id est cautio [b] à Titio facta, qua
certa. mandabat Seio, ut CCC. patrono numeraret, ꝓ
b l. quidã. de pro- irrita haberet. Nihil em̃ impedit, quin Titius ta-
bat. citam pecuniã petat, & rursus hanc summã, si ad
huc patrono soluta non erat, ad calculũ reuocet,
stet'q; firma huius obligatõis causa, quã separato

capite, apparet ab expensi atq; accepti rationib9
diuisam. Rectius igit de legis nostræ regula limi IIII
tabimus, quotiescũq; species aliquæ dolo transi
gentis interuersæ essent, nõ em̃ gñalis transactio
ad has trahet[c]. Quid si dolus ꝑsumptus sit? Et Ia- c l. tres fratres. ff.
son idẽ esse hic censuit, quũ pupillus qui genera- de pact.
li transactione tu-
torẽ liberauerat,
lineam margari-
tarum monile'q;
repeteret, qđ ma-
tris suæ fuisse asse-
rebat, ꝑsumi em̃
clam dolo tutoris
eas res habitas,
quũ solũmodo fa
cta transactiõe pa
làm ab uxore sua deferri ꝑmisisset, nõ debere aũt
gñali transactiõe censeri remissum delictũ, id est
dolum[d]. Eadẽ ratione qua dolus remissus non d l. itaq; de furt.
censetur, nec reliquoꝝ quoq; liberatio generali- V
bus uerbis remissa censebit[e]. Item'q; quum rem e l. Aurelio. §. 1.
apud se cõstitutã restituere quis dño teneatur[f]. de lib. leg.
Quoties em̃ quis gñaliter actionẽ ꝑsonalem re= f l. ei cui. de lib.
mittit, nõ tñ id donasse censet, quod iure domi= leg.
niȷ uendicare posset[g]: qđ intelligendũ, nisi con- g l. Aurelius. §.
staret hoc quoq; actũ esse[h]. Videtur aũt & tunc mæuia. eo. tit.
id actum, quũ transactio ei actioni accessit, qua h gl. fin. hic.
res illa cõprændi poterat, ut Pet. & Cy. aduersus VI
Placentinũ tradiderunt; ueluti si actor rei uendi
cationem intendisset, transigẽdo em̃ uidet reum
absoluisse ab omnibus rebus quas actor ad se ꝑ
tinere credebat: secus si non credebat suas esse, ut
Accur. sentit: tunc em̃ ꝓpter errorem ei succur-
reretur, qđ supra ostendi, id ex legis nostræ ulti-
mis uerbis. Tametsi Pet. Cy. Rimi. & quidã aliȷ VII
aliter accipiant, ut trãsactio gñalis quod tempo- m c. cum inter. de
re trãsactionis debetur, extinxisse censeatur, nõ ren. Rom. consil.
si qd ex noua causa deberi ĩcipiat, ut si reus post 294. in fin.
transactionem speciem aliquã à tertio possessore VIII
emat[l]: nõ em̃ trahetur ad ius futurum[m]. Quæ n §. alteri. Inst.
sententia summa ratione nititur, quũ em̃ transa= de inutil. stipul.
ctio hæc tertio illi nihil prodesset[n]: ergo nec reo: o l. si superatus.
qui, quod ad rem emptam ꝑtinet, iure authoris de pign.
sui utitur[o]. Receptum aũt est adeò transactionem p l. de re. ff. eo.
ad alterius ius non trahi, ut etiã si pater generali- IX
ter transigat, nõ tñ in rebus, quæ filioꝝ sunt quic q l. de his. l. non
q̃ afferre detrimenti censeat[p]. Sanè & hoc con= si rend9. de trãs.
stat, q̃uis generalẽ transactionẽ ad ea, quæ ex te X
stamento ꝓficiscunt nõ pertinere, quoniã de his r l. 1. ĩ. si aduers.
trãsigi nõ nisi inspectis uerbis instrumẽti uel co- rem iud.
dicilloꝝ potest[q]. Illud q̊q; in cõfesso est, si qs in XI
ætate minor transegerit, & ex uerboꝝ effusione s l. cum Aquilia
damnũ subeat, in integrũ ei restitutiõe subueni= na. ff.
ri[r]. Sed & illud dubiũ nõ est, quantũuis gñalem t Fel. d. c. cum su
trãsactionẽ, ad ea nõ trahi, de quibus uerisimile per. in fin. Aret.
sit, nec in genere quidem fuisse cogitatum[s]: ut cons. 24. col. 2.
puta ad casum, qui nõdum euenisset[t]: uel ad ca- u l. fistulas. §. fru
sum ualde insolidũ[u]: uel q aduersus ꝓbabilem menta. de contra.
cõtrahentiũ mentẽ esset[x]. Qua in re plurimũ ar- empt. Alex. consi.
bitrio iudicis tribuet. Possunt tñ, si uelint, partes 31. in 2.
agere, ut trãsactio ad casus q̊q; incogitatos & im x Socy. consil. 93.
prouisos trahatur, quod Alex. respondit[y]. uers. quinto obstat
c ¶CONSTITVTAE. Quia nomie rei extra secunda ratio. ĩ 4.
neus eam detinebat, quũ actor crederet ab extra y d. consi. 11. in 2.
neo tanq̃ dño possideri, ut supra declaraui. Pe. Roma. d. l. sicut.
& Cy. idẽ sentiunt, si extraneus tanq̃ suã possi= Angel. d. l. tres
deret fratres.

deret, uendidisset'q; reo, qa transactio ad ius post quæsitum non trahitur [z]; ut supra diximus: qui intellectus in se est uerus, sed nõ quadrat uerbis legis, quũ etiã citra erroris allegationem idem esset.

TRANSACTIONE. Quum Antonius dolo malo aduersarios suos ad transigendum secum allectasset, deinde fortè ita euenisset, ut hæc transactio sibi iutilis esset, ab ea recedere uolebat, quæritur an possit? Et uidebat̃ posse, tanq; transactio dolo facta ipo iure nulla sit [a].

IIDEM AVGG. *& Cæs. Antonio.*

TRansactione finita, quum ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quàm eorum cõtra quos preces fundis cõfitearis: instaurari graue, necnõ criminosum tibi est.

IIDEM AVGG. *Proculo.*

SI de certa re, pacto transactiõis

Quod & non pauci tradiderunt, quoties super actione bonæ fidei interposita est. Cõtractus em̃ bonæ fidei ipso iure propter dolum uitiantur [b]. Quo casu actus nullus à quocunq;, etiã si allegãtis fraus detegatur, improbari potest [b]. Nam & si ipse prima actione agat, & aduersarij de transactione excipiant, dolũ in replicatione deducens audiendus uideretur [c]. Sed tñ hic aliter rescriptũ est, quia pro regula traditum est, eũ qui propriũ uel authoris sui dolum allegat audiendũ non esse [d]; id'q; etiã si actus sit nullus, dum euidentissimo uitio nõ laboraret [e]. Idem'q; etiam, si sola replicatiõe de eo obijciat̃, dum is, aduersus quem obijcitur, doli particeps nõ sit, et de lucro captando nõ agat [g]. Tametsi nec uerũ sit, transactionem ipso iure ꝓpter dolum uitiari: quum em̃ contractus innominatus sit, apparet esse stricti iuris, ut in Rubrica admonui, & ideo sola actione de dolo rescindi posse [h]. Nec me mouet quòd lex ait, transacta intelligi bona fide ut ualeat trãsactio [i]: quia uerbũ ualeat, ad effectum refertur, quum affirmatiue positum sit [k]. Sanè quod supra diximus, nõ audiri, qui propriũ dedecus allegat, quibusdam casibus nõ procedit [l]. Primus, in damnũ ipsius allegantis, audiretur em̃ crederetur'q; noxium se fatenti, ut de eo ultio sumi possit: tametsi lex quãdoq; cum cõfitente mitius agat, ut ad detegenda facinora unumquẽq; inuitet [m].

Secundus est, quũ quis dedecus suum excipiendo allegat, id'q; aduersus eũ, qui pari macula fœdatus est: aduersus em̃ doli exceptionem replicatio doli nõ admittitur [m]; quia in pari culpa potior est possidentis cõditio [n]: quod si actor à culpa alienus est, frustra reus ꝓprium dolum allegaret [n]. Tertius est, quũ uia replicationis allegaret actor crimẽ suũ aduersus participẽ, qui de dolo captãdo agit, quũ actor euitandi damni causa replicauerit, qđ Bar. sensit [o]: & æquitate nõ caret. Vnde infertur, si quũ timerem cõfiscari, tibi bona mea uẽdiderim tradiderim'q;: deinde ea à te uendicem, tibi de emptione excipienti, posse me de simulatione cõtractus in fraudem fisci facta replicare [p]. Sed ego id potius inductum arbitror, quia ex cõtractu simulato ꝓpter consensus defectum nõ transit aliquod dominium. Vnde fundamentũ intentionis meæ in dolo nõ est, sed in dominio qđ à me nõ discessit, replicatio aũt simulationis & fraudis exceptionẽ tuã elidit, quia simulationi in fraudem fisci cõsensisti: quo fit ut quũ culpa mea ꝓpter culpam tuam obumbrata sit, dominium apud me remanere debeat, apud quem semper fuit [q]. Illud admittendũ est, quum nõ fraus sed credulitas nimia, & falsa in replicatione allegatur, nõ uideri turpitudinem allegari, & ideo replicantem non reijci [r].

Quartus casus est quoties fraus ipsa iam erat detecta. Nihil enim impedit, quin aduersus alium de ea obijci possit: quod dubium non uidetur, quoties excipiendo, seu se defendendo aliquis eam allegaret [s]: ut quũ à munere iudicandi quis se excusaret, qui de crimine aliquo damnatus sit [t]: uel abhomiatus, sacer'q; denunciatione Pontificũ factus sit [u]. Sed magis dubiũ est quid agendo? Et nõ putauerim talem admittẽdũ, nisi ex cõsensu rei, ut quũ is, q iurauit instrumentũ nõ esse simulatum, nihilominus agit, & simulationem, reo nihil obijciẽte, probat [x]. Sed quid iuris replicando? Et receptissimum est, ex Vlpiani responso admitti [y]. Sed ego uerba Vlpiani aliter interpretor, quũ enim eum cuius periurium, sententia in fauorem domini lata, detectum est, aduersus procuratorem qui ex stipulatu propter cautionem rati conuentus erat, agentem nõ multum proficere scribat, satis indicat tali replicatione nõ omnino hunc ꝑiurum adiuuari. Quapropter Bal. sententiam sequor generaliter sentientis, nunq; huiusmodi ex allegatione lucrum actori cõcedendũ esse [z]. Amplius ego addo nec sarcturã damni illi permittendam, nisi aduersus delicti participem, qđ superius ostendimus. Tanti em̃ nõ esse hanc detectionem, ut ideo aduersus regulam quis audiat̃.

Quintus casus est, quũ actus ideo nullus est, quia aduersus legem celebratus: uidetur em̃ cuilibet cõcedendum, ut actũ à se aduersus legũ scita gestum infirmũ allegare possit [a]. Quod intelligendũ est, nisi nullus fauore alterius sit, nec em̃ æquum est, ideo alteri damnum fieri [c]: quare nec libertati hoc nomĩe præiudicabit̃, nec matrimonio, nec ecclesiæ [d]. Nõ em̃ hæc ab allegantis ipsius potestate pendent. Idem generaliter in his, in quibus lex ad allegantis uoluntatẽ nõ attendit, ut quia actus sit nullus fauore publico, atq; ita constet [e]: quod si non constet actum nullũ fuisse, in re dubia reijciendus est, propriæ culpæ fiduciam allegans [f].

SI DE CERTA. Petieram à te fundum Sempronianum, deinde acceptis centũ transegi, promisi'q; nihil amplius petere, quæritur an mihi denuo alium fundũ petenti obstet exceptio? Et uerba generaliter accepta, uidentur indicare, me omnino excludendũ esse: standũ est aũt uerbis, nec temere per interpretationem restringenda sunt [a]. Sed tamen hic cõtrarium respondetur, debent em̃ hæc uerba ad causam suã restringi [b]. Quod non in transactione tantum, sed & in pactis

z *l. de tutoribus ff. eod.*
a *l. 1. in fin. ad Tertul.*
b Bar. *supr. l. sub prætextu. 1.*
b *l. 1. ꝟ. de lib. ca.*
c *l. cum mulier. solut. matr.*
d *l. si creditorib. ꝟ. de ser. pig. dat. l. filios. ꝟ. de reno. his quæ infra.*
e *c. cum super. de concess. præb.*
g *l. uiro. sol. mat.*
h *l. pe. ꝟ. de inutil. stipul.*
i *l. 1. in fin. ad Tertull.*
k *l. uniuersa. supr. de prec. imp. offer.*
l *l. inde Neratius. ad l. Aquil. in fin.*
m *l. quisquis. in fi. ꝟ. de l. Iul. mai. authent. nouo. ꝟ. de pœn. iud. qui male iud.*
m *l. apud. §. Marcellus. de dolo except.*
n *l. 1. et 2. de condic. ob tur. caus.*
n *c. inter. de don.*
o Bart. *d. §. procurator.* Aretin. *consil. 65. in fin.*
p Bal. *l. cum profitearis. ꝟ. de reuocati. dona.*
q *l. cum mulie[…] ff. sol. matr.*
r *l. de tutela. ꝟ. […] in integ. rest. […] no, ubi* Bart.
s *l. an pen. de sus[…] tut. gl. c. ex pa[…] nitentib. 50. dis[…]*
t Bart. *l. 2.* C. *[…] seruus. uel lib. l. […] br. 10.*
u Bald. *c. intelle[…] ximus. de iud.*
x Bart. *Sal. l. f[…] ꝟ. de non nu. pec[…]* Fel. *d. c. tert. loco*
y *l. alias. de iur[…] iuran.*
z Bal. *d. c. intel[…] leximus.* Ias. *d. l. alias.*
a *l. à diuo Pio. d[…] ritu nupt.*
c *d. l. 4. et l. inter[…] rogatum. de lib[…] caus.*
d *c. lator. c. con[…] sanguinei. de r[…] iudi. d. c. 3. de pra[…] sump. & 35. q. 9[…] quod quis.*
e *c. ex tenore. d[…] concess. præb. l. quemadmodum de agr. & cens[…] lib. 11.*
f *c. cum super d[…] concess. præb. gl[…] c. cũ in uerbo du[…] os. de constit.*
a *l. 1. §. & generaliter. de leg. præstan.*
b *l. legatorum. §[…] 1. de leg. 2.*

pactis[c], in cōpromiſſis[d], in iudicijs[d], in calculationibus[e], in ſolutiōibus[f], in renūciationibus[g], dicendum eſt. Depræhenditur autem cognoſcit'qꝫ hæc cauſa quādoqꝫ ex natura actus, ut in tranſactione uel ſententia, habet em̄ præcedentē petitionem, ad quā referunt̃. Quandoqꝫ ex uerbis ipſorum contrahentium, ut qa à principio contractus præfati ſunt quā ob cauſā paciſcerent̃. Quādoqꝫ et cum in fine ſubiecta eſt clauſula unde id colligi pōt[h]. Quandoqꝫ & alio mō, ut ſi aliqua ſpecialia expreſſa ſūt, quæ aliàs corrigerentur uel minuerentur ſi generaliter uerba ipſa acciperemus[i]: quod Bal. recte cēſuit: merito igitur in propoſita ſpecie hic reſpōſum eſt, poſſe me alium fundum q̄ Sempronianum petere, quū illa clauſula, nihil amplius peti, cōmode ad ſolum Sempronianū referri poſſit, qd̓ & natura dictionis amplius ſuadet, quæ repetitiua eſt[k]; oſtendit'qꝫ de eo actum quod ſemel in iudicio deductum fuit: quod & non abſimili in ſpecie Fulg. reſpondit[k]. Sed ꝗd ſi eundem fundū Sempronianū petā ex alia cauſa? Et non obſtare tranſactionem pleriqꝫ ſenſerūt, id'qꝫ rei iudicatæ exemplo, cuius exceptio ex alia cauſa agenti nō obſtat[l]. Contrà Accurſ. cum paucis[l], quos & ego ſequor: uerba em̄ tranſactionis omnino obſtant, nec cōmode hoc caſu reſtringi poſſunt: excludar igitur, etiā ſi ex alia cauſa petam, dum talis ſit, de qua uerisimiliter ſaltem in genere potuerit cogitari: quid enim ſi cauſa noua ſit[m]? ꝗd ſi penitus contraria expreſſæ? ut quia tranſegerim in querela inofficioſi, deinde falſum teſtamētum compererim[n]. Quis credat eum, qui cogitauerit teſtamentum eſſe falſum, inofficioſi teſtamenti querelam fuiſſe propoſiturū[n]? Huiuſmodi igit̃ caſibus à me ſupra enumeratis[o], cōmunē ſententiam ſequor. Illud enim omnium conſenſu receptum eſt, ſi adeo generalia ſint uerba, ut citra manifeſtam calumniā reſtringi non poſſint, uerbis ipſis ſtandum eſſe[p]. Quid enim ſi in caſu noſtro promiſiſſem amplius nec fundum Sempronianum nec aliū petere? Quid ſi qs ſe nō petiturū occaſione cuiuſcūqꝫ crediti ſpepondiſſet[q]? Quid ſi adultus excuſſa tutoris in uno capitulo ratione, eum ſe liberare diceret gn̄aliter ab omnibus quomodocūqꝫ in hanc dic̄ per eum geſtis[r]? Intelligentur em̄ hæc gn̄aliter, exceptis caſibus à nobis relatis[s]. Quapropt̃ tēperare quiſqꝫ à tam effuſo ſermone debet, ne in promptū incidat periculū[t]. Vnde & traditū eſt, neminē cogendum, ut tā amplis uerbis quenq̄ꝫ liberet[t]: captioſæ em̄ ſunt huiuſmodi confeſſiones[u], ſatis'qꝫ eſt ſi creditores in apochis eas ſolū generales clauſulas adijciāt quæ ſimpliciter ſpecialiū uim confirmēt[x]: his'qꝫ beneficijs ſolū renunciēt, unde actus infringi aliàs poſſet[y]: quod elegant̃ Bald. docuit. Sed nunꝗd gn̄alis hæc tranſactio, quæ cauſam ipſius contractus egredit̃, in uim tranſactiōis adhuc

c l. fi. §. idē quæſiit. de cond. ind.
d l. ſi cum dies. §. plenū. de arbitr.
d l. 1. j. ſi aduer. rem. iud. l. 2. j. de iud.
e d. l. emptor. §. Lucius. de pact.
f l. ſi ex pluribus de ſolut.
g Bal. l. pactū. q. 14. j. de col. l. iubemus. j. ad Vell. l. ut fundus. cōmu. diuid. l. Titia. §. idem. de uerb. ob.
h l. quæſitum. §. 1. de leg. 3.
i l. quoties. j. fam. heriſc. d. l. legatorum. §. q̄ plures.
k l. ſi ſeruus. §. ſi ita de leg. 1.
k conſil. 38. ad id
l l. cum quæritur de excep. rei iud.
l arg. l. ſi unus. §. pen. de pact. et not. d. l. ſub prætextu. iuncta. l. 2. j. de iud.
m l. qui cum tutorib. ff. eod.
n l. ſi ita quis. §. fin. de uerb. obli.
n arg. l. eum qui j. de inoff. teſt. & l. pen. j. eod.
o l. ſub prætextu. 2.
p l. plurib. de acceptilat.
q Cyn. l. ſi ex maiore. j. de excep.
r Bartol. d. l. ſub prætextu.
s d. l. ſub prætex.
t d. l. fi. j. de do. prom.
t l. 5. §. contrariū. de contr. iud. tut.
u l. cum Aquil. ff. eod.
x Bal. d. l. pactū. quæſt. 16.
y auth. matr. j. qn̄. mul. tut. off.

interpoſito hoc cōpræhenſum erat, nihil amplius peti, & ſi non additum fuerat eo nomine, de cæteris tamen quæſtionibus ītegra permanet actio.

IIDEM AVGG. Cyrillo.

SI cauſa cognita, prolata ſentētia, ſicut iure traditum eſt, appellatiōis, uel in integrum reſtitutionis ſolennitate ſu

ſuſtinebitur, an ceu pactum ualebit? Et Bart. adhuc uti tranſactionem ſuſtineri cenſuit, qa abſurdum non eſt, te mihi centū dediſſe, non ſolum ut actionem ad fundum Sempronianum remittā, ſed etiam ut alijs actionibus, de quibus liquidò conſtet, te abſoluā, cū in tranſactiōe poſſit aliud dari uel remitti, q̄ꝫ id de quo litigatur[z]: cenſet'qꝫ tale pactum tranſactionis pars eſſe[a]. Quod ſi notarius in principio documēti præfatus ſit, partes ipſas ad huiuſmodi pacta, cōuentiones, tranſactionē deueniſſe, tunc nihil neceſſariū eſt interpretari actiōis liquidæ remiſſionē ad trāſactionē ſpectare, ſed ad pactū potius, quod & Alex. reſpondit[b]. Trahitur em̄ pactū & ad ea, de quibus nulla eſt cōtrouerſia[c]. Sed quantū ſit reſpectu pacti nunꝗd obſtabit exceptio quod ſine cauſa factū ſit[d]? Et Alex. reſpōdit non obſtare, ſed donationis cauſam præſumi[e], quæ ſententia ambigua eſt. Ego potius cauſam quoqꝫ tranſactionis hoc etiam caſu ſubeſſe dixerim, quæ ex eo præſumitur, quòd eodem contractu cum tranſactiōe pactum conceptum ſit[f]; id'qꝫ Bartolus ferè ſenſit. Cæterū & illud annotādum eſt, quod hic tradit̃ generalem tranſactionem ad cauſam ſuā reſtringi, ita intelligi debere, ut non ideo reſtringatur, quin & ad connexa ipſius cauſæ trahat̃[g]; quum ſoleat uulgò dici, de cōnexis idem eſſe iudiciū[h]: quod & de acceſſorijs quibus'qꝫ dicendū, qualis eſt pœna uel fructus ipſius rei[i]. Idem'qꝫ ſi qua ad rei appendices pertinent[k], quod & alij hic tradiderunt.

SI CAVSA COGNITA. a ¶ Tranſactio igitur poſt rem iudicatā nullius momēti eſt, deficit enim eius ſubſtātia, nempe incertitudo[l], quia ſentētia rem liquidam certiſſimam'qꝫ inter partes facit[m]. Qua ratiōe idem Bart. cenſuit, quū quis inſtrumento obligatus eſt quo chartularij iudicis præceptum ceu in cōfeſſum continetur, & tum em̄ res clara eſt ut merito trāſigi nō poſſit[n]. Idem reſpōdit Ang.[o] in eo qui campſoria ſyngrapha tenebatur, quum huiuſmodi literis ex lege municipij executio cōceſſa eſſet. Quæ om̄ia & nos probamus, ſi aduerſus id præceptū, uel haſce literas nulla obijci exceptio propter ſtatuti uerba poterat, alioꝗ putarē nō om̄ino rem clarā eſſe, & ideo ualere trāſactionē, quod Paul. Caſt. Alex.'qꝫ cenſuerūt. Sed cur nō ualet ſaltem tranſactio in uim pacti? Nam ut demus quoties ſubeſt uitium formæ, actum om̄ino nullum eſſe[p]: ſi tn̄ aliud uitiū ſubeſt, uidetur ſaltē tacitū pactū continere[q]? Sed Bart. id in liberatiōibus admittit, nō in tranſactiōbus, quæ ultro citro'qꝫ obligationē ſui natura continent[r]. Ego & non ualere in uim pacti exiſtimauerim, qa deeſt conſenſus, nec enim uerisimile eſt, eum quem timore litis ad tranſactionem compuli, quicq̄ꝫ uelle donare[s], quod & alibi declaraui[t].

u b ¶ Suſpen

z l. ſi ſuper. ſup. e.
a l. fundi partem de contrah. empt.
b Alex. conſ. 11. col. pen. in 2.
c l. fin. j. de don. uerſi. niſi ille.
d l. 2. §. circa. de dol. except. l. creditori. ſupr. tit. 1.
e d. l. conſt. l. à Titio. de uerb. oblig.
f l. ſi uentri. §. fi. de priuileg. cred.
g gl. c. accuſatus uerb. iudicari. de hæret. in 6.
h c. translato. de conſti.
i l. 2. in princ. ſi quis caut. l. fin. in fin. de eo quod cert. loca.
k l. ſi cum tibi. gl. fi. ad fi. j. de iud.
l l. 1. ff. eod. l. & poſt rem.
m l. res iudicata. de reg. iur.
n Doct. c. expoſita. de arb.
o l. ita ſtipulatus §. Chryſogonus de uerb. oblig.
p l. an inutilis. de acceptil.
q l ſi accepto. latum. eod. titul. l. ſi unus. §. penul. de pact.
r l. tranſactio. j. eod.
s l. ſuus. j de repudiand. hæred.
t l. 1. §. ſi quis ita de uerb. oblig.

b ¶SVSPENSA. Hic apparet sentētia æque in integrū institutiōe, atq; appellatiōe suspendi. Videturq; cōmunis sentētia approbari, qua traditū est, pendēte in integrum restitutiōe, nihil nouandum esse, & ab omi executiōe supsedendū [u]. Sed Bart. id nō procedere aduersus plerosq; censit, nisi quū incōtinenti pbari læsio potest, alioqui nō differēdam esse executionē [y]. Propt' em præsumptionē rei iudicatæ, cēsendum uidet' aduersarij malitia et frustratiōe restitutionē petitā esse, & ideo saluo petētis iure nō differēdam executionē [z]. Quæ sententia forensiū operarum usu plerisq; in locis obtinuit, & nobis placet, quoties restitutio in integrū idcirco petit', qa iniuste iudicatū fuisse pponat', qd' si de facto iudicis, p quo lex præsumit, nulla sit querela, tunc aliā sententiā sequerer [a]. Sicut & pēdente articuli quæstiōe. Tūc em clarū est interim nihil nouandū esse [b]. Quod uero ad ualorē transactiōis attinet, semp in integrū restitutio suspensionis uim habet q̄ ; tametsi facta executiōe tñ reuocari adhuc oīa possent, si reus obtineat [c]. Sanè qd' hic dicitur, appellatiōe sententiā suspēdi, plerięq; interpretant, respectu futuri. Quantū em sit respectu præsentis tēporis, lex extingui pnunciatū ait [d]. Ego à uerbis legis nostræ recedendum non arbitror, ut suspēdi potius sententia dicat' [e], retroq; cōfirmatoria ad priorē trahatur; exceptis tñ causis criminalibus, qbus lex pœnā damnatis irrogat, nō em damnatus est cuius appellatio pendet [f]; et ideo pter uerba legis perinde est, ac si extinctū sit pronunciatum.

[u] Doct. l. 4. §. si condemnatum. de re iudicata.
[x] arg. l. prætor. uers. Paul. de iud.
[y] c. suscitata. de in integ. rest.
[z] arg. auth. quæ supplicatio. supr. de pre. imp. off.
[a] l. defendente. de auto. tut.
[b] l. 1. ꝫ. in integ. restit. post.
[c] d. auth. quæ supplicatio.
[d] l. 1. in fin. ad Turpill.
[e] l. fin. §. illud. ꝫ. de temp. app.
[f] l. furti in princ. de his qui not. l. si quis filio. §. hi autem omnes. de iniust. rupt.

spensa [b] non est, super iudicato frustra transigi non est opinionis incertæ. Proinde [c] si nō aquiliana stipulatione & acceptilatione subsecuta competētem tibi actionem peremisti, præses prouinciæ usitato more legum, rebus pridem iudicatis, effectū adhibere curabit.

I

c ¶PROINDE. Prima hic limitatio præcedentis regulæ refert', ut licet transactio post rem iudicatā nō ualeat, si tñ actio iudicati acceptilatione extincta est, ualet acceptilatio: quod ex communi sentētia intelligendū, quū acceptilatio alia ex causa q̄ transactiōis facta est [g]. Quæ interpretatio satis aliena à mēte rescripti, ductuq; uerborum est: quapropt' alij etiā si ex causa trāsactiōis facta sit, ualere censuerūt [h], tanq̄ acceptilatio executio ipsius trāsactiōis sit, ut q̄uis cōtractus sit inutilis, executio tñ ipsa mero iure ualeat [i]. Quæ sñia i executione facti posset defendi, nō in acceptilatiōe, quæ à iure plurimū mutuat' [k]. Ego perpensis uerbis arbitror de executiōe sententiæ loq rescriptū, quæ locū habere nō potest, quum actio iudicati Aquiliana stipulatiōe nouata acceptilatiōeq; pempta est. Tūc em ordinario iudicio, id est ex stipulatione agendū uidetur [l]; quia q̄uis acceptilatio sit nulla, utpote ius liquidum remittēs, nihil tamē impedit ualere nouatiōnē, quum res clara nouari possit, licet de ea transigi non potuerit.

II

Nam & Docto. fatentur legi nostræ locū non esse, quū in instrumēto notarius scripsit, pactum, conuentionē, transactionē à partibus factā, quia inde ostenditur cōtrahentium mens id agentiū, ut ea trāsactio uel in uim pacti sustineri possit [m]. Quid obstat quin eandem mētem conijciamus

[g] l. fi. §. idē quæ desit. de condict. indeb.
[h] Aret. Anto. Alex. Ias.
[i] l. 1. §. si uir. de acq. poss.
[k] arg. l. fin. ꝫ. de lec. & per Pal. l. quæ sub cond. in fi. de cond. inst.
[l] argu. l. minor. 2 c. annis. cui fid. de minor.
[m] Bar. et Alex. consil. 11. 2.

sequuta nouatiōe? nec rescripti nostri uerba uolemus? Nam & idem cēsendum, de regulaq; legis nostræ limitandum est, quū præfati sunt trāsigentes se omi meliore modo quo efficatius possunt, contrahere [n]; sustinebitur em tunc inutilis transactio iure pactiōis. Idemq; si contractū iurisiurandi religione confirmarint, habet em iuramētū prædictæ clausulæ uires [o], qd' Alex. Ias. & plerięq; alij hic tradiderunt. Sed quid si partes prius sentētiæ expressim renunciauerint, an ualebit deide trāsactio? Et Baldus quem cæteri sequunt', ualere ait [p]; quia nihil impedit, quin sentētiæ in suū fauorem latæ, renunciare quilibet possit [q]. Sed mirū est, inquit Paul. Cast. cur nō semper ualeat transactio, tanq; renunciatū semp ex necessaria sequela ipsi sententiæ uideatur [r]; hærentq; hac in salebra recentiores. Ego quum de transactione agatur, id est de contractu ultro citroq; obligatorio, qui in substantia deficit, quia super re clara factus est, nō cēseo interpretationē hanc admittendam, ut uideant' partes sentētiæ renunciasse ut actus sustineatur: sed potius inutilem actum celebrare uoluisse, ut Bart. hic sensit [s]; quia uerisimile est eū qui ex hoc contractu debitor cōstituitur delectari actum se nullum facere, & sciente tacere. Vnde quod dicitur, eū qui uult id quod consequēs est, utiq; uelle, & id quod necessario præcedit, in uero iustoq; consensu pcedit, non in eo qui in speciē tantum adhibet'. Sed qd si is qui sententiā obtinuit, omissa iudicati actione, priorem adhuc intendat, an ualebit transactio? Et Bald. Saly. q; sentiūt ualere, non em per sententiā sublata est prior actio [t], merito trāsigi sup ea adhuc poterit. Receptius tamen est non ualere, quia cum illabefacta stet sententia, nec ideo ei censeatur renunciatū, apparet super re clara transigi [u]. Sed qd rursus si lata sententia, reus fecerit iudicata, remq; tradiderit? Et transigi deinde posse aliqui tradiderūt: sequuta em executione, extincta est uis omnis sententiæ [x]. Quod intelligendum, quum pbabilis suberat nouæ litis timor, ut quia minabatur reus se rem condicturū [y]. Quid si notarius in instrumēto affirmasset, quia lis suberat, uel subesse poterat, super tali negotio, ideo ad transactionem deuentū &c. An ex hac clausula sustinebit' in re clara trāsactio? Et Angel. sustineri censuit, quia talis enunciatio inter partes fides facit [z]. Alij contra, quia ubi lis non est eam partes fingere non possunt [a]. Ego sententiam Ang. eo casu defendi posse arbitror, cum aduersus rem iudicatam potuisset speciali aliqua exceptio adhuc obijci, puta in integrum restitutionis: licet enim ea quæ iure speciali cōpetunt, in nulla sint ratione, anteq; imputata sint [b]; licet etiam ius clarum habere dicatur, qui regulæ innititur, quiq; cōmuni iure intentionem suam fundat [c]: tamen quum partes ipsæ de speciali remedio dubitauerint, eis credēdum est. Quod ego etiam procedere existimauerim, q̄uis

III
IIII
V
VI
VII
VIII

[n] arg. l. ex ea. de testa. Doct. d. §. si quis ita.
[o] l. cum pater. §. filius. matrem. de leg. 2.
[p] Bal. l. si diuersa. supr. eod.
[q] l. iurisg. §. si pa. ciscar. de pact.
[r] l. ad rem. l. ad legatum. de procur. l. illud. de acq. hæred.
[s] l. an inutilis. de acceptil. Bar. d. §. si quis ita.
[t] l. duobus. de except. rei iud. l. 1. ꝫ. de iud.
[u] d. l. 3. ff. eod.
[x] l. permisceri. §. species. de acq. pos. [y] l. si fideiussor. §. in omnibus. mand. Bart. l. 3. §. & parui. quod ui aut clam.
[z] l. optimam. ꝫ. de contrahent. stip.
[a] l. cum hi. §. si eccum lis. ff. eo.
[b] l. ergo. de fid. lib.
[c] l. 2. ubi Doct. si quis in ius uoc.

q̄uis nihil partes dixissent, si probabiliter credi potest, de tali remedio uictorem dubitasse: idq; legis nostræ argumento, quæ restitutionis in integrum, sicut & appellationis beneficium probabilem transactiōi causam præstare ostendit[c]. Nec enim tunc indubitata est sententia, quæ nullo remedio attentari possit[d], capiēdaq; eo casu hæc esset iterpretatio, ut ex necessario antecedente, id est huius auxilij prætextu, transactio sustineatur, quod si probabilis non fuit hui9 remedij cogitatio, secus est[e]. Illud ferè omnes fatentur, quoties reiiudicatæ fides in prōptu nō sit, ut quia documentum sentētiæ nō reperiatur, ualere trāsactionē[f]: quum qui de iure suo docere nō potest, perinde habeatur, ac si nullum ius haberet[g]. Sed nunquid post rem iudicatam ualeat cōpromissum? Et si arbitratori, quē Græce διαιτητὴν dicunt, mandatum sit, uidere tur[h], tanq̄ illud mandatum naturam quoq; pacti, nedum transactionis habeat. Quod si in arbitrum cōpromissum est, non ualere aiunt[h]: nisi adiecta sit clausula, non obstante sentētia[i], uel aliàs de sententia nihil sit obiectum[k].

c Vulg. & Ias. d. l. post rem.
d d. l. elegant. §. 1.
e Ang. Alex. ibi.
IX
f d. l. post rem. ff. eod.
g l. duo. ff. de test. tut.
X
h c. quintauallis. de iureiur.
h d. l. elegant. §. primo.
i c. exposita. de arbitr.
k c. inter monasterium. de re iu.

IIDEM AVGG.
Eucharisio.

SI pro fundo[b], quē petebas, prædiū certis finibus liberum, dari transactionis causa placuit: nec eo tempore minor XXV. annis fuisti, licet hoc prædium obligatum post, uel alienum pro parte fuerit probatum, instaurari[c] decisam litem prohibent iura. Ex stipulatione sanè, si placita seruari secuta est, uel si non intercessit, præscriptis uerbis[d] actiōe ciuili subdita, apud rectorē prouinciæ agere potes. Si tamen[e] ipsas res apud

SI PRO FVNDO. a ¶ Petebat Eucharisius à me fundum Titianum, at ego qui satis sciebam me malam causam fouere, cum eo trāsegi, ut loco Titiani fundi ei prædium aliud traderem, atq; secum hoc modo permutarē. Finge, euicta est prædij pars, quo ei remedio cōsuletur: an conditione ob causam? Et traditū est in transactiōibus fauore litium finiendarum ei repetitioni locum non esse: superest ergo ut præscriptis uerbis agat, quæ actio in permutatione sola superest, cum res data euincitur[a]. Sed pone me non ita cōuenisse ut prædium illud darem, sed ut ipsum fundum Titianū, quē petebas tibi dimitterem, an eo euicto agere aduersus me poteris? Et non posse respōsum est, nō enim id egi, ut eius te fundi dominum cōstituerem. Sed ut penes te qualemcunq; dimitterem. Et ex hoc intellectu apparet coniunctionē, si tamē, quæ aduersatiuæ redditiua est, ꝓ aduersatiua poni[b]. Ouid.

Nunc incorrectum populi peruenit in ora,
In populi quicq; si tamen ore mei est.

Alij aliter intelligūt, ut Accur. & ueteres, ut nuper Iason, oḿes nihil (quod dicitur) ad literam, ἐς πρὸς ἔπος.

b ¶ PRO FVNDO. Subaudiunt aliqui de cætero non petendo, quo sensu promissio uiuente actore nunq; posset adīpleri, quin si hodie cōpetat, in futurū petat[c]. Alij frequētiore calculo malūt, ꝓ fundo scilicet apud reū dimittēdo: quo casu statim impletur promissio, idq; actum esse ut promissio adimpleri possit in dubio uerisimilius est. Ego nihil subaudiendum censeo, quum dationem hic factam non appareat ut à lite simpliciter recedatur: sed uerba hæc, pro fundo, id est loco fundi interpretor, ut per mutationem factam significēt. Et ideo infra dicitur, agi præscriptis uerbis[d]. Iason hic disputat, an transactio hic fuerit, an permutatio: concluditq; trāsactionem potius esse, ut id qđ principio actum est magis attendamus[e]. Sed nihil opus est, qđ unū est in duo diuidere, quum minime ratio ulla repugnet, quin permutationē dicamus causa transactionis factam: dedit mihi Eucharisius fundum Titianū, qui ad se uere pertinebat, ut ego illi uice mutua prædiū darē, amboq; litigare desineremus.

a l. naturalis. §. 1. de præs. uerb.
b l. eum hic status. §. si diuortium. de donat. inter uir.
c d. l. elegant. §. si quis post.
d l. 1. ff. de rerum permut.
e l. si quis nec causam. si cert. pet.

c ¶ INSTAVRARI. Euicta igitur re, non tamen prima actione amplius agi potest, idq; speciale in transactionibus, ut litium finis sit. Quapropter nec cōdictio ob causam, quæ in contractibus innominatis regulariter conceditur[f], locum ullum habebit: cum huiusmodi cōtractus ex causa transactionis initi fuerint[g]: quod Pet. et Cyn. tradiderunt. In transactionibus em̄ quum actori actione præscriptis uerbis consuli possit, ad condictionem transeūdum non fuit, quod et Guil. & recentiores ferè omnes hic probant, nec Bart. alibi dubitauit[g]: licet hic distinguat, an reus ullo modo adimpleuerit, & tunc dari condictionem censeat[h]: an uero eo modo adimpleuit quo potuit, & tunc non dari, legiq; nostræ locū esse: quæ distinctio merito recepta frequētius nō est, quum in contractibus innominatis idem sit, siue quis omnino non adimpleat, siue imperfecte[i]: euidensq; legi nostræ fieret calumnia, si reū fecisse quicqd potuit somniaremus. Cur enim quum fundum liberū tam ex pacto quàm ex dispositione legis[k] dare teneretur, eum à domino nō redemit? cur si uerebatur ne ob hypothecam euinceretur, creditori non satisfecit[l]?

d ¶ PRAESCRIPTIS VERBIS. Quæ actio ex permutatiōe datur ei qui adimpleuerit, aduersus eum qui non adimpleuit, id est qui dare debuit, seu dominium transferre[m]. Prædio autem euicto, apparet reum non dedisse, quod si actor non adimplesset, ut quia promisisset non petere, nulla ei præscriptis uerbis actio daretur[n]: quum si hodie nō petat, in futurum petere possit, & consequenter nunq; adimplesse dicatur.

e ¶ SI TAMEN. Si igit uice uersa relictus tibi esset fundus Titianus quē petebas, isq; ab alio euictus esset, nulla tibi à reo præstaret euictio. Sed quæ ratio huius rei est? Et cōmuniter tradit eū qui transigit id fecisse censeri, ut à lite recedat, non ut ius aliquod trāsferat. Ideo tali contractu

f l. si quis accepto. de condict. ob caus.
g l. 3. in prin. eo. titul.
g Bar. l. si quis aliam. de solut.
h l. fi. de cond. ob cau. l. ob eam. de præscrip. uerb.
i d. l. fin. §. rn̄so.
k l. ex prædijs. §. de euict. l. in uenditione. ff. de act. empt.
l l. non dubium. §. fin. de leg. 3.
m l. 1. de rer. permut.
n d. l. siue. l. d. l. cum proponas.

nō agi ut dominiū transferat. Vnde consequēs est, ut nec euictio ulla praestet. Nam & illud receptū est, litis renūciatione dñium ullū non agri, sed solū exceptionē parari, qua renunciās excludat o. Et ita in casu dubio semp existimandū est, quod si uerba liqdò ostendant id actū ut dominium trāsferat, secus est: ut in principio legis, quum actor cōuenit, ut p fundo Titiano quē petebat alius sibi daretur, apparet enim pmutationem esse, & ideo id actum, ut fundi Titiani dominium in reum transferretur: alioq aliud praediū praestitum, nō p fundo, ut hic dicitur, sed pro renunciatiōe litis fuisset. Idē si pro re dimissa qs acceperit litis aestimationē p. Similis enim uenditori is est. Vnde & euictionem praestat q. Sed & si causa praecesserit quae dominium trāsferre soleat, non est dubiū eū qui rem dimittit titulum ipsum trāsferre: quod Baldus hic, & Alexander annotarunt r.

QVVM DONATIONIS. a ¶ Ex tribus fratribus, qui natu maximꝰ erat, aliorū minorꝝ tutelam administrauit, quū de redditiōe ratiōis litigassent, tādem transegerūt, renūciauerūtq; adulti actiōi tutelae, & tutor eos haeredes quū moreret pmisit instituere, quod tñ non fecit: quaerit, an adultis succurri aliquo modo possit? Et uideretur de dolo actiōe succurri a: sed id falsum est, quia uolenti prudentiq; non fit dolus: sciuerūt aūt hi, aut consultis peritioribus scire debuerūt, neminē futurae successiōis pacto alligari, quod lex aduersus bonos mores esse interpretatur b. An igitur alio remedio consulet? Et Bald. transactionē nullam dici posse censuit, cū ex pacto tutoris nihil sit adultis datū c. Sed Saly. Paul. Alex. contra, cū sufficiat spes successionis, licet à uoluntate tutoris pendeat d. Aret. alia ratiōe transactionē nullā censuit, qa modus ille loquēdi, ut nos haeredes instituas &c. impossibilis est de iure nostro e. Vnde actū uitiare debet Si eñ conditio impossibilis contractū uitiat f: quū tamē cōditio nihil disponat, ergo multo fortius modus impossibilis, q grauatū arctius alligat. Sed & hoc falsum est, quum eñ dispositio p modum nō suspendat, sed ex se efficax sit g: modus ipse impossibilis uel turpis reijcit, dispositio remanet, quod in conditiōe non est, ut hic Accur. sensit, quē & caeteri pbant h. Difficilior igit quaestio est, qd si sub conditiōe facta est liberatio? ut quia adulti dixerūt, liberamus te si nos haeredes institueris. Et Bulg. quē Bart. Ang. Paul. Castr. Alex. pbauerūt, nullā esse liberationē cēsuit, etiā si cōditio adimpleta ipsiq; instituti fuerint, quia

o dixi l. postq. supr. tit. 1.
p l. si donatae. de don. int. uir.
q l. huius rei. l. hoc si res.
r l. si sponsalib. §. 1. de iur. dotal. glo. l. stipul. ista uerb. successores. de uerb. oblig.
a Dec. l. pactum quod dotali. supr.
b l. stipulatio hoc modo. de uer. ob.
c l. transact. 3. eo.
d l. si super. supr. eodem.
e l. non solum. de act. ob. ig.
f l. impossibilis. de uerb. oblig.
g l. quibꝰ. §. Termilius. de condic. & dem.
h Bart. auth. ingressi. supra. de sacr. anct. eccl.

te constitutas (ob quarum quaestionē litis intercessit decisio) fiscus uel alius uendicauit, nihil petere potes.

IIDEM AVGG.

Cherilo, & Ptolemaidi.

QVum donationis, seu transactionis causa, administratae tutelae debiti scientes uos obligationem fratri uestro remisisse pponatis, nec unquā uolenti dolus inferatur, frustra de dolo querimini: nec ad implendum promissum, haereditatis ppriae pollicitatione quisq; adstringit.

IIDEM AVGG

Ammonito.

TRansactionem quae dominij translatione uel acti

spe praemij inuitari nemo ad īstitutionē debet h. Contra alij plures numero, sed inferiores authoritate: secuta eñ institutiōe, cōfirmari pter conditiōis euentū ipsam liberationē i. Et sicut in hoc rescripto ualet renunciatio pure facta, censendū etiā ualere sub conditiōe postq; conditio euenerit k. Nec absurdū uideri spe alicuiꝰ lucri, cessāte omi captiōe, aliquem ad institutionē allectari, quū & in matrimonijs sūma libertas requiratur, & tñ spe lucri ad matrimonium quēq; inuitari liceat l. Sequamur & nos hanc sententiā, qa rationes, cur haereditas pacto nō def, à nobis supra relatae m, hoc casu locum non habent: ideoq; nihil impedit, in conditione id poni, quod in dispositiōe positū nō arctaret n. Nec uerū nobis uidetur, spe praemij ad instituēdum neminem inuitari posse: nulla eñ lege id cauet, nisi quū institutio captatoria, uel in fraudē S.C. o esset, ut in eo exēplo: Titius si Meuiū haeredē instituat haeres esto p. Incidit eñ haec species in S.C. sententiā. Quid eñ si testator cum Meuio colludat, ut postq; Titius eū instituerit, alias tabulas cōdat, quibus ipsi Titio nihil relinquat? Nec me mouet Alex. ratio, existimātis in Titij testamento clausulam subintelligi, rebus sic stantibus q: qa quū pure Meuio relinquat, capiēda potius fuit praesumptio ex affectiōe institutionē pcessisse, q ut conditiōe impleat r: maxime cū in alterius damnū nō soleat ea clausula aduersus apertam uim uerborꝝ intelligi s, alioqui haec ratio, captatoriarū institutionū phibitionē superuacuā magna ex parte ostenderet, sed haec alibi latius.

TRANSACTIONEM. a ¶ Quoties igit corā amicis cōtracta est trāsactio, non est uerisimile meticulose celebratā esse. Vnde qui id allegat, apertioribus pbatiōibus, tanq nō uerisimilia adducēs, uti debet a. Et quod de amicis dicit, in cōsanguineis quoq; et coniunctis locū habet, quos lex non arbitrat curā suorꝝ facile omissuros b. Sed qd in iudice, an authoritas iudicis, quae contractui accesserit, metus uel doli praesumptionē elidet? Et traditū est elidere c. Sed & id ex qualitate iudicis discernendū Aret. censuit, quod alibi tradidimus d. Sed qd hic in metu traditū est, an idē & in dolo sit? Et uideret esse idē. Vnde instruūt tutores captiosi aduocati, ut quū aliquid p pupillo gerunt, procurent in instrumento describi, corā eius matre cōiunctis ue aliquibus factum: non eñ tunc quod hoc modo palàm gestū est, poterit tutori ceu dolo factū imputari e. Sed tñ hac in re plurimū ego arbitrio iudicis tribuendum arbitror, qui ex indicijs dolum

h l. ille autem. in fi. de haer. inst.
i l. si maiores uen bo. condit. supr. e.
k h. Seius. ad l. falc.
l d. l. Titio centū. §. 1. de cond. et de.
m d. l. pactum qd. Doct. l. fin. supr. titul. 1.
n l. uxorem. §. haeres. de leg. 3.
o l. 1. in fi. de his quae pro non scr.
p d. l. ille autem.
q l. si seruus. de cond. ob cau.
r l. nec adiect. p socio.
s l. Lucius. de euict.
a l. non est. ff. qd met. caus.
b haec autem. §. 1. ex quibus caus. in pos.
c l. 1. §. 3. de praed. cur. lib. 10.
d l. pacta nouiss. supr. tit. 1.
e Bald. l. Polla. §. de his quib. ut in dig. Cur. cons. 43. col. 6.

dolum

doliũ ꝑpendat. Nec mihi fit uériſimile p̃ſumptionem doli, quæ certis caſibus à lege aduerſus tutores inducitur [f]; ex eo conuelli, quòd in p̃ſentia amicorꝝ res geſta ſit. Potuerunt em̃ illi conſiliũ tutoris ſequi, ad quẽ res principaliter ꝑtinebat [g]: nec alieno in negotio ualde curioſi [h] eſſe. Religioni em̃ iudicantis hac in re ſemꝑ plurimum tributũ eſt, qui p̃ſumptionis huius uires ex argumentis extrinſecus accedentibus uel intẽdat, uel eleuet. Quid em̃ ſi is qui metum infert, huiuſmodi ſit, qui nihil p̃ſentiam amicorum uereat̃, ut Tyrannus? Reſpondit em̃ hoc caſu Ang. non ideo minus præſumi metum [i]. Nã & Saly. cenſuit, ſi filiafam. ꝓpter præcedentes patris minas deinde corã amicis contraxerit, nõ ideo minus metũ quẽ uocant reuerentialẽ, præſumi [k]: quia ueriſimile eſt eam plus patri tribuiſſe, in cuius manu erat, q̃ ullis amicis: quæ ſententia uera eſt, ſi præceſſiſſe patris concuſſionẽ ꝓbetur, alioqui cum Alex. & recentioribus ſentiendũ [k]: nõ magis ex ſolo contractu metum inter patrem & filiam p̃ſumi atteſtantiũ, q̃ inter nurum & ſocerum [l], q̃ inter maritũ & uxorem [m]. Nã & à quibuſdam traditum eſt, ſi mulier lege municipij ꝓhibeat̃, abſq; duorꝝ conſanguineorꝝ præſentia contrahere, nihilominus cũ patre ſuo abſq; ea ſolennitate rite contraxiſſe cenſeri [n]. Hic em̃ apparet talis ſtatuti rationem eſſe, ne facile mulieres circũueniri poſſint, quæ ratio ꝓpter paternæ pietatis p̃ſumptionem locum ſibi non uendicat [o]: qua de re à nobis ſupra diſputatum eſt [p]. In præſentia hoc dixiſſe ſufficiat, quoties lex aliquid ad formam ſeu ſolẽnitatẽ pertinẽs inducit, q̃uis ratio ceſſet, tñ nihil de ſolennibus omittendũ, aliàs actus eſt nullus [q]. Quod proculdubio in hoc caſu cenſendum, ſi ſtatutis cautũ eſſet, ut ad literã intelligerentur, ſeu nihil extrinſecus in eorꝝ interp̃tatione adſumeret̃ [r]. Nec em̃ dubiũ eſt in hoc ſtatuto in primis uim uerborꝝ inſpiciendã eſſe. Vnde ſi in
I eo ſimpliciter ſcriptũ ſit, ut non niſi cũ conſenſu agnatorꝝ mulier contrahat, ſufficiet etiã ſi alios q̃ ꝓximiores agnatos accerſiuerit: licet em̃ æquius eſſet ꝓximiores adhibere [s]: tñ quia ſtatutum g̃naliter loquit̃, receptius eſt qualeſcũq; ſuf
II ficere. Agnati em̃ ſunt et q remotiores ſunt. Quapropter ſufficiet horꝝ cõſenſus, etiam ſi minores XXV. annis ſint, dũ impuberes nõ ſint, ſed indo
III le bona ingenioq; p̃diti [t]. Quod ſi nõ conſanguinei ſeu agnati, ſed affines ſint, ꝓpter uerba ſtatuti nõ ſufficeret. Differunt em̃ affines ab agnatis, itemq; à ꝓpinquis [u]. Vnde nec conſenſus mariti
IIII ſufficeret, qui principiũ affinitatis eſt. Nam & ſi agnatus per procuratorẽ conſentiret, fruſtra cõſentiret, quoties ſtatutũ p̃ſentiã eius requireret [x]:
V in conſenſu uero maior eſt ambiguitas [y]. Quod
VI ſi mulier ꝓcuratorẽ ad cõtractus g̃naliter conſtitueret, accedente cõſanguineorꝝ conſenſu, adhuc ex particularibus cõtractibus non obligaretur, quũ lex conſenſum agnatorꝝ ideo reqreret, ut in ſingulis ſpeciebus ipſi cauſam ꝑpendere poſſint, utilitatemq; fœminæ procurare, q̃ ratio in generalis mandati cõſenſu ceſſat [z]. Fit tamen q̃nq; amplior huius ſtatuti interp̃tatio, dummodo uerba om̃ino nõ
I aduerſent̃. Quid em̃ ſi nullos agnatos mulier habeat. Nonne interp̃tabimur ut cũ cõſenſu agnatorum cõtrahat ſi habet [a]. Quod ſi in ſtatuto conditio exp̃ſſa ſit, ſi habeat, itelligetur quatenus habeat, poteritq; tali caſu ſ. indi
III conditio, qđ Bar. cenſuit [b]. Quod ſi habeat quidem ſed abſentes, & qui ſi expectarent̃, mulieri periculoſam morã facerent? Et nõ expectandos Bal. cenſuit [c]. Interpretandum em̃ ita eſt ſtatutũ,
IIII ne ĩ mulierꝝ damnum uergat [d]. Quid ſi ſint præſentes, ſed cõſentire nolint? Et nõ ualet cõtractus, niſi quatenus ꝓbatur eos abſq; iuſta cauſa id of
V ficium detrectaſſe [e]. Quid ſi eos mulier adhibere noluit, quia ſuſpecti eſſent? Et non debuiſſe eos hoc caſu aduocari credendum eſt [f]. Quapropter eorum operam ſupplebit iudex, ſicut & ſupplet quoties extant quidem agnati, ſed inepti & conſenſui non idonei [g]. Quid aũt ſi præſentes contra
VI ctui eſſent, & tacerent? nunquid dicerentur conſenſiſſe, & cenſeret̃ ſeruata forma legis? Et nõ pu
VII tarim [h]. Sed quã rationẽ eius legis cẽlebimus, q̃ nõ cõſenſum ſimpliciter reqrit, ſed agnatorꝝ proximiorum? Et Bar. ideo eos reqri ait, quia propter ſpem ſucceſſionis eſt ueriſimile diligentiorẽ eos curam adhibituros [i]. Ego nõ arbitror ſpem hanc hæreditatis uiuentis perſonæ à legiſlatore perpenſam, ſed potius, quia quo quiſq; gradu iunctior eſt, eò & magis amare procurareq; rem coniuncti præſumitur [k].

one parata ſeu perempta finem accepit, quum eam, amicis etiam interueniẽtibus, re uera oſtendit̃ ꝓceſſiſſe, metus uelamento reſcindi poſtulãtis profeſſio detegit ĩprobitatẽ.

IIDEM AVGG. ET Cæſ. Archileo.

SI maior annis XXV. tranſegiſti, quàmuis dari tibi placita repræſentata necdum probẽtur, nec offerant hi, qui conueniuntur, ne quid amplius ab ipſis exigi poſſit, exceptionis proficit æquitas.

SI MAIOR annis. a ¶ Cõueneram te ut centũ dares, deinde trãſegi ꝓ qnquagĩta, quũ eã mihi ſummã nõ redderes, rurſus te ĩ iudiciũ traxi, & centũ petij: hic tradit̃ exceptiõe tibi ſuccurri, ne ſupra qnquagĩta exigaris. Et ſi ponam9 trãſactiõi additã ſtipulationẽ, qđ Suza arbitratus eſt, res dubiũ nõ habebit, qa noĩati cõtractus q̃uis ab altera parte nõ adimpleant̃, firmi tñ remanẽt, & ſola actiõe ex cõtractu agi põt [l]. Sed ſi pacto nudo trãſactũ ponam9, reſolutio difficilior erit, qa hoc caſu prima actiõe agi cõſtitutiões dicũt [m]. Sed Fulg. agi qdẽ prima actiõe cẽſet, ſed tñ nõ exigi, niſi q̃tenus trãſactũ eſt: quũ em̃ ſpeciale in cõtractu trãſactiõis ſit, ut in eo pœnitẽtiæ loc9 nõ ſit [n]: merito ultra ſummã, q̃ ſemel ĩ trãſactiõe placuit, nõ poterit re9 exigi, idq; & Guil. Pe Cy. Ale. alijſq; recẽtiorib9 uiſum eſt [o]: q̃s & ip̃e ſeq̃r: q̃m abſq; manifeſta calũnia hæc lex aliter ĩtelligi

u iij nequit,

f l. 1. ĩ. ſi tutor. inter.
g l. ſi. ff. ubi pupillus. l. 1. §. fin. de uent. inſp.
h l. doli in fin. de nouat.
i Ang. conſ. 280. reperitur.
k l. 1. quæ honorandæ. ff. qua. re.
k c. cauſam. 2. de off. deleg.
l l. qui à parentis ſol ma. t.
m l. c. cum conting. de iureiur.
n Bal. l. pactum q. 21. ĩ. de coll.
o l. Aurelius §. Titius. de lib. leg.
p l. præſes. ſupr. eod.
q l. ſi fundus. de reb. eo. c. 1. de reb. eccl. in 6.
r dixi. lib. 2. de uer. ſig.
s Bal. & Doct. l. ſi. ĩ. de uerb. ſig.
t Bald. l. in coniunctio. ĩ. de nup.
u l. 1. ĩ. unde uir uxor.
x Bald. Rom. l. 1. ĩ. qui adm.
y Ang. l. apud. §. fi. ex quib. cau. in poſſ.
z Iaſ. l. 1. §. ex plurib. de acq. poſſ.
a Bal. d. l. in con iII unctione
b l. ſi ſtichum. ĩ. de leg. 1.
c arg. c. 1. ne ſede uacant. l. ubi abſunt. de tut. et cu.
d Fel. c. ex. parte. de reſcrip.
e Iaſ. l. 1. qui adm
f Bald. l. uiduæ. ĩ. de nupt. Aret. l. cum hæres. de acqu. hæred.
g Cor. d. l. 1.
h Bal. & Mod. l. 2. §. uoluntatẽ. ſol. matr.
i l. 1. de legit. tut.
k l. lege Iulia. de teſtib.
l l. inciuile. ĩ. de rei uend.
m l. ſiue. ſupr. eo. l. cum proponas. 2. ſupr. tit. 1.
n l. quamuis. ĩ. eo.
o l. ſi pro fundo.

nequit, diuinantq; notabiliter alij in rescripti sensu: ut ueteres, qui adiectā solutioni diē fingūt, & ea elapsa in iudicio pecuniā oblatam: ut alij qui anteq; dies uenisset, ab actore petitum comminiscuntur: ut Lud. Pont. qui actorem ipsum nunq; acquieuisse transactioni ait, & ideo nullam reo moram impingi potuisse: ut Syll. Saly.q;, q de fructibus ꝓmissæ pecuniæ hic agi solū censuerūt: ut Iac. Aren. q pro partetantum petitionis transactū non super omē ære petito opinatus est: quas ego phantasias missas facio, solumq; primi intellectus explanationē, cū quis cōtextis hic uerbis non cōueniat, ꝓsequor. Finge igitur transactum esse, & reum ꝓmissa nō obseruasse, ideoq; in mora cōstitutū, quatenus purgare moram poterit? Et hic distinguendos arbitror treis casus. Primus est, quum transactio pacto nudo celebrata certam diem nō habet, & tunc cū exceptio transactionis pemptoria sit, poterit quandocunq; ante sententiā aduersus primam actionem opponi[p]: quo casu iudex nō nisi qd ex transactione debetur, in condemnationē deducet, nec alia oblatio necessaria est, hæcq; uera est legis nostræ hypothesis. Sequens casus est, quū certam diem habet, & ante litem sup prima actione contestatam celebrata est, & Bar. cū paucis quibusdā usq; ad cōtestationē litis in prima actione dilui moram posse arbitratus est[q]. Cōtra pleriq; censuerunt, ut usq; ad sententiā reus audiat, non em ꝓprie is in mora est, nō ex prima actione, q per transactionem ferè elisa est[r], nō ex ipsa transactione, quæ pacto nudo celebrata est, ex quo cum actio non detur, nec mora ulla inde proprie cōmittitur[s]: merito ergo usq; ad sententiā & opponi hæc exceptio, & purgari mora poterit. Quod si transactioni stipulatio accesserit, opinor usq; ad executionem purgari posse, & hoc esse qd lex nostra ait, nō amplius exigi, q quod in transactione cōuentum est, qd & Accur. sensit[t]. Quū em stipulatio accessit, frustra de prima actiōe quærimus, quæ extincta est: & quū ex stipulatu agendū sit, nec ullus sit pœnitentiæ locus, merito etiam lata sententia, offerendo reus qd petitum est, liberatur[u]: atq; hoc est quod Suzarius sensit. Tertius casus est, quū transactio simplici pacto post litem in prima actione cōtestatam inita est, & tū quoq; usq; ad sententiam purgari moram posse, non obstante die, ab omnibus ferè receptū est, siue quòd nec tum mora proprie dici potest[x]: siue quod qualiscunq; mora sit post contestationem solū orta est, unde sicut ipsa exceptio quādo cunq; usq; ad sententiā ceu pemptoria obijci potest, ita & mora purgari[y]. Secus si ceu dilatoria obijceretur, quia non nisi usq; ad primum actū, qui postea fieret opponi posset[z].

PROMISSIS. a ¶ Petebam fundum à Titio, deinde transegi remisiq; actionem, & ipse domum mihi dare pacto promisit,

p l. peremptorias. j. de accept.
q arg. l. si insulā. de uerb. oblig.
r c. j. de transact.
s l. nuda. j. de cōtrah. & com. sti.
t l. siue. in gl. fi. supr. eod.
u §. fin. instit. de perp & temp. actio. l. si uero. §. fin. sol. mat.
x d. l. nuda.
y l. peremptorias. j. sententia. resc. non poss.
z l. 2. de consor. eius. l. nulla. j. de procur.

IIDEM AVGG.

Basilicæ.

PRomissis transactionis causa nō impletis, pœnam in stipulationem deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constat.

IIDEM AVGG. ET

Cæs. Theodotiano.

TRansactio nullo dato, uel retento, seu promisso minime procedit.

& si aduersus ea factum esset, stipulatus sum certam pœnam, deinde eo negligente cū pœnā peterem, obiecit mihi has exceptiones. Primū qd cōtractus transactionis pœnitentiā nō recipit[a]: & ideo debere me domū petere, nō pœnam. Secundum, qd etiā si pœnam petere possim, tamē id non nisi disiunctiue facere debui, quum electio debitori auferenda non sit[b]: qui enim domum promittit, & si domū nō dederit, pœnam: similis est illi, qui domum aut pœnam promittit[c]. Tertiū, quia pœna debetur sub cōditione, si contrā factum sit: at ille nihil fecerat, sed neglexerat exequi, igitur uerba cōditionis pro reo erūt, ne euenisse uideatur: qd & simili casu Ancha. ex facto respondit[d]. Large em & improprie qui nō facit, facere dicitur[e]: at in pœnis abusionis huiusmodi nullus est respectus. Quartū, quia pœna hæc dationi adiecta, uidetur in fraudem usurarū adiecta esse[f]: & ideo exigi non posse, nisi quatenus intra legitimā taxationem redigat[g]. Sed tamen hic rescriptū extat, nihil obstare quominus pœna ipsa exigi possit. Quamuis em nō sit permissum, ut à contractu transactionis quicq; recedere ualeat, tamen & hæc pœna ꝓmissio pars eius cōtractus est[h]: qua uidentur cōtrahentes egisse, ut aduersus non obseruantē actor pœnam eligere possit[h]: hæc em conditio, & si domū nō dederis &c. indicat id actum, ut liceat domum non dare, casu quo ad pœnam agatur[i]. Sicut quū pater filiofam. instituto hærede substituit, si hæres nō erit &c. censetur abstinendi potestatem fecisse[k]. Si igitur domus ipsa data non sit, poterit actor pœnam petere, saluo tñ reo ipsi iure morā purgandi[l]: censet autē ipsius actoris fauore adiecta pœna, quapropter obligatio hæc ab alternatiua distat[m]: quæ rei fauorem ut plurimū respicit[n]. Nec uerū est uerba cōditionis ꝓprie cū nō compndere, q nō fecit, id est nō soluit. Quū em ꝓmiserit domū dare, si nō dat, aduersus ea, q ꝓmisit proculdubio facit[o]. Ancharaniq; id negantis responsum illud, crebriore calculo cōfutatū est[p]. Tandēq; nec illud obstat: qd pœna dationi adiecta, in fraudē usurarꝫ ꝓmissa censeat, qa id uerum quū solutioni quātitatis adiecta est[q]. At hic nō quātitas, sed species, id est domus, debebat. Qd si fingamus quātitati adiectā, tunc absurdū nō putauerim ita distingui, ut supra legitimū usurarꝫ modū peti pœna nō possit, q snia receptior est. Nā & idē i pœna quā cōꝓmissarius iudex adiecit existimatū est[r]: qd & nos alibi attigimus[s].

TRANSACTIO. a ¶ Pars hæc cuiusdā rescripti est, qd diffusius infra habemus[a], hic quatenus ad ꝓpositū argumentū attinet relata, nēpe ut hinc sciamus in trāsactiōe mutuam pstationē reqri, & ideo supra cōclusimus contractū inominatū esse. Sufficit aūt si ex parte unius uel sola spes subsit, cū quis uana, & à iure nō ꝓbāta: ut si remitto actionē, qa ꝓmittas me hæredem

a l. quamuis. j. eo.
b §. plus. instit. de act.
c l. 3. qui & à q... bus. l. cum ita de optio. leg.
d l. ubi autem. §. qui id qd. de uerb oblig.
e l. qui non facit. de reg. iur.
f l. Iulianus. §. idemq; Papin. ff. de act. emp.
g l. eos. j. de usu.
h l. fundi partem. de contrah. empt.
h l. 2. ff. de arb.
i arg. l. si quis locuples. in fin. de mand. test.
k l. id dubitari. in fin. de hær. instit.
l supr. l. proxim. & l. obligationū si rē. §. fin. de act. & oblig.
m l. cum qui certarum. §. fin. de uerb. obl.
n l. plerunq;. in fin. de iur. dot.
o l. si qs maior j. eo. l. continuus §. pe. de uerb. obl
p d. §. qui id qd dixi. §. Cato. 4 notand.
q d. §. idem Papinianus respondit. & l. cum allegas. j. de usur
r c. suam. de pœn Com. consi. 156.
s l. 5. §. fin. de uerb. oblig.
a l. suus. j. de r pud. hæred.

redẽ inſtituere.[b] Itẽ ſufficit ꝓmiſſum eſſe, licet nõ
p̃ſtitũ ob culpã aduerſarij fuerit[c]. Itẽ nihil refert
II quẽadmodũ uerba cõcepta ſint, dũmõ utrinꝗ
acceptum ſit. Vnde ſi, quũ mihi centum deberes,
III quinquaginta recepi, & alia quinquaginta confi
tear me cauſa tranſactionis recepiſſe, licet inſpe-
ctis cõfeſſiõis uer-
bis nihil uidear ti-
bi remiſſe, tamen
ad effectum poti-
us reſpicimus, &
tranſactio ualet[d]:
nec exceptionem
nõ numeratæ pe-
cuniæ obijcere po
tero, quod Bal. &
Alex. recte pro-
IIII bant. Sanè addit
ex aliorꝫ ſententia Iaſ.[e] nec id tranſactionẽ impe-
dire, quod etiã plus ꝙ petitum ſit p̃ſtitum à reo
fuiſſe proponatur, quũ potuerit rei ĩtereſſe omi
modo à lite ſe extricare. Sed ego ſolutionẽ uete-
ris obligationis id eſſe potius, ꝙ nouum tranſa-
ctionis cõtractum exiſtimauerim[f]. Sed quid ſi
ex altera parte quid minimũ interuenerit? Et ui-
deretur trãſactionẽ nõ eſſe, quũ haudquaꝗ diffe
V rat, parum an nihil præſtetur[g]. Sed tamen aliud
Bal. tradidit, quia qui cum nihil deberet, aliquid
uel modicũ præſtat, tranſigere dicitur[h]. Sed ego
nec hoc quidem caſu proprie tranſactionem eſſe
crediderim, ſed imagine quadã potius[i]: & ideo
tali caſu uideri partes potius donaſſe. Sed quid
ſi reus actori nihil dedit, niſi quatenus facti mole
ſtiam inquietudinemꝗ ſubmoueret[k]: & quum
VI tranſigi ſup actione irrita poſſit, ſatis credi pote-
rit, tũ quoꝗ tranſactioni ꝓprie ex ſententia no-
ſtratium doctorꝫ locũ eſſe, ꝙuis Decius dubita-
I uerit, qđ ſupra attigi[l]. Cæterũ ꝓbabiliter diſpu-
tari poteſt, quid ſi partes in inſtrumento tranſi-
gere ſe dicant, & tñ ex eius lectione appareat ni-
hil inuicem p̃ſtitum eſſe, ſed ad alterũ omnia per
tinuiſſe? Et Paul. Caſt. Rimin. Iaſ. contractũ non
ualere affirmant[m]; nec in uim quidem pacti, ꝗa
quoties ſubſtantia cõtractus deeſt, nullo modo
ſuſtinetur, ſed omnino corruit[n]. Quæ uera & ipſe
fateor, quoties cõſtat id actum eſſe, ut contractus
in uim ueræ tranſactionis ualeat, alioqui ex ſim
plici denominatione non p̃ſumemus id actum,
ſed potius cenſebimus uoluiſſe partes paciſci uel
donare[o]. Quũ & tranſigere latius quandoꝗ ac-
cipiatur quoquo modo finire, etiam nullo uiciſ-
ſim dato[p]: coniectabimur aũt animũ tranſigere
tantum uolentis non donare ex coniecturis, ut ſi
ſuus hæres eo modo cõtrahat cũ aduerſario, nõ
eñ eſt uériſimile quenꝗ uoluiſſe erga eũ cũ quo
II litigat munificentiã exercere[q]. Sed quid in arbi-
tratore dicemus, qui laudatiuo ſuo reũ in oẽm
ſummam petitam condemnauerit, uel abſolue-
rit? Et Bar. quẽ cæteri ſequunť[r], ualere huiuſmo-
di ſententiã exiſtimauit, quia tale laudatiuũ pro
prie tranſactio nõ eſt, ſed ad eã tantũmodo ſigni
ficationẽ refertur, cũ litis finẽ ſignificat: quoquo
modo ergo litem diremerit, ſatis eſt. Nã & illud
traditũ eſt, non debere bonũ iudicem, ſi de alteri
us partis iure ſibi liꝗdò conſtet *μεσόδικον* eſſe, id
eſt ꝑ mediũ diuidere, ſed oẽm cauſam ꝓ iuſticia
uni adiudicare[s]; anteꝗ uerò ſibi liꝗat boni uiri
munere fungeť, ꝗ ad concordiã litigatores ꝗad
eius fieri poterit, et citra ullã fruſtrationẽ alliciat.

b l. cum donatio-nis. ubi Alexan. ſupr. eod. — *c l. ſi ſuper. ſup. e.* — *d l. intereſt. ĩ. de ſolut.* — *e Bald. l. fin. ĩ. de execut. rei iud.* — *f arg. §. fi. inſt. de perpet. & tẽpor. act.* — *g l. etiam. de pet. hæred.* — *h l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. Bal. d. l. fin.* — *i l. ſi quis condu-xerit. ff. loc.* — *k arg. c. dilectus de ſimo.* — *l l. 2. ſupr. eo.* — *m d. l. ſi ut.* — *n Bart. l. ſi cauſa ſupr. eod.* — *o l. Inſulam. de præſcr. uerb.* — *p l. tranſact. de uerb. ſign.* — *q d. l. ſuus.* — *r Bart. l. quod ſi Epheſi. de eo qđ cert. loc.* — *s Doctor. c. ĩ. de mu. petit.*

IIDEM AVGG.
& Cæſ. Martianæ.

QVamuis qui pactus eſt ſtatim pœniteat, tranſactio reſcindi, & lis inſtaurari non poteſt: & qui tibi ſuaſit intra certum tempus licere à tranſactione recedere, falſum aſſeuerauit.

QVAMVIS. In contractu ergo tranſactio
nis nullus eſt pœnitentiæ locus, etiam ſi
ſtatim poſt abſolutũ tamen contractum
alter deſciſcat. Sed quũ in cõtractibꝰ innomĩatis
traditum ſit, pœni
tentiæ locũ eſſe[a]:
quæ eſt ratio ut &
in trãſactione idẽ
non dicamus? Et
aliqui ueteres id
fauore liberatio-
nis inductum cre-
diderũt: quod fal-
ſum eſt, quũ in do
nationibus qui-
buſcunꝗ ante Iu-
ſtinianum licita eſſet pœnitentia[b]: & tñ hic appa
ret ante eũ nõ fuiſſe in tranſactiõe ꝑmiſſam. Nã
& condictio ob cauſam fauore liberatiõis, ſi cau
ſa ſequuta nõ ſit, non impediť[c]: ergo nec ex capi
te pœnitẽtiæ impediri debet. Sed & quis credat,
ſi id ita eſſet, nõ potius de liberatiõe uerba legis
concipi debuiſſe, ꝙ de tranſactione? quũ tranſa
ctio ſemꝑ contractus innominati ſpecies ſit, quũ
ꝗ ultro citroꝗ obligationem inuehat, iuriſ-
ꝗ uinculo eũ alliget, qui ſolũ de facto fortè inꝗe
tabať[d]: & ideo ꝓprie contractus eſt, improprie
uero ratiõe ſolius iudicij diſtractus eſt[e]: imò quũ-
ꝗ tranſactio ſolius obligationis, non aũt libera
tionis cauſa fit[f]. Iaſ.[g] id potius cõmuni ex regu-
la inductũ credidit. Nã à contractibus innomi-
natis re nõ integra recedere nõ licet[h]: at ubi trãſa
ctum eſt, reuſꝗ pecuniã actori dedit, exceptionẽ
ꝗ aduerſus actorem acquiſiuit, apparet iã rem
amplius nõ eſſe integrã. Sed certe Iaſon dictum
ipſum ꝓ ratione de qua diſputamus aſſumit[i]: id
eñ quærimus, cur exceptioni locus ſit, & nõ po
tius pœnitentia, ſicut in cæteris innominatis cõ-
tractibus, concedatur. Itemꝗ cur actori, qui ad-
impleuit, actionem remittendo pœnitere aduer
ſus reum tergiuerſantem non liceat[k]: tunc enim
res quod ad reum attinet, integra eſt. Bart. quem
cæteri ſequuntur, litium dirimendarum fauo-
re inductum cenſet[k]: quæ ſententia uera eſt, qua
tatione nec per reſcriptum tranſactio reſcindiť,
nec prætextu reperti deinde inſtrumenti, aut ſpe
cierum nouiter inuentarum, ut ſupra uidimus.
Sed nec in ea. exceptioni nõ numeratæ pecuniæ
locus eſt[l]. Sed an prætextu enormis læſionis re-
ſcindi poterit? Et Bartol. poſſe cenſuit[m]: dum de-
trimentum illud computemus, habita nõ ad id
quod uere debetur æſtimatione, ſed ad id quod
uériſimiliter dubio ex litis euentu potuiſſet per-
cipi. Hancꝗ ſententiam Seuerinas crebrius rece
ptam affirmant[n]. Sed Aretinus Alex.ꝗ cõtrari-
am receptionẽ tradiderunt[o]. Ego hiſce in Doct.
altercationibus eis adhærere ſoleo, ꝗ citra cauil-
lationẽ ſubauditionẽꝗ aliquã, uerba legũ inter
p̃tantur: quo fit, ut in poſtremã hanc & ipſe cũ
Iaſone hic tranſeam. Nam & Scæuola ait, eum
qui tranſegerit, & ſi in quadruplum læſus ſit,
amplius conueniri non poſſe[p]: at interpretari
quadruplum perpenſa ueritate, non aũt ꝑpenſo
dubio litis euentu, nonne aperte cõmentitiũ eſt?
Rurſus infra traditur, ſi filia dolo patris in
tranſacti

a l. ſi pecuniam. ff. de condict. ob cauſ. — *b l. ſi quis argen tum. ĩ. de donat.* — *c d. l. ſi quis ac-cepto.* — *d l. 2. ſupr. eod.* — *e dixi in rubric. ſupr. eod.* — *f l. ſi ſuper. ſupr. eod.* — *g Iaſ. l. 2. de con-dict. ob cau.* — *h d. l. ſi pecuniã.* — *i l. qui interroga tus. de pet. hær* — *k d. l. ſi pro fun do & ſupr. l. pro xim.* — *k l. fratris. ſupr. eodem.* — *l l. ſi tranſaction. ĩ. de non numer. pecun.* — *m l. 2. ĩ. de reſcin. uend. l. ſi quis cũ aliter. de uerb. o-blig.* — *n Tracta. tranſ. quæſt. 12.* — *o Aret. d. l. ſi qs cum Alex. conſil. 42. in 1.* — *p l. Lucius. §. fi. ad Trebel.*

q l. ſi ſuperſtite. ȷ.de dol.
r d.l.2.

tranſactione immodice læſa eſt, ſolum ea actiõe in factum ſuccurri[q]: atqui alia ratione reſcindi tranſactio potuiſſet[r]. Et qui interpretãtur immodice non tamen infra dimidiam, uel immodice reſpectu ueritatis, non aũt reſpectu dubij euentus, nonne uim uerbis reſcripti faciunt? Atqui dubius litis euentus uel in primis perpendi in huiuſmodi æſtimationibus ſolet. Quis enim adeò fatuus eſt, ut rem litigioſam non multo minoris propter dubium euentum emat[s]? Huc pertinent & leges, quæ generaliter tradunt, eũ qui titubanti animo cauſa trãſactionis omnino indebitum ſoluit, nihil repetere[t]: idq; etiam ſi res nulla ſit[u]. Accedit & ſimilitudo quæ cum iuramento ſententiaq; tranſactioni eſt, ut ſicut illa eo prætextu non reſcinduntur[x]: nec tranſactio quidem reſcindi debeat[y]: & hoc quidem hactenus. Sed quũ hic tradatur, condictioni ex capite pœnitentiæ locum nõ eſſe, qd ex capite rei nõ ſecutæ, ſeu ex mora cenſebimus? Et in actore receptior uidetur ſententia, non cõpetere ei condictionem, ſed agere eum debere pſcriptis uerbis, ut promiſſa ſibi adimpleantur[z]: quod ex fauore litium dirimendarũ receptũ eſt, & nos ſupra aduerſus Bart. ſententiam defendimus[a]. Maior ſubeſt in reo difficultas, & competere ei condictionem omnes ferè ſentiunt. Vnde cum reus dat pecuniã ne ad iudicem eatur, ſi uocatus ſit, ex Vlpia. reſponſo condicet[b]. Ego nec reo quidem competere id remedium arbitror, quũ ſatis conſultũ ei exceptione ſit[c]: & quũ eadẽ ratio in eo locum habeat, quæ in actore, nempe idem litium finiendarũ fauor, nec temere debeat differentia inter actorem & reum conſtitui[d]. Nam & lex, quod ob tranſactionem à reo datũ ſit, nunq; repeti ait, niſi euidẽs calumnia detegatur[e]. Nec me Vlp. reſponſum mouet, quia ut in eo legitur non tranſactio illa fuerat, ſed quaſi deciſio, ſeu impropria tranſactio. Nec enim actor remiſerat actionem, aut ius aliquod ſuũ, ſed nudum factum promiſerat ſcilicet ad iudicem non ire, deinde contrafecerat, merito quia facta infecta fieri non poſſunt condictio cõpetit. Sed quãdo remiſſa eſt actio, apparet illam facti moleſtiã principaliter non perpendi, ſed in conſequentiã remiſſionis, quæ cũ alia ratione ſuſtineri poſſit, non fuit neceſſarium condictionẽ permittere[f]: in eo igitur reſponſo propter tranſactionis ſimilitudinem pœnitentiæ locus nõ eſt. Sed quia inquietudo facti principalis in contractu deducta cum facta fuerit, infecta fieri non potuit, neceſſario condictio conceſſa eſt. Si ẽm id, quod ſua intererat, quodq; pſcriptis uerbis actione conſequi potuiſſet, reus perpendiſſet, non ita cõueniſſet ne ad iudicem iretur, ſed ut lis ſibi & actio remitteretur. Concludendũ eſt igitur ſecundũ legis noſtræ regulam, in tranſactione nullum pœniten-
I tiæ locum eſſe, exceptò quum reus ſimpliciter de facto conuenit, quod ſibi obſeruatum non ſit[g].
II Idem cum manifeſta calumnia detegitur[h]: uel
III dolo celebratus ſit contractus, datur enim eo caſu actio reſciſſoria ad id quod intereſt[i]. Sed & uolente utraq; parte non eſt dubium recedi ab eo

s l. propemodũ. de uerb.ſign.
t l.fin.ȷ.de cond. ind.l.nec interuio.ſupr.eod.
u l.in ſummo.de cond.ind.in pri.
x l.nam et poſtea §.ſi damnetur. de iureiur. l.ſi de ſi rerue. de dol.
y l.2.de iureiur.
z l.ſi profundo. ſupr.eod.
a l.ſi profundo. & l.actione.& l.ſiue.in fin.ſupr.eod.
b l.3.in prin.de cond.ob cauſ.
c l.1.§.ſi debitori.ut in poſſ.leg.
d l.de die.qui ſat rog.ubi Doct.
e d.l.in ſumma.
f d.l.ſi profundo.
g d.l.2.
h d.l.in ſumma.
i l.ſub prætextu.ȷ.ſupr.eo.

contractu poſſe[k]. Quapropter ſi poſt tranſactio IIII
nem adhuc litigetur, & non oppoſita exceptiõe
iudicatum ſit, quod cauſa tranſactionis datum V
fuerit condicetur[l]. Qui ẽm exceptionẽ non obiecit, tacite renunciaſſe fauori ſuo uidetur. Qua ra
tione in tranſactione quoq; cõmiſſoriæ legi locũ VI
eſſe credendũ eſt. Poſſunt enim partes à principio id agere, ut re non ſequuta, p non trãſacto ſit[m]. Quid
ni? quũ & ex poſt VII
facto poſſint[n]. Sed & ſi tranſactiõi addita ſit pœna, & maluerit quis pœnam habere, eum quicquid ex tranſactione conſequi potuiſſet, remittere æquum eſt, ne & pœnã & rem habeat[o]. Qua de re & ſequenti lege aliquid attingemus.

IMPPP. GRAT. *Val. Theod. Auggg. Eutropio.*

VBi pactum[a] uel tranſactio ſcripta eſt, atq; aqui

VBI PACTVM. Quum Titius à me fundum peteret, acceptis centum tranſegit, & quicquid ei debebam Aquiliana ſtipulatione præcedente accepto tulit, ſtipulatiq; deinde ſumus alter ab altero ut ſi quiſq; noſtrum ei ſtipulationi contrafeciſſet, tantam pecuniam pœnæ nomine ſolueret. Finge, Titius contrafacit, & à me rurſus fundum petit, quæſitũ eſt, qua ope mihi ſuccurratur. Et hic reſcriptũ extat, alterum me eligere poſſe, ut uel exceptione tranſactionis eum excludam, uel centum ei data unà cum pœna anteq; ulterius procedatur exigam. Si ẽm acceptilatio non acceſſiſſet, data repetere, pœnãq; exigere, non niſi diſcuſſo principali negotio potuiſſem[a]. Sed quũ acceptilatio acceſſerit, lex non ſinit actorem ulterius progredi, q; prius petenti reo data pœnamq; reſtituerit. Sed qua ratione id inductum? Et ſciendum eſt ex cõmunib9 iuris noſtri regulis, cum actor reum acceptilatione liberauit, non poſſe eum extinctam actionẽ intendere ampliusq; ſuſcitare[b]. Sed quia addita hoc caſu fuit ſtipulatio pœnalis, aliud à partibus uidetur actum[c]: & ea facultas conceſſa ut ſoluta pœna, adhuc agi poſſit, merito ante cognitionẽ cauſa petenda prius eſt pœna, datorumq; reſtitutio facienda. Nec obſtat quòd actio extincta ſuſcitari amplius nequeat[c]: quia reſpondeo nõ fu-
iſſe omnino ab acceptilatione extinctam, quia I
adijciendo pœnam, uidetur id tacite actũ à partibus, ut prioris actionis ſpes in perpetuum non perimeret[d]: ſed ſoluta pœna agi adhuc poſſet[e]: quũ ẽm pœna ſub conditione adijciatur, ſi amplius egerit, & contrauenerit, uidentur partes tacite egiſſe, ut conditio illa euenire poſſit[f]: quod & ſupra declaraui[g]. Hincq; eſt, quod licet pœna contractui, etiã ſtricti iuris, ſubiecta propriè nõ mouet contractum præcedentem, tamen decla-
ret limitetq; quouſq; ei locum eſſe oporteat[h]: qđ II
in caſu noſtro maxime dicendũ eſt, quũ aliàs reus & pœnam habere, & rem, id eſt cõmoditatẽ acceptilationis poſſet, quod lex iniquum exiſtimauit[i]. Quod ſi ob cauſam ſecuta ſententia ex
poſt facto lex condictionem conceſſit, ne utrun- III
q; reus habeat[k]: quantomagis à principio re integra interpretari id actum eſſe debemus? Et ideo prioris actionis ſpem non omnino fuiſſe pemptam. Videmus non paucis exemplis, ex ſolutione uera priorem actionẽ non omnino peri
mi, quoties aliqua coniectura cõtrariæ mentis IIII
contra

k l.ſi diuer[ſa].ſupr.eod.
l l.eleganter.§.fin.de cond.ind.
m Com.conſ.156. facta.
n d.l.ſi diuerſa
o l.cum proponas.l.promiſſis. ubi notatur ſup.e[od].
a d.l.eleganter. §.1.d.l.promiſſ.
b l.qui res.§.ſi. de ſolut.
c arg.l.2.ff. de arb.
c l.fin.ȷ.de acce[pt].
d arg.l.actus.d[e] reg.iur.et d.§.fi[n].
e arg.l.pupilli §.1.de ſol.
f l.ſi quis locup[l]... in fin.de ma.teſt. l.iam dubitari.i[n] fin.de hær.inſt.
g d.l.promiſſi[s]
h l.obligationum ferè.§.fin.de a[ct]. et oblig.
i l.reſcripto.§. pœnam.de pac[t]. glo.d.l.prom.
k d.l.eleganter §.pen.

scienter digniore iure pontificum ualet, in foro consciẽtiæ periculose egisse dicitur.[k] Sic qui alicui damnum culpa leuissima dedit, humano foro resarcire id aduersario debet, diuino non debet, quod eius ignorantiæ in eo succurritur.[l] Sic & uulgo dici solet, licere contrahentibus, ut inuicem se decipiant, quod iure fori, non iure poli est.[m] Sic iure ciuili cui furtum factum est, duplum uel quadruplum exigere potest, at lege diuina sorte contentus esse debet.[n] Eadem ratione qui exceptione rei iudicatæ tutus est, ante deum nõ erit tutus, si aliquo tempore sciuerit rem petitoris fuisse, cuius scientiæ probatio nulla alia erit quàm ex ipsius confessione,[o] cum alioquin ignorantiam allegare possit & præsumptionem legis, quæ ex sententia oritur sequi. Hinc etiam fit ut mater ab hæreditate filij per substitutum pupillo expressim datum exclusa, possit tamen in foro conscientiæ quadrantem iure naturæ sibi debitum petere, quod eo in casu iniqua duraq; sit lex ciuilis, unde ipsa omino reijcitur. Cuius sententiæ assertor est Archid.[p] Corn. Deciusq;.[r] Sic & mulier, quæ non authore agnato contraxit, tametsi lege municipij nõ obliget, foro tamen diuino censebitur obligata,[s] dum decepta non proponatur. Sic generaliter uidetur constitutum in eo foro obseruandum esse testamentum, quamuis in eo soli duo testes sint ascripti,[t] quia diuina sanctione dicitur. In ore duorum uel trium est om̃e uerbum. Et ideo plerisq; uisum est, hæredem qui non solenni testamento scriptus est, si de uoluntate testatoris certus sit, iuste eo in foro adire posse, fructusq; uero dominio acquirere.[u] Quapropter & cum testator filio si decederet sine liberis fratrem substituisset, isq; religioni nomen dedisset, responsum à plerisq; scio, diuino in foro substitutioni locum esse: quoniam Iustiniani sanctio, qua monasterium prætulit,[x] uoluntati testatoris aduersatur, cuius summa ratio apud mystas esse debet. Et ex his uidetur probabilis esse nostra conclusio, ut qui sola præscriptiõis exceptione est tutus, in foro conscientiæ tutus non censeatur: nam si nesciat rem ad alium pertinere, præsumptioniq; adhæreat, quam lex ex temporis lapsu induxit, is non sola præscriptione est tutus, sed ignorantia, quæ apud deum ueniã meretur.[y] Quod si qua pronunciato huic nostro adhuc aduersentur, à me inter disputandum submouebuntur.

ANNOTANDVM iterum est, ex Accursij sententia præscriptionem hic pro exceptione accipi, uidenturq; nostrates existimasse idem prorsus esse præscriptionem quod & exceptionem.[a] Hinc in rubrica dicitur de exceptionibus seu præscriptionibus. Et alibi præscriptiones fori à principio litigatoribus opponendas.[b] Et alibi omissam præscriptionem dilatoriam postea exerceri non posse.[c] Rursus præscriptio moratoria. Et ibidem præscriptio peremptoria.[d] Item præscriptio quinquennalis aduersus tabulas nõ iure perfectas,[e] & præscriptio instrumenti falsi,[f] & præscriptio aduersus appellationem, in qua aduersarij nomen non sit expressum,[g] & præscriptio militiæ, qua miles officio procuratoris fungi prohibetur.[h] Sed & Iulianus nihil inquit proponi cur præscribere curator possit in cognitione suspecti tutoris[i] &c. Hinc lex præscriptionem, quatenus usucapionem complectitur, etiam simpliciter exceptionem appellat.[k] Hinc rubrica de annali exceptiõe, & alibi exceptionem XXX. annorum &c. Quibus omnibus satis ostẽditur, idem præscriptionem & exceptionem esse. Sed tamen contraria sententia ex eo probabilis esse uidetur, quia proprie præscriptio, rerum immobilium usucapio esse censetur, quam δμοιοτελευτάως sic recentiores diffiniunt.[l] Est q̃d dam ius ex tempore congruens, authoritate legum uim capiens, pœnam negligentibus inferens, finem litibus imponens. Qua ex diffinitione in nostra lege supra hanc uocem accepi, dum usucapionem inter quinq; pedes submoueri arbitratus sum. Nec negari potest, hãc quoq; significationem huius dictionis esse, tametsi ea diffinitio mihi non satis placeat, quum quandoq; etiam aduersus eum præscribatur, qui nullius negligentiæ reus est,[m] qualis est qui ignorat:[n] is enim ex proprietate sermonis, quæ in diffinitionibus obseruanda est, non recte dicitur negligere: nam & non semper præscriptio finem litibus imponit, imò plerunq; litis ingressum non impedit, eiusq; probatione opus est.[o] Adde quod iureconsulti finitionem sufficere uerius est, qua ille usucapionem esse dixit[p] acquisitionem, uel adiectionẽ dominij per continuationẽ temporis lege diffiniti. Quæ diffinitio & in rebus mobilibus, et immobilibus procedit, quum utranq; indifferenter, & promiscue Iureconsulti usucapionem appellent. Dicitur autem adiectio dominij, quia uerum dominiũ ex consensu non transfertur, sed ex authoritate legis. Vnde & adiectio bonorum, ubi proprie non est hæreditas, sed sola principis authoritate quis pro hærede habetur[q] & adiectio familiæ M. Cicero & Cor. Tacito lib. XVII. & adiectio pignorum in causam iudicati captorum, cum uenduntur authoritate iudicis, domini consensu non expectato,[r] & adiectio in diem, quod translatio dominij uere nõ fiat, ut pote, quod in alium qui licitatione superauerit, transferri possit. In usucapiõe enim lex ueri domini authoritatẽ, atq; eius personæ & medullis ius inhærens omnino auferre non potuit,[s] licet illud inefficax reddiderit, & quoddam instar eius dominij alteri adiecerit, quod domini num directo acquiri usucapione rerum mobilium, utiliter in rebus immobilibus bona fide possessis, per exceptionem tantum, quando mala fides suberat, communiter traditum est, quod ut uerum concedamus, omne, eius adiectionis appellatione continetur. Nec in ea difinitione fuit necessaria tituli uel bonæ fidei expressio, quod Paulus Castr. credidit, quum hæc substantiam usucapionis intrinsecus non respiciant, sed sola possessio referenda fuit, unde usucapio dicitur, id est acquisitio per usum, id est possessiõe, hincq; fit ut defectus possessionis quandocunq; superueniens usucapionem interrumpat,[t] cum in bonæ fidei defectu secus fit,[u] est autem usucapio uox ipsa effectus significatiua, ut merito nõ debuerit p̃ causam suã simplicit̃ diffiniri. Et hæc q̃dem uera sunt, sed tñ non ideo adhuc declaratum est, quæ ꝓpria sit præscriptiõis significatio.

SECIENDVM igit̃ exceptionẽ gñale nomẽ esse cuiuscũq; defensiõis quoq; modo actiõi obiectæ,[x] præscriptionẽ uero eã dici, quæ directe intentiõi

k Abb. c. consti- tutis. de app.
l c. 1. de cõmod. Inn. c. sicut. de homicid.
m Butr. c. pen. de empt.
n 12. q. 2. fraternitas.
o Abb. c. nouit.
p c. si patr. de testam. in 6.
r l. precibus. C. de imper.
s Abb. c. relatũ. 1. de testam.
t c. cum esses. de testam.
u Anch. regul. possessor.
x Auth. nisi. C. ad Trebell.
y 11. q. 3. excell. & seq.
a Mod. Rubr. de except.
b l. fin. C. eod.
c l. pen. eod.
d l. 2. de precib. imper.
e l. contra. C. de inoffic. test.
f l. qui agnitis. ff. de excep.
g l. scio de app.
h l. ita. C. de proc.
i l. fin. de suspec. tutor.

k l. pe. §. fin. C. de præsc. 30.
l In Rubric. de præsc. extr.
m l. si. c. de præscr. long.
n c. quia diuers. de conceß. præb.
o Bartol. l. fin. pro suo.
p l. 3. de usucap.
q Inst. de eo cui lib. caus.
r l. à diuo. §. si pignora. de re iud.
s l. quis ergo. de pec.
t l. naturaliter. de usucap.
u l. iusto. §. & si poß.
x l. antepe. C. de excep.

tentioni non aduersatur, sed solum de ea limitat. Fab. Quintilia. lib. VII. cap. VI. Cum ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse, ut cum ignominioso patri filius præscribit, de eo solo iudicatio est, an liceat: quoties tamen poterimus, efficiẽdum est, ut de re quoq; bene sentiat. Et paulo inferius. Sed frequẽtius etiam quæritur de intẽtione, & quæ sequunt. Quibus uerbis apparet exceptionẽ intentionis esse, quæ directo agẽti repugnat: præscriptionẽ, quæ intentionem quidem non negat, sed eam restringit, ut eo in casu, quo agitur, non procedat. Victorinus præscriptionem eandem appellari posse & exceptionem ab Oratoribus ait, in iure aũt præscriptionem dici ipsum ius propositum, exceptionem aũt quum ius ipsum propositum ab actore, aliter reus accipit interposita aliqua conditione &c. Solebat em̃ exceptionum omnium sic formula concipi, ut per dictionem si non, uel similem obĳcerentur. Vnde illud: extat Neruæ & Atilicini sententia, dicentium ita esse excipiendum, [y] si inter me & te non conuenit ut uniones reddantur. Et alibi: Aduersus exceptionẽ hãc, [z] si non eius sit res, replicatione adiuuabitur, aut si res iudicata non sit, rursus dabitur possidenti hæc exceptio, [a] si non conuenit ut eadem res mihi quoq; pignori esset, iterum, & ille excipiat, si non cõuenit ut sibi sit res obligata. Igitur si exceptio opposita huiusmodi esset, ut intentioni nõ aduersaretur, quia etiã si intentio uera fuisset, nihilominus exceptio procederet, non erat aliter de ueritate intentiõis quærendum, sed statim de exceptione cognoscebatur. Et ideo præscriptio dicta est, quod anteq; actor probasset, ea scripta obiecta'q; in controuersiam deducebatur. Hinc moratoriæ præscriptiones dictæ. & præscriptio militiæ, & præscriptio fori iurecõsultis: sic Quintilianus in declamationibus: Accusator præscribit, quod bis de eadem re agere non licet. Sic Vlpianus [b] marito iure mariti accusãti illa præscriptio obĳcitur, si non legem prodidisse dicatur. Et alibi: Præscriptiones quæ obĳci solent accusantibus adulterĳ, ante solẽt tractari quàm quis inter reos recipiatur. [c] Hinc & Cicero de finibus bonorum & malorum. Omnis autem in quærendo quæ uia quadam & ratione habetur oratio, præscribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur. Hinc Quintilianus libro III. cap. VIII. Præscriptiones inquit, in quibus maxime uidetur manifesta translatio, easdem species habẽt, quas hæ leges quibus agit de noie, de scripto, de sententia, de ratiocinatione &c. Victorinus quoq; in rethor. Ciceronis non multum distare translationem à præscriptiõe refert: sicut & Fortunatianus, qui translationem transferre actionem scripsit, præscriptionem perimere, ea enim à principio probata, extinguitur actio. Quo fit ut potissimum de dilatorĳs præscriptio dicatur, siue à persona, siue à re, siue à loco, siue à tempore præscribamus, cuius rei exempla latius ille prosequitur: uerum & exceptiones quæ si probatæ essent litis ingressum impedirent præscriptiones proprie dicuntur, [d] quoniam & hæ à principio ante litis contestationem obĳciuntur, sit'q; earum contestatio, deinde post iudicium acceptum actor intentionem suam probat, [e] tum'q; reus contestatam

y l. apud. §. itẽ quæritur. de doli except.
z l. si quis rem. de exc. rei iud.
a l. si debitor. de pign.
b l. 2. de adult.
c l. si maritus. §. pen. eo. tit.
d l. peremptorias. C. senten. rescind.
e l. præscriptiones. cum l. seq. C. de except.

præscriptionem quandocunq; prosequi potest. Hinc est quod exceptio ex usucapione proueniens præscriptio dicitur, [f] quia agenti rei uendicatione domino à principio præscribitur, sit'q; contestatio, si non tempore à lege diffinito possedisset, deinde lite contestata, et probato ab actore dominio possessor suam exceptionem probat, & absoluitur.

Cæterum quia aliæ exceptiones, quæ litis ingressum impediunt, semper ferè in promptu habent probationem, ut rei iudicatæ, transactæ'q;, [g] item'q; iusiurandi, usucapionis uero non item (nec enim solent publica documenta confici, quo quisq; tempore possederit) ideo frequentiore usu receptum est, ut usucapionis præscriptionem dicamus: præscribendum enim contestandum'q; aduersus dominum erat, deinde post eius probationes, de præscriptionis ueritate ordinario iudicio docendum. [h] Et hæc propria est præscriptionis significatio, quam ueteres iureconsulti obseruarunt. Recentiores uero quosdam ex pontificibus imitati, hoc non satis percipientes in eam corruptelam inciderũt, ut se præscripsisse fundum uel domum dicerent, cuius locutionis non arbitror exemplum apud certæ fidei authores reperiri. Hic igit apparet præscriptiõe quinq; pedum exceptionem intelligi, quam quis obĳcere uoluisset, quia quinq; illos pedes se usu cœpisse attestaretur.

RVRSVS annotandum est, dum lex ait, uel locorum, non simpliciter de quocunq; loco uel possessione hic accipiendum. Agennius Vrbicus. Omnis inquit cõtrouersia coram agrimensoribus est, aut de fine aut de loco: de fine est, quatenus intra quinq; pedes continetur, de loco est quicquid eam latitudinem excedit. & ideo quæstio loci plerunq; ad ius ordinarium pertinet, quia in ea locum habet usucapio, olim biennĳ, hodie longi temporis, rarum'q; est ut mensor ipse de ea dĳudicet: quod quadam epistola ad Prouinciales Imperator Constantinus constituit in hæc uerba: Si finalis controuersia fuerit, tum demum arbiter non negetur, quum intra quinque pedes locum de quo agitur apud præsidem esse constiterit, cum de maiore spacio causa, quæ non finalis, sed proprietatis est, apud ipsum præsidem debeat terminari &c. De loci quoque significatione Iureconsultus ita disseruit, [i] ut locus portio sit fundi, qui & latere potest, qua suos fines adhuc nõ habeat, iccirco'q; determinandus, diffiniendus'q; sit. Fundus uero omne sit, quicquid solo continetur. Ager autem species est fundi, quæ ad usum hominis comparatur. [k] Possessio ab agro iuris proprietate distat: quicquid enim apprændimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo usus est, ager proprietas loci est. Quæ eleganter tradita à iureconsulto differentia, repræensore non caruit: nec erubuit Laurentius Valla [l] ea in re Modestinum ridiculum imperitum'q; appellare. Perpendamus igitur parumper quid sibi audaculus hic accusator uoluerit, & cum lege XII. tab. intra quinq; pedes æterna sit authoritas, non sinamus diutius alienos eum intra fines uagari, q eos nõ solũ usurpare, sed etiã terminos ipsos exarare, & iusto cultori diẽ cõfidentissime dicere,

f l. emptor. C. de præsc. lon. temp.
g l. transla. de uerb. sign.
h l. nam & po stea. de iureiur.
i l. locus. de uerbo. sign.
k l. quæstio. eo titul.
l c. 408.

dicere, ausus fuerit. Quod & si à nobis alibi quoq; factum est, tamen & hic diffusius attingere, clarius'q; sententiam nostrã explicare, nõ ab re erit. Siquidem quòd Græci dicũt δὶς ἢ τρὶς τὰ καλά. Ait Laurentius inepte agere iureconsultũ, qui quum differentiam inter Agrum, Possessionẽ, Prædium'q; reddere uelit, de possessione, id est usu rei loquatur, quam Græci κατοχὴν dicunt, nec de ea significatione quicq; agat, quum idem quod prædiũ uel fundus significat, ut apud Ciceronem, quum prata & areas possessiones appellat, & apud Quintil. quũ de Priuernati, Albano Tiburtino'q; fundis, requirebat inquit, ubi essent hæ possessiones. Sed sciendum nec hanc quidem significationem iurecõsultus ignoratam fuisse, sicut in eo, qui possessiones suas legasset responsum est[m]: qđ & alijs exemplis à me ostendi posset[n]. Sed Modestinus eo in responso possessionem definit, & quatenus proprietatem quandam significat, & quatenus etiã appræhensionem & usum. De primo sensu prius uidendũ ut Vallæ rationes submoueri possint, de alio deinde in gratiam nostror; doctor; aliquid subijciemus. Igitur Aelius Gallus iuris author, quem & Gellius, & alij frequenter authorem laudant, & cuius nos in digestis pleraq; respõsa etiãnum habemus, possessionẽ, apud Festũ definit, usum esse fundi, aut ædificij: quæ uerba idem Festus paulo inferius declarans, possessiones dicit appellari agros late patẽtes, publicos priuatosue, quia nõ mancipatione sed usu tenebantur, & ut quisq; occupauerat, possidebat: ut inde probet possessionem fundum dici, qui nobis per usucapionem est acquisitus, & cuius proprietatem nõ habemus, cũ ut supra ostenderimus, usucapione non uera proprietas, sed adiectio quædam dominij transferatur, & in hac significatione hic accipit possessionem Modestinus, sicut in Honorij constitutione[o]. Quũ rura (inquit legislator) & possessiones, quas curiales reliquerint, & possidere alios permiserint, penes eos, qui excoluerunt remaneant. sic & M. Cælius ad Cic. Sum inquit χρήσει μὲν tuus κτήσει δὲ Attici nostri, ergo fructus est tuus, mancipium illius, κτῆσιν appellat, id est possessionem, ius ipsum usu acquisitum, quod à mancipio nõ admodũ distat. Lucretius.

Vita'q; mancipio nulli, datur, omnibus usu.

Varro de re rust. in emptionibus dñium legitimum sex ferè modis perfici author est, hæreditatis iustæ aditione, mancipio, iuris cessione, usucapione, sub corona, sub hasta emptione. Quæ latius à Boethio Seuerino in Topicis declarata, hic repetere non est otij nostri, qñquidẽ hæc, qđ ad Vallam attinet, satis & super.

NVNC de secunda significatione aliqd dicamus, & uidetur Modestinus possessionẽ sic diffinisse, ut sit usus rei appræhensæ à iure separatus: et uidetur hic usus generis, appræhensio proprij, separationis à iure, locũ differentiæ tenere. Vsus ẽm est generis hic nomen, qa possumus uti etiã citra nomẽ possessiõis, ut q iure familiaritatis[p], uel amicitiæ[q], uel q iure facultatis uiæ publicæ usum retinet[r]: sic quis opa amici utit: sic utor beneficio tuo, & si qua similia. Ouid. Metamorph. libro VIII.

utor'q; Acheloe domo'q;,

Consilio'q; tuo rñdit, & usus utroq; est.

At appræhensio ꝓprium uidet possessionis, quæ & ideo κατοχὴ Græce dicitur[s]: & à iure gentiũ inde orta est, & nomen quoq; ex eo habet. Dicit ẽm possidere, q potest sedere, et sic qui rem appñdit, & ea ꝓpter appñsionẽ utit. Corn. Fronto. In habente inquit onus, in possidente usus est. Corn. Tacit. in lib. Germaniæ: Possessiõe & usu haud perinde afficiunt. Sic Aelius Gallus apud Festum, possessionem dixit esse usum agri, quod supra ostendi. Hinc usucapio, id est acquisitio, q ꝑ usum, id est possessionẽ fit. Inde alibi Iureconſ. Iniquissimũ (inquit) est auferre dñium qđ usus non abstulit[t]: intelligit ẽm possessio. Cicer. lib. 1. Top. Quoniã usus authoritas fundi biennium est, sit & ædiũ. Et rursus: Quar; rerũ annuus est usus. Quod subijcitur à iure separatus, dupliciter potest itelligi: à iure, id est ab usu quatenus est seruitus[u]: item'q; à dominio, quia & dñium est iuris[x]. Possessio aũt nihil cõmune habet cum dominio seu ꝓprietate: unde & rei cuius dñium ad nos nõ pertinet, nec ptinere potest, possessionem tñ habere possumus: loquitur'q; Iureconſ. eo in loco de re, quæ ad aliũ pertinet, nõ qđ dñs rem ꝓpriam possidere non possit, sed ut differẽtiam agri & ꝓprietatis, à possessione simplici declaret. Secundo modo potest intelligi à iure separatus, qa possessio sit facti, nõ aũt iuris. Quapropter Paulus pupillũ posse incipere possidere existimauit: eam ẽm rem facti nõ iuris esse[a]: subijcit'q; idem possessionẽ rei à coniuge donatæ transferri, quoniã res facti infirmari iure ciuili non potest[b]. Sic & Scæuola: Possessionẽ hæreditatis non habet, quæ facti est & animi[c]. Sic & Papin. possessio, inquit, plurimũ facti habet, causa uero facti nõ cõtinet postliminio[d]. Nec me mouet receptissima nostratiũ doctor; distictio, qua tradiderunt, possessionẽ dum nascit, & ad essentiam suã perducit, facti esse: at ubi iam acquisita est, esse iuris: nam pleraq; ex ꝑdictis responsis de possessione uerba faciũt, quatenus iã orta, acqsita'q; est. Si ẽm pupillus potest possessionẽ acquirere, qa est facti utiq; & acquisitã cõseruare potest, quũ non posset, si acquisita iuris esset. Sic & in postlimio non contineri causam possessionis lex ait, qm facti est[e]: qđ ꝓcedit etiã in possessiõe acquisita: nã in his, q dum acquirunt facti sunt, & q̃sita sunt iuris, postliminiũ ꝓcedit, ueluti in cõtractibus, item'q; in hæreditatibus, quor; acqsitio est facti[f]. Necessario igit dicendũ, possessionem etiã adeptam, facti esse. Atq; si fateamur possessionem dum acquirit uel amittit facti esse, eodem modo concedendũ erit dum iã nata est esse facti, ne dicamus acquisitã à principio substantiam amitti, nec in ea qualitate rem ꝑsistere, quam prima origine assumpsit. Tametsi etiam cauillo nõ careat hæc interpᵱtatio. Quũ ẽm lex simpliciter dicat possessionẽ esse facti, qd nos de eius acqsitione loqmur: quũ absq; dubio hæc à possessione differat, sicut natiuitas & mors hominis, ab ipso hoĩe. Adde qđ si diceremus possessionẽ iuris esse, qa ex ea iuris effectus sequeret, nihil penitus ab alijs rebus differret possessio. Lex ait, stipulationẽ iuris esse[g]: & tñ dum ꝓducit est facti[h]. Eadẽ ait, ẽ cõtrario pactiões simplices facti nõ iuris esse, & tñ dubiũ nõ est hmõi pacto dari exceptionem, quæ iuris est. Lex ait, contractus

A emptio

m l. interdũ. eo. tit.
n l. filij. §. fin. ad mun. l. fi. C. de fid. ins. l. ab excusat. C. quor. app.
o l. rura. C. de omn. ag. de lib. 11.
p l. qui iure. de acq. poß.
q l. 1. de obseq.
r l. 2. de uia pub.
s d. l. 1.
t l. nec utilem. ex quib. cauſ. mai.
u Inſt. de reb. cor.
x l. ſi quis ui. §. differentia. de acq. poß.
a l. 1. §. 1. de acq. poß.
b §. ſeq.
c l. 1. §. Scæuola. ſi quis test. lib.
d l. deniq. ex quib. cauſ. mai.
e l. in bello. §. factæ. de capt.
f l. pro hærede. & acq. hæred.
g l. ſi unus. §. pactus ne. de pact.
h l. 1. de uerb. in princ.

emptionis, uenditionis, et cæteros iurisgentium facti esse[i], & tamen ex his oritur obligatio iuris uinculū. Lex ait, animum esse facti[k]: & tamen ex animo & consensu nascit̃ obligatio. Sic fundus re ipsa est corporalis, & tamen lex appellat iura fundi[l]: sic corporalis detentatio est meri facti, & nihilominus qñq; ius detentionis[m] legit̃: nam & uulgo generaliter traditū est ex facto ius oriri[n]. Quāuis igitur lex quandoq; dicat, ius possessionis non uideri peremptū[o]: non tamen sequit̃ possessionē iuris esse: qua ratiōe iudex, cui mandatum est ut de Titij iure cognoscat, etiā de possessione cognoscet: quia q̄uis possessio sit facti, cognitio tñ, ad quē illud factum pertineat, est iuris[p]: nam & qui interdicto meri possessorij iudicij experitur, de iure suo docere debet[q].

SCIENDVM igitur possessionem iure naturali inuentā esse, per appræensionē & animum simul, quorū utrunq; est facti, & ideo locum habet etiam in his in, quibus iure ciuili nō consistit obligatio: quoniā quæ facti sunt, iure ciuili quo minus sint, fieri non potest. Et ideo siue causa à iure improbet, ut in donatione inter coniuges, transfertur possessio, siue res ipsa ꝓhibita sit possideri, ut liber homo, naturalis tamen possessio non uidetur impediri[r]: siue pſona possidentis à iure ciuili pro nihilo habeat̃, ut seruus: nam & is uidet̃ posse naturaliter possidere[s]. Iure em̄ gentiū serui ꝓ nihilo non habentur, imò non multum à liberis differebant, præterq; quòd in manu & potestate domini erant: unde eo iure legitimā in iudicio aduersus dominos standi pſonam habebant, ut in biblijs ꝓditum est, & dominis absq; ꝓle decedentibus: item militiæ nomē dare poterant, & bona propria possidebant, & si paulo opulentiores fuissent, nec à munerū quidem publicorum administratione rejciebant̃: quod politicorum IIII. cap. XV. Aristoteles censuit. Sic & apud Germanos, inquit Tacitus, suam quisq; sedem, suos penates regit, seruis frumenti modū dominus aut pecoris aut uestis ut colono iniungit, & seruus hactenus paret. Vnde satis arguit̃, iure gentium possessionem seruis nō inhibitam fuisse, quū eorum status solum iure ciuili diminutus sit[t]. Cæterum quoties lex ciuilis causam improbat, ea naturalis possessio iniusta dicitur, & commentitio iure perinde censetur ac si nulla esset[u]. Quapropter si clam possessionem meam appræendas, habebis quidem ueram possessionē naturalē[x]: sed quia respectu eius à quo quis clàm ui uel precario possidet, lex hanc possessionem reprobat, iniusta dicetur, & interpretatiōe legis pro nulla erit[y]: respectu uero cuiuslibet alterius, tanq; naturalis consistet, nec quicq; referet iusta an iniusta sit[z]. Et hinc est quòd lex possessionē naturalem iniustam uocat, ciuilem uero iustam: quoniam quoties naturalis iusta est, eam lex approbat, & per approbationem eam qualitatem sumit, ut ciuilis dicatur, non enim ciuilis à naturali in substantia differt, sed eiusdē est generis[a]. Et ideo lex simpliciter ait, possessionis duplicem esse rationem[b]: est em̄ possessio ipsa pricipaliter naturalis, sed per approbationem fit ciuilis, quādoq; & per nouam illi traditam à lege formam, ut in possessione quam à seruo acquiri, supra diximus, quia iure ciuili pro nihilo habet̃, & quicquid acquirit, domino acquirit, huiusmodi dos-

i l. consilio. in fin. de cur. fur.
k d. l. pro hæred.
l l. quid aliud de uerb. sig.
m l. si finita. §. si quis metu. de dā. infec.
n l. si ex pl. §. in cliuo. ad l. Aquil.
o l. peregre. de acq. poss.
p l. non est mirū. de pig. act.
q l. pen. de aq. quot.
r l. cum hæredes. §. fi. de acq. poss. &
s l. stipulatio ista §. hæc quoq; de uerb.
Iob. c. 31.
Gen. c. 15. c. 14.
Reg. ca. 15. ca. 16
t l. quod attinet. de reg. iur.
u l. si cum. de don. inter uir.
x l. 3. §. è contrario. de acq. poss.
y §. qui ad nundinas.
z l. si duo. uti poss.
a l. 3. §. genera. de acq. poss.
b l. nemo. C. eod.

minus ciuiliter possidere existimatur: quod si in iusta sit serui possessio, quū lex talem non approbet, possidere non censetur[c]. Et quod in seruo dicimus, idem generaliter in quolibet qui in aliena potestate sit, q̄uis em̄ iure naturali ipsi possideant, tamen interpretatione legis possessio patris uel domini esse censetur. Et ideo lex ait, eam possessionem nō solū corporis, sed & iuris esse[d]. Eodem pertinet & possessio quā colonus noster inquilinus, fructuarius'q;, & qui precario rogauit, habet: licet em̄ ipsi naturaliter insistant rei, & ideo crassa minerua dici possint naturaliter possidere[e]: tamen quia nomine dñi possident, is iuris interpretatione possidet, non aūt colonus uel fructuarius Hinc lex, is inquit, qui precario rogauit non possidet, sed possessio apud eū, qui cōcessit remanet[f]: nam & fructuarius & colonus, & inquilinus sunt in prædio, & tamen non possident. Et alibi: Vsufructuarius usucapere seruū non potest, quia nō possidet[g]. Et alibi: Rei depositæ apud deponentem remanet possessio, nisi et ea apud sequestrum deposita sit[h]: & actū ut neutrius possessioni id tempus procedat. Talem aūt possessionem dñi lex ait plurimū ex iure mutuare[i]: quo fit ut generaliter cōstituere possimus, possessionem naturalem facti esse, ciuilem uero iuris esse, nō quòd diuersæ sint omnino species, sed quòd qualitas ciuilis interpretationis ipsi naturali accedens, facit ut ciuilis nomen accipiat. Nec nouū uideri debet, quòd à iure naturali uel gentium inductū est facti existimari, quod uero à iure ciuili iuris esse: nam & hoc in pacto nudo uidemus[k], quod facti esse lex ait: idem ī cōtractibus iuris gentium[l]: cū tamen stipulationem q͂a iure Quiritium introducta est, iuris esse dicat. Cuius rei est ratio, quòd quæ iuris naturalis uel gentium sunt, lex intra meri facti cancellos relinquit, quæ quoties interpretatione extra ueteres terminos porrigit, uel noua forma fulcit, iuris efficere dicitur. Et hæc ad diffinitionis declarationem satis sint: nam si recentiorū cōmenta hac in re uelim referre, haud quaq; facile esset modum reperire, cū XV. diffinitiones ex se nostrates confinxerint, dum suo ingenio mauult quilibet credere, q̄ Iureconsulti placitis acquiescere. Nec me mouent, quæ aduersus diffinitionem hanc intorqueri possent argumenta: qualia sunt seruus, colonus, fructuarius utuntur re domini, & tamen non possident: nam respondeo eum usum nomine domini esse, & ideo iuris interpretatione ipm possidere, quod supra declaraui. Rursus adducitur, possessio absq; animo non est[m]: & tamen in diffinitione nulla animi habetur mentio, sed cū is, qui re appræensa suo nomine utitur, animum possidendi habere præsumatur (ut enim solet dici τῶν ἐντὸς, εἰκὸν ἐκτὸς, ab exterioribus depræendimus, quid intrinsecus sit) quorsum opus fuit id exprimere, quod omino tacite inerat? Rursus qui detinet, ut qui in possessionem missus est, usum rei appræensæ habet, & tamen non possidet: sed falsum est eum uti, cum solius custodiæ causa in possessione sit[n], atqui dominus ipse retinet usum possessionemue. Possent & huiusmodi alia adduci, quæ quod leuiter ad rem faciant, non fuit operæprecium recensere.

POSTREMO declaranda sunt illa uerba, peragatur intentio, & peragi ueteres dixerunt perfici

c l. quod seruus. eod. titul.
d l. possessio. eod. titul.
e l. 1. §. ducitur. d. l. naturaliter. l. 4. ad exhib.
f l. certe de prec.
g l. acquiritur in fi. de acq. rer. do.
h l. licet. dep.
i d. l. possessio
k d. l. si unus. §. pactus
l d. l. consilio.
m l. quemadmodū de acq. poss.
n l. 3. in fin. eod.

perfici, unde peragere reum dicitur, qui accusauit, & facinoris conuicit, damnauitq́. [o] Et alibi: Permittendum est procuratori litem peragere, [p] id est ad effectum & finem perducere. Intentio uero libellum petitionemue significat, quapropter intentio actoris proprie dicitur, si ex locato actum erit inquit lex, [q] dicendum est nec tenere intentionem, hinc intendere uerbum agere significat. Rhetores intentionem esse diffiniuerunt, ex qua status principium habet, & quæ depulsione cōficitur: diciturq́ apud eos simplex, cum de uno tantum facto proponitur, coniuncta cū de pluribus, ut libro VII. Quintilianus ostēdit. Quid est inquit, Consultus Fortunatianus, intētio? quod prima pars proponit, quæ facit litem, quod Græci uocant κατάφασιν. Quid est depulsio? quod secunda pars respōdet, Græci ἀπόφασιν uocant. Formatur autem intentio, id est causatiuo litis, propter quod res in iudicium deducitur, depulsio ex synechonte, id est eo quòd omnem defensionem cōtinet. ex synechonte autem & ætio oritur τὸ κρινόμενον, de quo iudicandum est: quæ rhetorum traditiōes non multum à nostris differunt, nam & apud iureconsultos intentio actio est, depulsio uero est exceptio intentionis: actio ex causa oritur, exceptio ex qualibet defensiōe: quapropter siue quis de facto, siue de iure agat, quæ illi exceptio obijcitur directo aduersans, intentionis dicitur. Hinc Vlp. simpliciter ait exceptionem esse, quod interponitur ad excludendum intentionem, [r] tametsi Accursius exceptionem intentionis esse existimauerit, quæ de facto agenti obijcitur. Sed hæc sententia uera nō est, & ante nos à Zasio germanæ solidæq́ doctrinæ iureconsulto, quem uirum honoris causa nomino, cōfutata est. Cæterum uidetur intentio quoq́ in reo dici posse, sicut apud Græcos ἀγωγὴ διμερῆ. Generaliter inquit Vlpianus [s] in præiudicijs actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id quod intēdit. Quod nostrates doctores accipiunt, ut id uelit in præiudicialibus actionibus uel exceptionibus eum probare debere qui asserit. Quæ sententia ut in iure uera est, ita responsum illud illepidum reddit & otiosum, quare nos aliter interpretandum censemus, & ibi de præiudicijs tractari arbitramur, id est exceptiōibus, quæ agenti obijciunt, quod præiudicium maiori liti non fiat. Nam si de ea maiore lite nō solum excipiatur à reo, sed intendatur, ipse incipiet actoris partes sustinere, sopiturq́ interim actoris petitio. Exempli causa: Petis à me centum aureos tanquam Titio debitos, cuius fuisse te hæredem asseris, ego excipio, eius me potius Titij hæredem esse, intendoq́ petitionem hæreditatis, incipio actoris personam sustinere, quia hæc exceptio est præiudicialis. Is igitur qui intentionem habet reus dicitur, quia ei datus est libellus, sed dum fit actor cum ea intentio est secundum id quod intendit, id est exceptione præiudicij summoueri possit, quia sit secundum, id est post id quod ipse intendit, nempe exceptionem suam, quæ maiorem litem intendit, & ideo priori præiudicat. Cum enim intentio sit prima pars quæ proponitur, si illi alia intentio maior obijciatur, cessat, & obijciens qui reus in fronte uidebatur, actoris partes sustinet. Plinius quadam epistola, Rogo inquit, intentionē scribentis accommodes, id est habeas, assumas. Et hæc interpretatio παρέργως à me approbata qualis qualis sit, uulgatiore probabilior est.

o l.2.de adul.
p l.qui procur.de procur.
q l.3.si mensor fal.
r l.2.de except.
s l.generaliter.de titul.

SED hæc quidem hactenus. Vos uero auditores optimi, ut recte omnia, atq; ordine fiant, traditumq́ à maioribus morem obseruemus, ad disputationis aleam inuito, atque prouoco. Laudat lex Herennium Modestinum, [t] qui pleras q́ iuris nostri difficultates disputando bene, & optima ratiōe dissoluerit, receptumq́ est hoc argumētandi genere, pleraq́ certius, omnia clarius percipi posse: dum tamen senarij illius, quem P. Mimo tribuunt, non obliuiscamur: Nimium altercando ueritas amittitur.

t l.fin.de mun.

ET quoniam à prudentibus institutum est, nō minus honoris præceptori quàm parenti tribuendum, ne in me agentes aduersus prætoris edictum committatis, ueniam uobis experiūdi libenti animo concedo, isq́ apud me summam gratiam acquiret, qui & ualidius nostra dicēdo subuerterit. Agite igitur, & factitium hunc Herculem aggredimini, non tanquā Pygmæi, quorum ille quāplurimos apud Philostratum tergo leōis inuoluit, sed tāquam athletæ illi aduersus duos olympicis decertare audentem superarunt, unde factum prouerbium, ne Hercules quidem aduersus duos, quanto minus Alciatus aduersus plures?

CONCLVSIONES PROPOSITAE SINGVLAE DE SINgulis uniuersitatis professionibus.

L. Quinq; pedum. C. fin. reg. hactenus non intellectam, nos dabimus uerum intellectum.
AD IVRECONSVLTOS.

Sola præscriptionis exceptione aduersus dominum agentem tutus in foro conscientiæ non est tutus, contra Doct. in. c. uigilanti. de præscript. AD THEOLOGOS.

Præscriptio proprie quid sit, adhuc per doctores non inuentum, & cōmunis diffinitio non est uera, in Rubr. extra de præscript. AD CANONISTAS.

Quid possessio ab agro differat recte per Modestinum Iureconsul. declaratū in. l. quæstio. de uerborum signific. & falli Laurentium Vallam libro elegantiarum cap. CCCCLVIII. AD ARTIVM MAGISTROS.

PETRVS CASTELLANVS.

SVNT ista quidem à te grauiter & copiose disputata uir clarissime, singulaq́ tam diserte atque dilucide tuis rationibus ꝓbata, ut hoc omnium silentium nihil aliud plane sit, quàm summi omnium assensus cōfessio, nemo quicquam ex isto amplissimo professorum ordine desiderat in his quæ hodie abs te aut dicta aut facta sunt. Baccalaurei, scholasticiq́ reliqui omes, ueritatis conscij ab omni disputandi controuersia uident

uelle abstinere. Ego quoq; si qua mei habenda est ratio, quod uel solus uel primus, è tuis discipulis in harenam hanc descendo. & perinde ac ille Pandaxus apud Homer. hæc altæ fœdera pacis, cõfundo: non est quòd minus sit mihi abs te abunde satisfactum in ijs, quæ ad instituti mihi studij rationẽ pertinent. Sed ne hanc prætercam occasionem, qua ipse te uirum nactus incredibilis in omni genere literarum doctrinæ, non pugnans quidem tecũ, sed cõsulens, abs te non paulo doctior redire possum. Sed hactenus datum sit proœmio, nunc ad rem. Modestinum Iureccõsul. aduersus Laur. Vallæ sententiam defendendum suscepisti, qui non uideo quo modo suo illo in respõso bonam causam habere possit: nam ut hinc exordiar, uidetur mihi quater eo in loco peccasse. Primum, quod agrum speciem fundi esse dixit, quæ ad usum hominis comparatur, rursusq; eundem speciem prædij, cum in Pomponij responso, quo territorium diffinitur,[a] esse uniuersitatem agrorum, appareat, agros accipi etiã eos qui alio in usu quàm hominis sunt. Alterum est, quòd possessionem cum usus est tanq; fundi formã esse fecit, & ab agro separauit, cum eo casu uel in genere generalissimo, ut dialectici nostri uocant, discrepent. Rursus possessionem usum diffinit, agrum proprietatem, cum omes ueteres authores possessiones fundos ipsos dixerint: quod eleganter Valla ex Cicerõe & Quintiliano ostẽdit. Sed & idem Cicero ad Atticum libro XIII. Credas mihi, uelim maiori offensioni esse quàm delectationi possessiunculas meas. Idem oratione pro A. Cæcina. Atq; in possessionem uestigium fecero. Sed & Iureconsul. Pap. aquam pro modo possessionum ad agros irrigandos diuidi oportere ait,[b] quibus locis nemo sanus possessionem pro usu acceperit. Nam & agrum ad proprietatem magis quàm ad possessionem non referri, T. Liuius grauissimus est author, qui libro II. belli Punici in Fabij inuidiã iactatum fuisse refert, quòd agrum suum legionibus Romanis defendisset. Apud Demosthenem quoq; in oratiõe aduersus Androtionem, appellatione κλημάτων, id est possessionum, apparet & domus et τά χωρία, id est (ut Papinianus interpretatur)[c] agros contineri, καί τοι εἴτις ἔροιτο αὐτὸν τὰς εἰσφορὰς πότερον τὰ κλήματά ἢ τὰ σώματα ὀφείλει, & quæ sequuntur. Nam & quod postremum ait, possessionem usum esse, debuit diffinire quo de usu loqueretur. Est usus qui à fructu separatur, est usus in conductore, in eo qui commodato uel precario possideat, est & usus ꝓ usucapione, ut cum Cicero pro A. Cæcina: Lex (inquit) usum et authoritatem fundi iubet esse biennium. Et in Topicis, Quoniam usus authoritas fundi biennium est, sit & ædium.

a l. pupillus. de de uerb. sign.

b l. Impp. de ser. ru. præd.

c l. diuus. eo. tit.

A LCIATVS.

NON existimassem te Castellane hominẽ studijs Græcis Aristoteliq; præsertim addictũ paucis hisce diebus, quibus operam iuri ciuili dare cœpisti, adeo profecisse, ut νομοθέτην nostrũ Modestinum ultro oppugnatum uenire posses: uenisti tamen, & ueteranum tyro, arte, & ingenio confecisses, ni ille potiorẽ causam haberet. Quatuor illũ machinis es aggressus, q̃s nõ adeo ualidas ostendã, ut inde sperare τὸ βραβεῖον debueris. Et sciendum legem XII. interpretari hic Modestinum, eiusq; sentẽtiam & Varroni & Festo & cæteris grãmaticis antiquis cõuenire, & quod non minus me mouet per argumentum etymi, unde proprietatem uerborum agnosci Bart. tradidit,[d] defendi. Fundus enim generalius est nomen, continetq; omnem locum, in quo aliquid fundari potest. Sic & Plautus fundum potiorẽ dixit, quod nos efficatius fundamentum ferè dicimus. Sunt & fundi populi. M. Cicer. in oratione pro Corn. Balbo. quibus Pop. Romani beneficio concessum erat, ut lege quam Pop. Romanus habebat, eadẽ & ipsi tenerentur, in eisq; ceu in fundo resideret. Ager uero ab agendo dictus, quòd eũ paterfamilias emerit, ut exerceat: ut merito dixerit Modestinus in usum patrifamil. cõparatum, necessarioq; dicẽdum sit, mancipij iure ab emptore detineri, cum alioquin à possessione non differret. Prædium tam urbanũ quàm rusticũ est, ut ego sentio, quasi hæredium, quod in successorem ius eius transmissum est. Apparet igitur Fundum generalius nomen esse, Prædiũ non ita generale: rursus Agrum etiã minus, ut quod urbana prædia non comprændat, nec em in illis agitur, seu cultura exercetur. Possessio uero à sedibus dicta est, unde & fixisse sedes dicit, qui apprændit & cœpit uti: qui usus cũ per tempus à lege diffinitũ ꝓcesserit, possessori ius quoddam quasi proprietatis confert, defenditurq; eius authoritate legis. Hinc M. Cicer. ꝓ A. Cæcina. Nam ut perueniat (inquit) ad me fundus testamento alicuius fieri potest, ut retineam sine iure ciuili non potest: fundus à patre relinqui potest, at usucapio fundi, hoc est finis solicitudinis ac periculum litium, non à patre relinquitur, sed à legibus, à quibus rata authoritas sumitur. Quo loco & quædam de possessiõe hac in significatiõe refert. Quapropter dum possessionem discrepare à prædio etiã in genere generalissimo ais, nequaq; tibi assentior: cum Modestinus nõ solum naturalem possessionem diffiniat, sed etiã possessionem, quatenus ex usu capta est, & proprietati cõcordat: quo fit ut quãdoq; authores, quos adduxisti, possessiões ꝓ ipsa proprietate acceperit, quod interdũ fieri nec Iurecõsultos qdẽ nostros latuit.[e] Nã quæ ultimo de usu tanq; ambigua cõfutas, ex diffinitiõis uerbis summouent, dum dicitur esse usum à iure separatum: quo fit ut de seruitute usus accipi non possit, sed nec locator, cõductor, precario possidẽs, usum possessionẽue habere proprie dicuntur, qui non suo sed alieno nomine possident, quod diffusius in ipsius legis interpretatione docui.

d l. omnis popu li. de iust. & iur.

e l. interdum. de uerb. sign.

FRANCISCVS CHAMBARDVS.

ANNIBALEM scribit M. Cice. spectatissime præceptor, cũ Ephesius Rhetor Phormio corã se de imperatoris officio omniq; re militari copiose disseruisset, qd de eo sentiret, iterrogatũ respondisse, multos à se deliros senes sæpe conspectos, sed qui magis q̃ Phormio insaniret uidisse neminẽ: qui, ut ne qd aliud dicã, corã Annibale uir in otio & umbra educatꝰ, auderet de ducis pugnatorisq; officio disserere. Idẽ & mihi ne usu ueniret dubitassem, qui uix doctoralis infulæ candidatus, & ut Græci dicunt πρόλυτης coram te legum clarissimo antecessore disputare auderẽ. Sed

Sed excuſat me conſuetudo & mos antiquitus apud nos traditus, quo ſicut olim ſaturnalibus ſerui in patresfamilias exercebant imperium, ſic apud nos hac celebritate in magiſtros inſurgunt diſcipuli, nec aliter cōſtant hæc ſacra. Feres igitur æquo animo, & de ſecunda concluſione tua dubitantem eruditione tua inſtrues. Affirmaſti eũ qui ſola uſucapionis perfectiōe ſit tutus, ſi malæ fidei deinde efficiatur, in foro cōſcientiæ tutum nō eſſe: qua in re uideret aliud cenſendum: nam cũ uſucapio tã lege ciuili q̃ pontificia approbet, & pro legitimo titulo habeatur, cum qui uſucæpit uidetur iuſtum dominum eſſe. Cum em̃ leges ore principum diuinitus promulgatæ ſint[f]: cum Petrus in epiſtola, Obedire nos principibꝰ iubeat, tanq̃ à deo miſſis: cum in Regum capite XIIII. ſcriptum ſit: Qui nō paruerit principi ſuo morte moriatur, id eſt criminalis (ut uocant) delicti ſit reus: ſatis oſtenditur, qui iure ciuili uel canonico tutus ſit, diuino quoq; iudicio potiorem eſſe. Quapropter hæres, q ex lege Falcidia uel S. cōſulto Trebelliano quartam præter teſtatoris mentem deduxit, cum iure ciuili nō damnetur, in foro quoq; cōſcientiæ nō damnabit[g]. Sic mulieri uel pupillo, quibus aduerſus proprĩam promiſſionem uel Velleianum S. C. uel lex ipſa cōſulit, diuina quoq; lex cōſulere exiſtimatur. Sic filius extraneo cohæres nō ſolenni teſtamento patris datus, nihil illi in foro conſcientiæ præſtare tenebitur, quia in ciuili nō tenetur[h]. Sic idem filius iuſte retinebit quod mendicantibus fratribus à patre eſt relictum: cum em̃ ex lege hĩcapere non poſſint, nec in foro quidem conſcientiæ capient[i]. Sic Fiduciarius cliens, quẽ uaſallũ uocant, cum patronum ſeu regem ſuũ defendere iure ciuili teneatur, etiam apud Deum iuſte egiſſe cenſebitur, nō diſtincto bonam cauſam rex foueret, an id minus: quod Paul. Caſt. cenſuit[k]. Poſſem & his ſimiles pleraſq; deciſiones adducere, ſed hæc ſatis & ſuper.

f 97. diſt. c. imperator. 16. q. 3. c. ult.

g Bar. in extr. uag. uerb. ad denuntiationem.

h Bal. Iaſ. l. ſi poſt C. de iur. ign.

i Bald. aut. ingreſsi. C. de ſacr. eccleſ.

k l. ex hoc iure. de iuſti. & iur.

ALCIATVS.

VIDETVR nobis poſſe his omnibus argumentis eũ r̃ndere, qui ratione p̃pẽderit, qua ego adductus ab alioꝝ ſnĩa deſciui. Sed quia tu fortè illi nō acquieſcis, alijs quoq; modis aduerſantia ſummouebo, & ex Bar. alioꝝq; ſnĩa diſtinguendũ cenſeo[l]: q̃ nã ſit legis ipſius ratio. Nitĩt æquitate naturali: & in foro cōſcientiæ obligabit. Nō nititur, & aliqd inducit, unde cũ aliena iactura quis locupletaret: uel aduerſus obligationem naturalẽ: & hoc diuina iuſticia nō approbat. Quo fit ut mulieri, ut pupillo opem ferat[m]: qd em̃ æquius & naturæ magis conſentaneũ, q̃ illi ſexui, illi ætati ſe p̃ſtare indulgentẽ, quæ p̃pter imbecillitatẽ multoꝝ fallacijs ſubijcit[n]. Nã & cur hæredi in quartæ deductione nō ſinat Deus à lege ſuccurri, cum legatarij de lucro agant, & publice interſit aliquo præmio prouocari hæredes ſcriptos, ut teſtatoꝝ uoluntates exitũ habeant[o]. Sed & filius cũ cohærede extraneo non ſolenni teſtamento ſcriptus, iuſte omnẽ hæreditatẽ ſibi habet: quia ueriſimile exiſtimare poteſt, eã fuiſſe patris ſui mentem, nō tam ut inſtitueret q̃ ut extraneũ illuderet: alioquin cur rite teſtatus nō fuiſſet? Merito igitur & lege diuina tutus eſt. Quod ſi certus uoluntatis paternæ ſit, uerius eſt, niſi eam obſeruauerit, peccare.

l Bar. d. uerb. ad denuntiati.

m l. 1. ad Velle.

n l. 1. de min.

o l. uel negare. quemadm. teſt.

CLAVDIVS VVLCOPIVS.

ACVTE tu quidem clariſſime comes Licentiato Chambardo reſpondiſti. Sed nihilominus reſidet adhuc apud me ſcrupulus, quẽ te oportet eximere. Ais, quoties lex obligationi naturali innititur, in ciuitate quoq; cœlitũ (ut Plautino uerbo utar) obligare. Videtur hæc diſtinctio ſententiam tuã ſubuertere, quoniã uſucapionis exceptio ex cōſenſu domini robur accipit: qui enim permittit uſucapi, uix eſt, quod Paul. ait[p], ut nō uideatur alienare, ſicut & eũ alienare dicimus, q nō utendo amittit ſeruitutẽ: cũ igitur hic adſit cōſenſus, cōſequẽs ẽ obligatiōe naturali cōfirmatã cenſeri uſucapionẽ[q]. Cæterum & in eandem ſententiam me decretalis cōſtitutio trahit, qua proditum eſt, abſq; bona fide nullã ualere præſcriptionem[r]: cum aliàs poſſeſſor mortalis peccati nexibus irretiretur, unde oportet eum, qui præſcribit nulla temporis parte ullam habere rei alienæ notitiam: quibus uerbis arguitur, notitiam quidem rei alienæ dum res uſucapitur peccatũ inducere: at re iam per uſum capta nō inducere, alioquin nec iure canonico cōſultum eſſet poſſeſſori: quis em̃ credat, ius pontificium quod maxime in id intendit, ut animarũ periculis obuiam eat[s]: uſucapionem hanc permiſſurum, ſi id crimini aut noxæ apud Deum eſſe poſſet? Quæ pauca uolui præſtantiſſime præceptor adduxiſſe, nō quòd de te palmarium cōmereri ſperem, ſed exercẽdi ingenij cauſa, uel ut Diogenem Cynicum imitarer, qui Corinthijs pro urbis tutela ſatagentibus, & ipſe gurguſtiolum, nempe uas illud ſuum, cœpit ſurſum deorſum agere, ne cæteris laborantibus ſolus quieſcere uideretur.

p l. alienationis de uerb. ſign.

q l. 1. de poſtul.

r c. ſi. de præſcri.

s c. 1. de conſt. 6.

ALCIATVS.

QVOTIES ueræ naturali obligationi lex innititur, tum & in ciuitate cœlitum (ut ais) obligat: quòd ſi naturalis illa obligatio legis fictiōe inducta ſit, non obligat[t]: dominus enim aduerſus quem per uſum poſſeſſor rem capit uere nō conſentit, tametſi lex eũ alienare interpretetur: merito igitur legale id commentum nullius apud Deum eſt momenti. Quapropter ſolet dici, quoties lex ex fictione uel præſumptione aliqd conſtituit, nullius eſſe in cœlitibus efficaciæ: cũ Deus ex ueritate iudicet, qui & ipſe ſumma ſit ueritas. Lex enim, quæ facta hominum plerunq; non nouit, coniecturalem ſtatum recipit: Deo omnia cognita ſunt: nam ut dicitur Græco ſenario,

Οξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πανθ' ὁρᾷν.

Oculus acutus eſt Dei, uidet omnia.

VNDE Inno. iudicium, inquit[u], Dei, ueritati, quæ non fallit nec fallitur, ſemper innititur: iudicium autem eccleſiæ non nunquàm opinionẽ ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit & falli: quo fit ut quandoq; ligatus apud Deum, ab eccleſia ſit ſolutus, & ẽ cōtrario. Nec me mouet decretalis, quã adduxiſti, cōſtitutio, in qua ſolũ declarat, malæ fidei poſſeſſorẽ nũq; uſucape, ſi bonæ fidei ſit uſucape: quia uſucapione p̃fecta tutò

t c. is qui fidem. de ſponſ.

u c. à nobis. 21 de ſent. excom.

potest præsumptionem legis sequi, & se uerum dominum arbitrari, nec quicquam ea in re tum peccat: sed si deinde cognoscat uere aliū eius rei dominum, lex quidem suo eum iudicio, suæ conscientiæ relinquit, nec quicquam quod ad hunc casum pertineat attingit: aliunde igitur finienda fuit, quam ex ea decretali hæc cōtrouersia. Et quamuis pontifices id maxime agant, ut animarū saluti cōsulant, hoc iuxta suprascripta accipiendū, in is quæ ad eorum scientiam referuntur: at postquam possessor usucæpit, nō est quod ipsi ultra uestigare uelint, & nouas lites, & nunquam finiendas controuersias excitare: merito igitur consultius fuit suæ eum συντηρήσει relinquere. Siquidem nō omnia decidere magistratus possunt, & de occultis nō iudicat ecclesia, & conscientia, quod dicitur, mille testes. Vnde et Iuuen.

hos duri conscia facti
Mens habet attonitos, et duro uerbere cædit.
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

VIGLIVS PHRISIVS.

MINVS uerecunde eruditiss. præceptor in hanc scenam prodirem, nisi coram te iurisperitorum Roscio loqui deberem. Quid quod etiam ea est auditorū expectatio, ut qui lubenter tibi semp assenserimus, nūc palā dissentire debeamus. Sunt aūt hæc de quinq; pedū controuersia, quæ antea omnibus ignota erant dilucide explicata, copiosius'q; à te disputata, quam in specie præ se ferebant: tamen ubi coram nobis latifundia aperuisses, pressius quædā & ut Homerice dicam παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως dicta à te esse animaduerti: id'q; iccirco factum uideri poterat, quod ualde angustum spacium tibi scholastica ista disserendi consuetudo pstituerat, nisi ad eam orationis uirtutem in cæteris tuis monumentis affectasse te obseruassem. Existimasti hac constitutione quinq; pedū usucapionem in XII. tab. esse summotam: at mihi similius uero uideret, ipsos potius quinq; pedes aboleri, & solam finalis termini rationem habendam pcipi. Quod ex nomine pscriptionis suadetur, cum pscribere sit præfinire, & pscriptio præfinitio: quo sensu ipse Agennius. Lex, inquit, Manilia V. pedū latitudinem pscribit: nō em potest hic de usucapione uel exceptione intelligi, quāto igitur rectius ipsam præfinitionem intelligimus: cū & reliqua constitutionis uerba, quæ ab Agennio referunt, bellissime huic quadrēt expositioni. Sed et ex dictione summota, apparet hanc legē correctoriā esse, & ius antiquum summouere: cum ex interpretatione tua non summoueret, sed legi XII. tabularū cōcordaret. Tametsi nec satis uidetur adhuc probatum inter quinq; pedes ex XII. tab. usucapionem nō fuisse. Cicero enim, quem tu allegas in uulgatis codicibus. XII. tab. inquit, inter quinq; pedes usucapionem esse uoluerunt. Adde quod nusquam alibi apparet istius usucapionis prohibitionem ab ea lege inductam, cum apud authores similium casuū sit mentio: ut cum lib. officiorū primo Cicero ex XII. tab. dixit, Aduersus hostē æterna authoritas esto, indicans ius usucapiōis inter solos Rom. ciues esse, aduersus uero eos ab his, q peregrini sunt & alio iure utunt, nunquam usucapi posse, licere'q; dño et authori iure suo quādocunq; uti: sic lex Attinia apud Gel. lib. XVII. cap. VII. Quod surreptū erit, eius rei æterna authoritas esto. Quibus uerbis rei furtiuæ inhiberi usucapionem Antistius Labeo interpretatus est[x]: unde & lib. XVII. stipulationū Venuleius authoritatem pro actione euictionis accipit[y]: at de authoritate inter quinq; pedes nusquam existit mentio, quod ipse sciam, nisi tamen aliter tibi uidetur doctissime præceptor.

x l. sequitur. de usucap.
y l. fin. de euict.

ALCIATVS.

NON arbitror pbabiliter ambigi, quin inter quinq; pedes iure ueteri nulla esset usucapio, cū & Agennius Vrbicus clarissime hoc attestet, & M. Cicero li. de legib. primo, cuius sensus nō constaret, si quod tu arbitraris uoluerunt legeremus, & nō potius noluerūt, uidetur'q; mihi Pet. Crinitus locū quidem ostendisse, sed quod citaret non satis intellexisse: nā & huc allusisse uidet in And. Terentius in eo carmine,

Tute ipse ijs rebus finem præscripsisti pater.

Quod sicut intra quinq; illos finium pedes uicinis arbitratu suo ire agere licet citra usucapionis periculum: ita iuueni ante ductā uxorem, omia liceant. Verū ut non negauerim pscriptionem p præfinitione accipi, nec eam interpretationem huic legi omnino absonam absurdamue esse, ita quæ nos pdidimus, cōuenientiora arbitramur. Primū, quoniā ex subsequenti Theodosij constitutione, quam Agennius refert, apparet inter quinq; pedes, nec post hanc quidem legem potuisse usucapi. Deinde quia si permissam hic usucapionem concedamus, iniqua hæc lex esset, cum plurimis rationibus ostenderim eam legis XII. tab. prouisionem optimo iure inductam. Adde quod huiusmodi nostra interpretatio longe est, ut ita loquar, notabilior: cum enim pluribus casibus æterna sit (ut tu loqueris) authoritas, quos pontificij iuris scholiastes diffusim refert[z]: nō debuit & hic de finibus omitti, qui si hæc constitutio nō esset, noua lege debuisset induci, adeo iure omi & æquitate confirmatur. Sed & in ambiguis eā interpretationem accipere satius est, qua legum ueterum correctio omis euitetur: nec ab hac sententia, dictio summota, me diuersum trahit, cū ut ostendi, antea erant qui generalibus constitutionibus legem XII. tab. correctam opinarent, quibus cautum fuerat XXX. uel XL. annis omne ius, omnem authoritatem exstingui: nam et id summoueri dicimus, quod in specie tantum adest, tametsi uere sit extinctum[a]. Sed & fortasse posset utraq; sententia conciliari, ut si quæramus: Num mensor quinq; pedum præfinitionis in finali iurgio rationem ducere debeat, an uero mensuram ipsam ab ipso termino ordiri, uerius sit eius præfinitionis rationem nō habendam, & tuæ sententiæ sit locus: quod si iam quinq; pedum spacium inter uicinos fuerit relictum, & eorum alter usucæpisse se id alleget, summoueri huius usucapionis exceptionem ex nostra interpretatione credendum sit: suspicor'q; Tribunianum reliqua huius legis membra de Iustiniani codice reiecisse, quod uideret generaliter intra hæc uerba coactam cōstitutionem, utrunq; sensum posse accipere, utrunq; etiam uerum.

z gl. c. cum nobis oli ceat. de præscrip.
a l. 2. ff. de comp. §. si autem. inst. quib. alie. nō licet.

NICO

NICOLAVS REGIVS DIVIONENSIS.

INCIPIAM quidem à fabula, seuerasq́ʒ aures tuas tali ludicro humaniss. præceptor demorabor; sed hæ nugæ, quòd ille inquit, seria ducent. Prouocauerat in pugnam cætera animalia ferocissimus leo, seq́ʒ uiriũ suarum merito ad regni fastigiũ euectũ uolebat ostēdere, iã se caudæ uerbere stimulauerat, iam omnibus erat formidabilis, cum detrectantibus cæteris insectum culex modicũ, & de cuius sexu inter Politianum et Plautũ adhuc ambigitur, horribile classicum cõcinuit: mirabantur omnes, unde tanta uox tam pusillo in corpore, unde tubam illã inflaret, nesciebantq́ʒ an ore caneret, an quod apud Aristophanem Socrates existimauit ἐκ τ' ὀυὀῤοπυγία, utcunqʒ βοὴν ἀγαθὸν ζῶον, id est, quòd uoce præsigne animal esset, strenuũ quoqʒ arbitrabãtur: idq́ʒ uel Homeri testimonio: aderat enim ex Pythagorico dogmate in pauum conuersus, nec fefellit culex expectationē, intercepto narium leonis affixus hostem aculeo fodiebat, misereq́ʒ stimulabat; qui quo se magis tueri & aggressorem reuellere conabatur, hoc seipsum unguibus proprijs magis cõficiebat, lancinabatq́ʒ: sic extorsit palmam culex, moxq́ʒ arbori sidens uocalem illam tubam rursus inflauit, epiniciaq́ʒ sua hac lege de Saturni tabulis accepta clausit.

Parua necat morsu spaciosum uipera taurum:
 A cane non magno sæpe tenetur aper.
Ergo aude, in medio posuit Deus omia campo,
 Vincere si nequeas, at uoluisse sat est.

Vides quàm attentos hoc apologo reddiderim auditores, utq́ʒ Demosthenica hac inuentiõe de te cõmeritus sim, ut libenti me animo auscultes, nec, tametsi leuiter argumentantē, fastidias. Docuisti quid apud ueteres esset præscriptio, negastiq́ʒ latine dici posse, nos huiusmodi rem præscripsisse, quod præscriptio ipsa usucapio nõ sit, sed usucapionis exceptio, & ut fatear sententiam hanc plerisqʒ legibus conuenire, uideor tamē mihi unum itemq́ʒ alterum locum annotasse, ubi interpretatio hæc non potest accipi. Et imprimis Iabolenus. Si is, inquit, [b] qui pro hærede fundũ possidebat domino eũ locauit, nullius momenti esse locationem, quia dominus rem suam conduxit. Sequitur ergo ut nec possessionē quidem locator retinuerit, ideoq́ʒ lõgi temporis præscriptio non durabit &c. Hæc enim uerba, non durabit præscriptio, id est usucapio, ĩtelligi debēt, quod & thema ipsum indicat: interrogatus em̃ fuerat Iurecõsultus an durare usucapionem putaret, nec dubium est ex interrogationis formula declarari responsionē. [c] Alterum est quod Diocletiani constitutione sic legitur. In seruorum proprietatis negotio, cum usucapio locũ habeat, ad quæstionem longi temporis præscriptionis superfluo peruenitur [d]. Quibus uerbis & distinctio à doctoribus nostris tradita probatur, & confutari opinatiões tuæ uident̃. Adde, qđ et tua illa de adiectiõe paradoxa nõ sat firma sunt, cum iam diu Laur. Valla docuerit addictionem legendum, cui sententiæ & nuper impressi codices omnes adstipulantur.

b l. ei à quo. de usucap.

c l. si defensor. §. 1. de int. act.

d l. 2. C. in quibus cau. long. temp.

ALCIATVS.

ACVTE tu quidem & facete mecũ agis Regi qui nos iam fatigatos fabella excitaueris, & doctis rationibus ceu aculeo quodam pupugeris. Præscribere apud ueteres, qđ sæpenumero admonui, præfinire, præstatuereq́ʒ est: qua in significatione & Cicero utitur, & alij omnes, unde & actio de præscriptis uerbis in iure: cũ igitur Modestinus diffiniat usucapionē, acquisitionem dominij esse per continuationē possessionis temporis lege diffiniti, quid obstat quin Iabolenus de ea temporis diffinitione intelligat̃, quã ipse præscriptionem uocet: ea em̃ præfinitio est, quæ nõ durat, & quæ usucapiõi necessaria est, ut satis apparet non dissidere à rogato responsionem. Verum & cõstitutio Diocletiani aliò respicit quàm tu arbitreris: non enim in ea hoc agitur, ut differentia uerborum declaretur, sed ut de re ipsa decidatur, serui triennio ne usucapiantur, an longi temporis præfinitio expectãda sit: pluribus em̃ responsis probari potest, etiam longi temporis usucapionem dici, quod à me supra demonstratum fuit. Nam quæ ex Lauren. Valla adducis, minimum me mouent, cum ueteres codices nostræ sententiæ assentiãtur, eamq́ʒ tot tibicinibus fulcire possim, ut præiudicium Vallæ mihi timendum non sit, multoq́ʒ minus chalcotyporũ recentium, quibus mos est, quæcunqʒ ille cõminisci uoluit, alba amussi dijudicare: adeo graui periculo fallũtur hi, quorum sacrosancta est authoritas. Siquidem sciendum est, omnem magistratuum ordinariorũ iurisdictionē tribus uerbis constare, Do, Dico, Addico: quorum primum ad actiões personales attinebat, cũ actum erat aliquem dare facere oportere, sequens ad rei uendicationem, ultimum ad executionem, quæ in ciuilibus non solum addictio dici potest, sed etiam adiudicatio. [e] In criminalibus uero est legis actio, qui modus loquendi unde ortus sit alibi à nobis explicabitur. Ouid.

e l. aliud de uerb sign.

Ille nefastus erit per quem tria uerba silentur.
 Fastus erit per quem lege licebit agi.

Liuius lib. XXXVI. Fuluius, inquit, præconi imperauit, ut lictorem lege agere iuberet, ita de his qui Calibus erant sumptum supplicium. Et rursus: Lictor uiro forti adde uirgas, & in eũ primum lege age. Tacitus libro XII. Augustus apud equestres qui Aegypto præsiderent lege agi, decretaq́ʒ eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent. Quoties igitur in iure legimus, quid fieri nõ posse, nisi apud eum, cui adiudicatio data est, uel legis actio, [f] de magistratu ordinario intelligimus, cui ius exequendi, id est merum uel mixtum imperiũ competat. Vnde apparet uenditionem, quæ in diem fit, proprie addictionem non esse, in qua nulla iudicis necessaria sit executio, sed potius adiectionem: quod si quando rem addictã reperimus, uel ex emendatione Vallæ deprauati sunt codices, uel μεταφορικῶς accipiendum: in pignore tamen prætorio addictioni proprie locũ esse non negauerim, quoniã ea solutio iure executionis fit, [g] adijci tamen dominium potius quàm trãsferri. Hinc & Rubrica C. ne pro dote mulieris bona quondam mariti adijciantur. Quo loco alij addicantur, alij abdicentur, eodem sensu legunt. Itemq́ʒ alia, de fide instru. & iure hastæ fiscalis, & de adiectionibus.

f l. 3. de off. proconsul. l. 1 de offic. iurid. alex.

g l. pro debito. C de bo. aut. ind.

Cæsar

CAESAR CASATVS MEDIOL.

NON duces graue seu molestum Præceptor incomparabilis, si lampada, quã mihi nũc ꝑ manus (quod aiũt) traditam uides, alacriter suscepero, fessosꝗ hos ac ualde cõcussos cõmilitões meos in agmen recepero, tuumꝗ simul impetum audacter ipse subiens excepero: cum præsertim non ea me hercle causa huic palæstræ me accingam, quòd ea, quæ perdocte à te & eleganter dicta sunt, nec probem, nec commendem, sed ut in quo mihi quidem familiariter roganti aut quærenti nunꝗ soles deesse, in eo nunc potissimum disputanti adsis, aliquidꝗ nõ paruo nobis usui futurum lacessitus in medium afferas, & ex opulentissimo legalis prudentiæ sacrario te dignas traditiones expromas, qui non in libellis, ut apud Ciceronem inquit Mutius, sed in maximis causis, & in hoc iusticiæ domicilio, iurisꝗ peritorum cœtu, sis consilio, lingua, & eruditiõe cũ paucis facile princeps, ut cuius uestigia persequi cupimus, eius sententiam sciscitemur, responsaꝗ efflagitemus. Sed iam committamus, & ad manus (quod dicitur) ueniamus. Et quoniam non ita ieiune inconsideratèꝗ in his agendum est, in quibus aliquod ac præsertim salutis æternæ uersatur periculum, neꝗ tam facile à maiorum nostrorũ unanimi sententia abscedendum, proposui mihi ex pronunciatis tuis infirmandũ illud maxime, confutandumꝗ, quo exceptione usucapionis tutum possessorem, si deinde malæ fidei sit effectus, negas in hoc quod dicunt, conscientiæ foro tutum esse. Mouent me contra id quàmplurima, sed tria præcipua, quibus præ cæteris nitar. Primum illud est, quod cum asseras ratioñe, qua in primis ĩtroducta fuit usucapio (nempe ut aliquis esset litium finis) hoc in foro cessare, nobis uidetur id haud satis defendi posse, cum lege Euangelica à nostris pontificibus, ut in omnibus reliquis, ita & in hoc capite recepta, publicaꝗ sanctione confirmata, admoneamur, si qua inter nos oriatur cõtrouersia, postea quàm eum, qui inique agit secreta monitione tentauerimus ab instituto scelere auocare, nihilꝗ nos propterea obtinuisse animaduerterimus, ecclesiæ tum demum omne quicquid est inter nos iurgij cõtentionisꝗ exploratum notũꝗ facere, cuius arbitrij deinde sit ac notionis, sontem nocentemꝗ cohercere. Qua ex re planum est ac manifestum, locum adhuc litibus in his cõscientiæ finibus fore, cum ad id nullo alio quàm cõscientiæ iure astringamur. Alterũ est, quod Mosæ legibus ab ipso deo antiquitus traditis ei, qui prædium urbanum uenundederit præscriptum unius anni tempus ac præfinitum cõstat, ut Leuitici Cap. XXV. scriptũ est, intra quod si id non redemerit, nulla sit ei amplius emptorem inquietandi facultas: ut hoc argumento nemo sit, qui nõ fateatur nõ delinquere illum, qui prædium illud tanꝗ usucaptum non restituat, tuamꝗ cõsequenter sententiã ambiguã censeat. Extremum quod me pupugit, ut tecum non sentirem, est, quoniam iure põtificio, quod diuino subnixũ est, cõstitutum uidemus, ut qui in tam diutina libertatis possessione fuerit, ut eam longo usu potuerit cepisse aduersus quemcũꝗ agẽtem, hac exceptione tutum se intelligat, ac de reliquo nulla queat ei quæsitæ libertatis adimendæ causa fieri molestia. Quapropter tam ex hoc ꝗ ex cæteris à me aduersus hoc axioma tuũ in medium productis hæsitaturos nõnullos arbitror, num tibi suffragentur, cõtracturosꝗ gradum, ne prius in sententiam tuam pedibus currãt, ꝗ tuum responsum perceperim: neꝗ enim ambigo, quin te audito, uniuersi sint in tuam partem transituri. Apud me tu quidem præstantiss. præceptor eum locũ sine controuersia tenes, in quo Pythagoras à discipulis suis omnibusꝗ sui temporis studiosis uiris, summa cũ laude, summaꝗ cũ gloria solitus est haberi: nam post multas tandem altercationes disceptandi magis, quàm tibi resistendi inter nos ortas, tibi semper, ut scis, atꝗ par est soleo cedere, tecumꝗ conuenire: in primisꝗ illud non iniuria prædicare, αὐτὸς ἔφα. Reliquũ est nunc, ne quæ tua est humanitas diutius nos suspensos operientesꝗ detineas, uotoꝗ ac expectationi nostræ insigni aliquo respõso atꝗ ex interiorum literarum secretiorisꝗ doctrinæ penu exprompto, facias ut soles semper satis.

c. nouit. de iud.

c. cum olim. de priuil.

ALCIATVS.

SVBTILITER argumẽtaris, sed non tamẽ ut aphorismos meos penitus conteras. Ais in foro conscientiæ adhuc consistere rationem usucapionis, cum in eo quoꝗ litibus locus sit: at ipse illa Euangelij uerba, si nõ audiuerit hic ecclesiæ, non eò dicta arbitror, ut hoc casu nos ad iudiciũ relegent, litesꝗ corã Episcopis nouas instrui uelint, sed ecclesiæ dicendum, ut multis delictũ innotescat, qui detestationi peccantẽ habeant, quo opprobrio adactus ille bonam fidẽ agnoscat, sicꝗ eum locũ Matthæi cap. XVIII. Hieronymus interpretatur, sic & cæteri ueteres Theologi. Nec enim pontificia constitutio semper in foro conscientiæ locũ esse denunciationi Euangelicæ iubet, cũ de occultis ecclesia non iudicet: hoc aũt occultum est, cum lapso tanto tempore ne ullus sit litibus locus quenquã audire amplius nolit, sed diuino relinquat iudicio: nam & Pontifex ipse summus, denunciationi illi non subijcitur, quoniam de eo ecclesia non iudicat, & tamen diuino iudicio alligatur. Si existimarem in eo, qui rei iudicatæ exceptione est tutus, non enim ulteriore lite uexandus est, cum satis ei futura sit diuina ultio, quo fœdere, ueterum hac in re altercationes conciliari possunt. Quod uero ex biblijs adducis, non sane difficilem habet resolutionẽ, cum eo in casu concessa sit usucapio, quoniam à uero domino domus comparatur, nec emptor unꝗ malæ est fidei: quomodo [illegible] rem alienam esse credet, quam à uero domino ipse emit: nec hic de rei alicuius corporalis usucapione agitur, sed de iure redimendi, & ne iubilæo quidem anno restituendi, quod ius lex utiꝗ auferre potest, cũ non ideo aliena cũ iactura locupletetẽ quisꝗ, nullaꝗ naturalis æqtas repugnet. Sed & haudquaꝗ ipse cõcessero quicqd Hebræorũ lege trãditum iuris diuini ita esse, ut nos in foro cõscientiæ obliget: alioquin nõ iure Quiritium nos uiuere, sed Mosaico oporteret, cũ ea dogmata à nobis Christianis admissa sint, ut ἀλληγορικῶς ea obseruemus, non quod dicitur ad literã, quæ, ut inqt Paulus, occidit, cũ spiritus uiuificet. Quod ad extre-

ad extremum attinet, cum nihilo fortius urgeat quàm pleraq; alia à nobis summota: possem ea responsione contentus esse, ut dicerem in ciuili uel in pontificio foro, eam decretalē latā esse, nō in cœlesti. Verum & aliter dissolui hic nodus potest, distinguendumq; arbitror inter rerum usucapionem, & libertatis. Qui rem usucæpit tutus non est, quoniam domino iniuriam facit, cuius dominium lege quoq; diuina approbatum est. At qui libertatis ius acquirit, nihil aduersus diuinam legem molitur, si quidem cum terram & animātia creasset Deus, faciamus deinde dixit, hominem, qui eis dominetur: ut autē homo homini imperet, diuini iuris non est, sed gentium potius, quo bella orta, & captiuitates sequutæ sunt. Qui igitur dominiū alteri aufert, ius illi à Deo concessum aufert: qui iurisdictione se per usum liberat, is non Deo aduersatur, sed hominum constitutiōibus: ut merito alter diuina sententia tutus sit, alter non sit. Nec noua uideri debet hæc differentia, cum & alijs in casibus idem obseruatum appareat, ex quibus unum exempli causa ꝓposuisse satis erit. Ecce tibi, secularis (ut uocāt) seu nō initiatus decimas ꝑsonales usucapere pōt, prædiales nō potest: quoniā quæ ex prædijs debent, iussu diuino præstandæ sunt: is em̄ dominia rerū quæ mortalibus dederit, hac affecit obligatiōe: at personas Deus creauit liberas, suaq; ipsorum hominum improbitas, ut alter alteri seruiat, effecit. Quo fit ut personales decimæ non iure diuino, sed humano potius inductæ à plerisq; censeantur, quod in præsentia diffusius attingere operæprecium non est, præsertim cum clepsydra me admoneat coronidem disputationi huic nostræ tandem apponendam, & grauissimos hosce patres, qui honoris causa nobis assistunt, non ulterius morandos.

GRATIARVM ACTIO.

SVPEREST ut uobis amplissimi patres, gratias agam, non quidem quas ego uellem, sed quas possum: maiora enim incomparabili uestra humanitate de me meruistis, quàm quæ ipse mediocri uir ingenio possim uerbis exprimere, nedum factis rependere. Aeschinis igitur erga Socratem exemplo, cum nihil uobis dignum quod præstare possim habeā, hocq; solo nomine paupertatem deprecer, quod unum habeo, me ipsum uobis trado: fecistis enim (quod Furnius ad Augustum Cæsarē dixit) ut & uiuerē, & morerer ingratus, qui tot beneficijs in me collatis paria facere nunquàm potero. Dixi.

FINIS CONclus. oppugn.

CLARISS. IVRECON. IOANNI PELORDAE SENATORI CONSERVATORIQ. BITVRIG.

ANDR. ALCIATVS S.



VM primum in hanc urbem ueni optime conseruator propiusq; te cœpi cognoscere, nihil antiquius habui quàm ad amicitiam me tuam insinuare. Videbam enim ea te esse doctrina hominem, ijs moribus, ut mihi merito exoptandum esset quàm proxime tecum iungi. Nec tu hac in re ullam moram fecisti, quin aduenientem ultro exciperes, summaq; beneuolentia complecterenis, in diesq; alijs super alia beneficijs sic exornasti, ut paria tecum facere posse desperem. Quod unum supererat ut amoris erga te mei monumētum aliquod statuerem, nuper mihi præstita est occasio. Latebat inter scrinia mea hic libellus perpetuis ob frequentes næuos à me damnatus blattis, quē cū in manus accepissem, existimaui operæprecium me facturum, si à situ tenebrisq; redemptum perpurgarem, & tuo nomini dicatum æderem. Dubitaui (ut uerum fatear) sæpius, & parum abfuit, quin supprimerem, quoniam non sat dignus uidebatur, qui doctorum oculos, auresúe morari posset. Scripserunt ante me huius argumenti libros cum pleriq; ueteres, tum & recentiores nō pauci, qui procul dubio luminibus nostris possunt obstruere. Verum cum rursus perpenderem ueteris eos Reipublicæ magistratus solum explicare, nihil momēti ad legalem nostram professionem conferre, ad hæc aliud in præsentia mihi non esse, quo animum erga te meum testarer, mutaui sentētiam, et quos præiudicio quodam ferè damnaueram, absolui. Erunt qui debuisse hæc me omnia diffusius tractare existimabunt, & quid de his apud omnes authores annotaueram, hoc libello congerere, sed aliud mihi cōsilium fuit. Attigeram pleraq; cū tres Iustiniani codicis libros adulescens adhuc castigaui (erantq; qui iure amicitiæ qua τὰ τῶν κοινὰ φίλων in alios suos eiusdem argumenti libros redegerant) attigeram in dispunctionibus, in libello de singulari certamine, alijsq; in locis, quæ suo loco moueri non nisi incommode poterant. Verum nec eorum sententiam unquàm probaui, q omnia quæ ab alijs ubi ubi dicta sunt, eodem loco collecta parataq; habere uolūt, uerbososq; hac ratione commētarios fieri nihil curant: cui sententiæ nostræ si & tu calculum adieceris, non erit quod mei huius consilij me pœniteat. Vale.

ANDREAE ALCIATI IVRIS CONSVLTI,

DE MAGISTRATIBVS, CIVILIBVSQ. ET MILITARIBVS OFFICIIS LIBER.



CVM MVLTA SINT IN IVre nostro non satis hactenus intellecta, tū is maxime tractatus expositione indiget, qui ad eos magistratus pertinet, quorum in primo digestorum libro mentio habetur. Quamuis em̄ ab interpretibus multa afferant̄, ad Imperatorū potestatem, & Procōsulum, Præsidum, Procuratorꝝ Cæsaris, Iuridici Alexandriæ, officiū spectantia, nō tn̄ rem omnē ita explicāt, ut studiosis satisfacere possint. Nam cum ea munera antiqs Iurisconsultis cognitissima essent, nō existimauerunt operæ preciū se facturos, si longo sermōe in eorꝝ explanatione cōmorarent̄. At in præsentia propter Latinarū literarū diutinā calamitatē, cū ex Iurisconsultis plena cognitio haberi nequeat, uix quicq̄ superest unde in certiorē semitā deducamur, nisi recentiorū coniecturas, & ut ipsi uocāt diuinationes, ꝓ exploratis rebus recipere uelimus. Itaq; ut huic quoq; parti ꝓ uirili opē feramus, quæ ad hūc tractatū ptinentia ex antiqs authoribus collegi, in mediū ꝓferre, et cum studiosis cōicare constitui.

SCIENDVM igit̄ Rom Imperij originem à Romulo Regibus'q; cœpisse: ab his latæ sunt leges, quas Regias uocant. Is Romulus ex antiqoribus ciuitatis centū Patres elegit, qui ordo Senatorius dictus est: ad hunc decernēdi ius ptinebat, quæ ex toto Regno ad eū deferrent̄. Sed & sacra facere, ius dicere, magistratū gerere, soli patritij poterāt. Quoties uero uel leges sciscendæ, uel magistratus creādi, uel bella decernēda erāt, tū Populus Rom. ipse consulebat̄, ad eū'q; huiusmodi negotiorū ius ptinebat. Id'q; Dionysius Alicarnasseus diffuse explicat. Exactis deīde Regibus, Plebis potestas multū aucta est, cū secessione facta, à Senatoribus extorsisset, ut ex corpore suo Magistratus crearent̄, qui Tribuni plebis dicti sunt. Sacrosancti hi erāt, sūmæ'q; authoritatis, ut q Senatusconsultis intercedere possent. Et q̄uis à principio latæ ab his leges, q̄s plebiscita uocāt, Patricios nō obligarēt, tn̄ lege Hortensia constitutū deinde est, ut eo Iure qd̄ Plebs statuisset, oēs Quirites tenerent̄. Sic acerrimū telum Plebi aduersus nobilitatē datum est. Fuit & de eo cōtrouersum, quod maiores Magistratus ex Plebe creari Patritij ꝓhibebant, donec & hoc obtentū fuit, ut alter cōsul Plebeius esset. Cœpere dein de C. Sempronij rogatiōibus Iudicia cognoscere. Is em̄ Equestrē ordinem in eorū possessiōe locauit, unde turbulētæ seditiōes ortæ. Constat'q; C. Mariū, & L. Syllam, qui ea Senatui demū reddidit, uel hac de re præcipue contendisse: unde & bellorum ciuilium maxima incēdia orta sunt. Cum dein ꝓ Senatu Ponpeius arma sumeret, Marianas'q; partes, quæ Plebē tuebant̄, Cæsar sequeretur. Oppressa'q; ꝑ eum, & dein Triumuiros Republica, cum ī C. Octauiū Cæsarē om̄ia cessissent, nouū ipse regimē induxit. Nec enim Regē se, aut Romulū, quòd odiosus superbus'q; is titulus esset, appellari est passus: sed Romano ueteri'q; noīe Imperator & Augustus dici uoluit. Sumpsit'q; censuram & Tribunitiæ potestatis ius, et Max. Pontificem se inscripsit, Patris'q; Patriæ titulum à Senatu Populo'q; Rom. accepit.

SANE eius nominū rationē sic Dion exeq̄t, ut qui imperatores appellati sunt, delectū facere milites cōscribere, pecunias colligere, hostibus bellum indicere possint. Idem et pacē sanciendi, summū suppliciū, etiā de Senatoribus sumendi ius habeant: solitos fuisse priscos Duces sic appellari, Tacitus lib. III. author est. Illi em̄ re bene gesta gaudio & impetu uictoris exercitus ea salutatiōe conclamabant̄. erant'q; plures simul Imperatores: nec super cæterorꝝ æqualitatē cōcessum ad eam similitudinē id uocabulum est quibusdā & ab Augusto & à Tyberio alijs'q; successoribꝰ. Censores aūt uitā mores'q; nostros examinant, & de eis inq̄runt, census rationē ducūt, ꝓfessionē curant, & pro meritis hos de albo eximūt, illos deligunt. Quod & diffusius in Valeriani uita apud Trebelliū tradit̄. Ad Pōtifices uero Max. Sacerdotiorꝝ conferendorū ius ptinet, sacris em̄ om̄ibus auspicijs'q; illi præsunt. Tribunitiæ ius potestatis eam ob causam sumpsit, quòd sacrosancta ea dignitas nemini'q; uiolabilis esset. Nā & si in re leuissima solo sermone nedum facto, Tribuni maiestatē quisquā contēpsisset, tanq̄ abominabilis & sacer indicta causa ad mortē adigebat̄. Et has quidē dignitates Octauius accepit, in successores'q; suos transmisit, quo potētius illustrius'q; Imperatorium nomen faceret.

Concessum præterea & illud fuit, quòd ante eum antiquorꝝ nemini, ut legibus solutus esset. Significat hoc (inq̄t Dion) ab om̄i legū, necessitate liberū, nulli'q; iuri scripto obnoxiū, ut qui absq; ulla disq̄sitione omnē Regum potestatem haberet, q̄uis nomine abstineret. Patris uero Patriæ cognomentū apud antiquos, obseruatiōis cuiusdā paternæ significatio erat, quod hoc noīe illustrati Principes, om̄es quoscunq; sibi subessent, ceu filios amarent, illi'q; eos uicissim tanq̄ patres uererētur. Quamuis Imperatoribus alia quoq; nominis ratio reddi posset: nimirꝝ quòd hi in nos eam potestatem exerceant, quam antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc est uitæ & necis. Cogitauit etiam plerunq; Augustus de reddenda Republica. Cū'q; in Senatu sentētiā suā exposuisset, rationariū Imperij tanq̄ illud restituturꝰ cōsulibus tradidit. Sed Senatoribꝰ siue ꝑ simulationē, siue metu, uel etiā ex cōposito reclamātibus, uarias'q; ratiōes afferētibus, cur Rei pub. Monarchia præstaret, in principatu ꝑseuerauit, deos hoīes'q; testatus intra decēniū se oēm administrationē depositurꝝ. Sed cū ea tp̄a lapsa essent, rursus'q; eiurare uelle Imperiū simularet, Senatꝰ alios decē annos, q̄bus in eodē magistratu esset, decreuit: atq; iterꝝ alijs decem annis, q̄bꝰ ipse dein extinctus est, ꝓrogauit. Quāobrē inde obseruatū est, ut eius successores, q̄uis donec uixerint ꝑpetuā administationē recipiēt, tn̄ singulis decē annis celeberrimos ludos faciāt, tanquā principatum renouēt. Ea festa decenalia, uicenalia, tricenalia'q; appellata sunt. Arelate Constan

tium

tiū tricenalia celebrasse, theatralesq́ & Circenses ludos, ambitioso apparatu ædidisse, author est Amianus. Vouebātur aūt hi ludi in proximos decem annos. Quapropť in antiqs nomismatis plerūq; huiusmodi inscriptio cernitur: VOT.X. VOT.XX. hoc est uotis decenalibꝰ, uicenalibꝰq;. Trebellius quoq; in uita Gallieni: Conuocatis (inqt) patribus decenalia celebrauit nouo gñe ludorū, noua specie põparū, exqsito genere uoluptatū. Nazarius in Panegyrico: In destinatis, inqt, decennijs iam uota pperantia, & spes uolucres constituerūt. Sed & Mamertinus: Reseruo orationem, quam quinquēnio exacto decenalibus tuis dicam. Extat Romæ in Lateranensi Basilica Senatusconsultum æreis inscriptum notis, ꝙ potestas Vespasiano Imperatori data cognosci potest. Licere enim illi fœdus quibus cum uolet sancire, Senatū habere, remittere Senatusconsultum per relationē, discessionēq; facere. Si eius iussu uel mandato, eoue præsente senatus haberetur, pinde seruari, ac si ex lege Senatus conuocatus esset. Si quos Magistratus Senatui P. Q. R. cōmēdasset, suffragationeue sua adiuuisset, eorum comitijs etiam extra ordinem rationem habendam. Fines Pomerij cum è Republica censebit, proferre ei licere. Quicqd ex usu Reipublicæ diuinarum, humanarū, publicarum, priuatarūq; rerum esse existimabit, ei agere facere ius potestatemq; esse. Quibus legibus Plebiq; scitis scriptū esset, ne Augustus Cæsar teneretur, eisdem & eū solutum esse. Acta gesta, decreta ab eo, etiā ante illud Senatusconsultū, perinde rata haberi, ac si Populi Plebisq; iussu acta essent: si eius concessionis causa aliqd aduersus leges factū esset, fraudi nemini esse, neq; quicq; ob eam rē Populo dari debere, nec cui de ea re actionē iudicationēq; dandam. Quæ tam ampla authoritas Vespasiano præstita, uidetur mihi formula esse eius potestatis, quam sibi Imperatores attribuebant.

Scribunt Iureconsulti lege Regia, quæ de Imperio Augusti lata est, Pop. Rom. oīe suū imperium & potestatē concessisse. Idcirco autē legē eam Regiam appellari arbitror, quòd Romuli cōstitutiōe ad Populum ius Regis creandi pertineret. Vnde à Tarquinijs Seruio Tullo obijciebatur (ut T. Liuius inquit) quòd iniussu Populi Regnū inuasisset. Cum ergo Augustus à Populo Rom. Imperator creatus est, uidet Regiæ legis obseruatio in usum reuocata, quāuis Regiā planè potestatē ille nunq; usurpauit, sed sua Populo, suo Senatui munia obire permisit. Comitia eñ Magistratuū tum quoq; celebrabantur, conueniebantq; Tribus omes, candidatosq; Populi arbitrio deligi ille sinebat, si modo eos approbasset: nec enim quicq; ab his fieri permittebat, quod præter animi sui sententiam esset, curabatq; id maxime ne indigni, aut quibus ius capessendi honoris nō erat, p ambitū legibus eripērētur. Quod & à Tyberio aliquoties obseruatum, donec id Iuris penitus sibi uēdicauit, tradiditq; successoribus, ut necessario in urbe Roma Lex Iulia de ambitu cessauerit. Senatoribus quoq; Augustus nō parum detulit: ex his eñ XV. sortiri iussit, qui sibi sex mensibus in cōsilio essent: plerunq; & ipse sententiam in Senatu dicere, unà cum amplissimo ordine decernere. Ad hæc, iudicia Senatui permisit, cuius iuris causa antea toties armis certatum fuerat: sicq; publica negotia & priuatorum maxima tractabantur.

Omnium præterea Prouinciarū, quæ sub Imperio Rom. erāt, formulā ita diuisit, ut aliæ Procōsulares, aliæ Prætoriæ aliæ Præsidales essent. Procōsulares Senatui, Prætorias Populo demādandas tradidit. In Præsidales ipse Legatū suū, qui nunc Præses, nūc Legatus Cæsaris eam ob causam dicebatur, mittebat. Deinde factum est, ut etiam Prætoriæ in Senatu per sortes decernerentur: nimirum sublatis ab Imperatoribus comitijs, qui conuentū Populi formidolosum existimabant. Scribit Strabo lib. ulti. omnes prouincias, alias Cæsari, alias Populo attributas: ex his quæ ad Populum pertinebant Proconsulares & Prætorias constitutas, quod uidelicet uiri consulares, uel prætorij ad eas regendas mittebantur. Erant autē huiusmodi Prouinciæ imbelles, & quæ militari præsidio non indigebāt, neq; proximos Barbaros habebant. Quæ enim ualidiores, & legionū ope indigentes, sibi cōseruauit: eo uidelicet prætextu, quòd Populo pacatiora quæq; & pulchriora concederet, ipse difficiliora, periculisq; & laboribus exposita retineret. Sed re uera (si Dioni credimus) ut in manu sua res omnis Militaris esset, Senatus autem Populusq; inermis Rempublicam repetere nō auderet. Proconsulares prouincias fuisse Lybiam & Asiam citra Taurum Strabo author est. Prætorias uero, in Hispanijs Bæticā, in Gallis Narbonēsem, tum Sardiniam cū Corsica, Siciliam, Illyricum qua in Macedoniam uergit, Cretam, Cyrenaicā, Cyprum, Bithyniam cū Ponto. Cōmutabantur tamen plerunq; arbitratu Principis. Hinc Lampridius in Alex. uita, Prouinciarum alias Prætorias, Præsidales plurimas fecit, Procōsulares ex Senatus uoluntate ordinauit. Suet. in Claudio: Prouincias Achaiam & Macedoniam, quas Tyberius ad curā suam transtulerat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo, quem ædidit libello de Rom. Imperij accessiōe, oīni ex Aphrica sex prouincias esse factas, quarum Chartago, Numidia, Cyrenensis, Consulares erāt: Tripolis & Mauritaniæ duæ Sityphēsis, et Cæsariēsis Præsidales. Pari quoq; numero diuisas Hispanias, in qbus Bethica & Lusitania Cōsulares: Tarraconēsis, Carthaginēsis, Gallitia, Insularis, quæ & trās fretū, Præsidales. Sed et qñq; Imperator Legatos suos seu Præsides in aliq; prouinciam missos consulari potestate ornabat, ut uidelicet eius essent authoritatis cuius Procōsules. Sic C. Plinius Cæcil. Præses Prouinciæ Ponti consulari potestate fuit, ut in antiqs marmoribus annotasse me memini. Maior aūt Proconsulum dignitas ꝙ Legatorum ideo erat, qa non nisi Senatores Consularesq; uiri Prouincias sortiebant: cū ex Equestri ordine etiam Præsides eligi possent. Sanè Proconsulū magistratus annuus, Præsidū certus finis nō erat, sed in officio perseuerebant, donec successor à Cæsare mittebat. Idq; in Augusti uita etiā Tranq. attestat. Ius aūt Milites decimādi, Ciuicaq; corona donādi Procōsulibus fuisse Tacitus libro tertio ostendit. Idem XV. author est. Qui Senatores filijs carerent, Prouincias Præturasq; inter Patres sortiri nō potuisse. Senatusq; cōsulto cautū, ne fictæ adoptiōes ulla in parte publici muneris orbis pdessent. Grauiorē

aũt Prouincijs Proconſularē fuiſſe adminiſtrationē qꝫ præſidũ, idem oſtēdit, dũ libro primo tradit, Achaiã & Macedoniã onera deꝑcantes, Proconſulari imperio ad præſēs leuatas, Cæſariqꝫ traditas eſſe. Cuiꝰ rei eã rationē ſuſpicor, quòd Proconſolariũ Prouinciarum ueſtigalia & tributa publica Pop. Rom. erãt, & ad ærarium pertinebant, neqꝫ ea diminuendi Proconſuli ius eſſet. Quæ uero Præſidibus in ꝓuincijs colligebant̃, ad principem eiuſqꝫ fiſcum ſpectabant, iuſqꝫ illi remittendi erat. Hoc em̃ differt ærarium à fiſco, quòd illud publicũ, hoc eſt populi Rom. fiſcus principis eſt. quod apertiſſime C. Plinius in Panegyrico ad Traianũ Cæſarem oſtendit: At fortaſſe nõ eadem ſeueritate fiſcum qua ærariũ cohibes? imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Hinc eſt quod maxime in Proconſularibus Prouincijs Procuratores Cæſaris erant, qui ea procurabant, quæ ad Cæſarem ipſum ſeu fiſcũ ꝑtinerent. His uaria poteſtas attributa à Principibus fuit. Tyberius ius in ſeruitia familiareſqꝫ pecunias ſolum dedit, adeo ut Lucillium Capitonē ꝓcuratorē in Aſia ſuũ à Senatu damnari ꝑmiſerit, quòd præſcripta mandata exceſſiſſet, uimqꝫ Prætorꝶ uſurpaſſet. Amplius Claudius Cæſar cõceſſit, effecitqꝫ, ut Senatuſcõſulto caueretur, parem uim rerũ habendam à Procuratoribus ſuis iudicatarꝶ, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Hinc maximã ſibi uim Cumanus & Felix, eius in Iudæa Procuratores, uſurparunt, de qua merito Ioſippus conqueritur. Illud conſtat ſub Traiano aduerſus inuitos iuriſdictionē nullam Procuratoribus fuiſſe, ut diſceptantibus liberũ eēt eos, nõ eligere, adhiberi tñ in cõſiliũ à Præſidibus debere, cũ de cauſa Fiſcali agitur. Idem Imperator Cæcil. Plinio reſcripſit. At hodie dubiũ non eſt, q̊ties inter fiſcum & priuatũ quæſtio uertitur, eos adeũdos eſſe. Scribit Lampridius Alexan. Imperatorē eos ſæpius mutare ſolitũ fuiſſe, ne annũ excederent, etiã ſi boni eēnt, ſibi inuiſos affirmaſſe, tanq̃ neceſſariũ malum. Hoſce Procuratores et Procu. fiſci eoſdem fuiſſe nõ ambigo, qui & alio nomine Rationales, & Procuratores patrimonij appellant̃. Idqꝫ in Cõmodo Lampridius, & in Maximini uita Capitolinus oſtendunt. Sed & in Pio, Procuratores, inquit, ſuos & modeſte ſuſcipere tributa iuſſit, & excedentes modũ, rationē factorũ ſuorꝶ reddere præcepit: nec unq̃ lætatus eſt lucro quo Prouincialis opprimeretur.

Procurator uero priuatæ ratiõis, cuius quadã Alex. conſtitutione mentio eſt, ut nõ multum à cæteris Rationalibus differebat, ita præcipuum Aegyptij magiſtratus nomē erat. Deuicto enim apud Actium Antonio, extinctaqꝫ Cleopatra, in formã Prouinciæ C. Octauius Cæſar Aegyptum redegit. Et quoniã ſeditioſiſſimi naturaliter erant Aegyptij, opportunaqꝫ tellus alendo bello, noluit eã per Senatores adminiſtrari, ne Popularibus ſtudijs ducti facile ad Imperiũ aſpirarēt, idqꝫ et Dion tradidit. Corn. Tacitus lib. II. Auguſtus inquit, inter alia dominatiõis arcana uetitis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus aut Equitibus Rom. illuſtribus, ſepoſuit Aegyptũ, ne fame urgeret Italiam, quiſqs eam prouinciã clauſtraqꝫ terræ ac maris, quãuis leui præſidio, aduerſum ingentes exercitus præſediſſet. Sed & in XII. Diuus Auguſtus apꝺ Equeſtres, q̃ Aegypto præſiderēt, lege agi, decretaqꝫ eorũ ꝑinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Romani cõſtituiſſent. Vopiſcus ſcribit, Aurelianum Imperatorem Saturnino mãdaſſe, ne Aegyptum uideret. Quod præceptũ cũ ille ſpreuiſſet, leuiſſima gens rerũqꝫ nouarꝶ auida, eum Imperatorē ſalutauit, quæ necis eius cauſa fuit. Strabo author eſt, deuicta Cleopatra in certam adminiſtrationē Aegyptum redactam, expurgatãqꝫ à Romanis, & ad eam mitti ſolitos moderatiõe & prudentia inſignes uiros ſub Præfecti titulo, is eſt Præfectus Auguſtalis, qui uicē Regis obtinet. Eſt & Δικαιοδότης, id eſt Iuridicus, in cuiꝰ poteſtate maxima eſt iudiciorꝶ pars. Eſt & qui ἴδιος λόγος, quē ego Procuratorē priuatæ ratiõis interꝑtor. ad quē indagatio bonorꝶ uacantiũ ꝑtinet, earumqꝫ rerũ, quæ Cæſari debent̃. Horꝶ comites ſunt Cæſaris Liberti & Actores, quorũ fidei maiora minoraqꝫ iudicia creduntur. Ex Patrijs aũt magiſtratibus apud eos eſt ἐξηγητὴς, quaſi Quæſtorem dicas, qui purpurã geſtat, alijſqꝫ Municipalibus honoribus eſt inſignis, oĩmqꝫ curã habet, quæ ciuitati utilia ſunt. Eſt et ὑπομνηματογράφος id eſt Cõmentarienſis ſeu Scriba. Tum ἀρχιδικαστὴς Iudicialem Præfectũ recte appellaueris. τέταρτος δὲ ὁ νυκτερινὸς στρατηγὸς, id eſt Nocturnꝰ Prætor. Sanè Hypomnematographi quoqꝫ mētio eſt Theo. & Valentiniani cõſtitutiõe quadã. Ea em̃ ſancitũ eſt, q̊ties Hypomnematographus aliq̃s, qui munera ſubeãt, noĩat, ſi ſponte illi acciti ſunt, Præfecti Auguſtalis cõſenſum nõ eſſe expectandum, ſed protinus functionē exequendã. Quam cõſtitutionē ex Docto. noſtris nemo hactenus mihi uidetur percepiſſe.

l. ſi quos. C. de decurionib.

Cæterũ erãt etiam Procuratores Cæſaris, nõ in uniuerſum alicui Prouinciæ dati, ſed particulariter alicui negocio: quod ex antiq̃ inſcriptiõe coniectari pronum eſt, quæ Corinthi in hæc uerba adhuc legit̃: Theoprepon Aug. lib. Proc. Domini N. Aur. Seueri Alexandri Pij Fel. Aug. Prouinciæ, Achaiæ & Epyri & Theſſaliæ, Rationalem purpurarũ, Proc. ab ephemeride, Proc. à mandatis, Proc. à præd. Gallian. Procur. ſaltus Domitiani, Tricliniarcham, Præpoſitũ à Fiblis, Præpoſitũ à chriſtallinis, hominē incomparabilem. Tixander Aug. lib. officialis.

Et hi quidē ſunt magiſtratus, qui ab Auguſto cõſtituti, diu ꝑſeuerauerũt, & tp̃e quo Iurecõſulti noſtri florebãt, maxime uiguerũt. Nam poſteriores deinde Imperatores, q̃rũ pričeps Conſtãtinus, q Romanorꝶ Coloniã Byzantiũ trãſtulit, aliã ipſi formã cõmēti ſunt. Tumqꝫ cœperũt alij Patritij eſſe, q̃ prius erãt, aliaqꝫ Præfectorꝶ prætorio iuriſdictio. Hic Magiſtri militũ, Magiſtri officiorꝶ, Comites ſacrarũ largitionũ, Comites rei priuatæ, Comites ſacri palatij, Comites ſacri patrimonij. Quorꝶ officia q̃uis in cõſtitutiõibꝰ explicata legant̃, ut tñ clarius ꝑcipiant̃, aliq̃ adhuc diſſerere ab re nõ erit. Cõſtãtinus igit̃ Rom. ciuiũ Coloniã cũ Bizantiũ tranſtuliſſet, ſedē q̊qꝫ eã urbē Oriētalis Imperij eſſe uoluit, prouĩcias qꝫ certis limitibꝰ deſignauit, quibus ſuos Magiſtratus dedit, Militiaqꝫ ordinauit: cuius rei formulam à ſucceſſoribus quoqꝫ obſeruatã, ex antiquo eodemqꝫ innominato authore referemus: In hunc ferè modum ſcriptum reliquit.

Index

INDEX DIGNITATVM CIVILIVM MILITARIVMQVE IN ORIENTE. INCERTO AVTHORE.

Præfectus prætorio orietis.
Præf. Prætorio Illyrici.
Præf. Vrb. Constantinopol.
Magistri Eq. & Ped. duo Præsentiales.
Magistri Mili. III. per oriẽtẽ, Thracias, & Illyricũ.
Præpositus sacri cubiculi.
Magister officiorum.
Quæstor.
Comes sacrarũ largitionũ.
Comes rerum priuatarum.
Comites domesticorum duo, equitum & peditum.
Primicerius Notariorum. Sacri cubiculi. Castrensis. Sacri Palatij.
Magistri scriniorum.
Magistri memoriæ.
Magistri epistolarum.
Magistri libellorũ Græcor.
Proconsules duo,
Asiæ,
Achaiæ.
Comes orientis.
Præf. Augustalis.
Vicarij quatuor.
Asianæ diœceseos.
Ponticæ.
Thraciarum.
Macedoniæ.
Comites Rei Militaris duo,
Aegypti.
Isauriæ.
DVCES per Aegyptũ duo,
Libyæ.
Thebaidos.
Per Orientem. VI.
Phœnices.
Euphratensis.
Syriæ Palæstinæ.
Osdroënæ.
Mesopotamiæ.
Arabiæ.
Per ponticam unus.
Armeniæ.
Per Thracias duo.
Mysiæ secundæ.
Scythiæ.
Per Illyricum duo.
Daciæ Ripensis.
Mysiæ primæ.

CONSVLARES. XV.
Per Orientem quinq;.
Palæstinæ.
Phœnices.
Syriæ.
Ciliciæ.
Cypri.
Per Asiam tres.
Pamphyliæ
Hellesponti.
Lydiæ.
Per Ponticam duo.
Galatiæ.
Bithyniæ.
Per Thracias II.
Europæ.
Thraciæ.
Per Illyricum III.
Cretæ.
Macedoniæ.
Daciæ mediterraneæ.
Aegyptus consularem non habet.
PRAESID. Prouinc. XL.
Per Aegyptum V.
Libyæ superioris.
Libyæ inferioris.
Thebaidos.
Aegypti.
Arabiæ.
Per Orientem VIII.
Palæstinæ salutaris.
Palæstinæ secundæ.
Phœnices Libani.
Euphratensis.
Syriæ salutaris.
Osdroënæ.
Mesopotamiæ.
Ciliciæ secundæ.
Per Asiam VII.
Pisidiæ.
Lycaoniæ.
Phrygiæ Pacatianæ.
Phrygiæ salutaris.
Lyciæ.
Cariæ.
Insularum.
Per Ponticam VIII.
Honoriados.
Cappadociæ Primæ.
Cappadociæ Secundæ.
Hellesponti.
Ponti Polemoniaci.

Armeniæ Primæ.
Armeniæ Secundæ.
Galatiæ Salutaris.
Per Thracias IIII.
Aemi Montis.
Rhodopes.
Mysiæ secundæ.
Scythiæ.
Per Illyricum VIII.
Thessaliæ.
Epiri ueteris.
Epiri nouæ.
Daciæ Ripensis.
Mysiæ primæ.
Præualitanæ.
Dardaniæ.
Macedoniæ Salutaris.
CORRECTORES II.
Augustanicæ.
Paphlagoniæ.
Et hic quidem Catalogus generalis est earũ dignitatũ, quæ in Orientali Imperio constituuntur. Superest, ut specialiter uideamus, quæ nam unicuiq; competat administratio.
SVB PRAEF. PRAET. Orientis sunt infrascriptæ diœceses.
Oriens.
Aegyptus.
Asiana.
Pontica.
Thracia.
Prouinciæ Orientis XV.
Palæstina.
Phœnice.
Syria.
Cilicia prima.
Cyprus.
Arabia.
Isauria.
Palæstina salutaris.
Palæstina secunda.
Phœnice Libani.
Euphratensis.
Syria salutaris.
Osdroëna.
Mesopotamia.
Cilicia secunda.
Aegypti. VI.
Libya superior.

Libya inferior.
Thebais.
Aegyptus.
Arabia.
Augustanica.
Asianæ. X.
Pamphylia.
Hellespontus.
Lydia.
Pisidia.
Lycaonia.
Phrygia Pacatiana.
Phrygia salutaris.
Lycia.
Caria.
Insulæ.
Ponticæ. X.
Galatia.
Bithynia.
Honorias.
Cappadocia prima.
Cappadocia secunda.
Pontus Polemoniacus.
Helenopontus.
Armenia prima.
Armenia secunda.
Galatia Salutaris.
Thraciæ. VI.
Europa.
Thracia.
Aemi Montis.
Rhodope.
Mysia secunda.
Scythia.
SVB PRAEF. PRAET. Illyrici sunt diœceses infra scriptæ.
Macedonia.
Dacia.
Prouinciæ Macedoniæ. VI.
Achaia.
Macedonia.
Creta.
Thessalia.
Epirus uetus.
Epirus noua.
Prouinciæ Daciæ. V.
Dacia Mediterranea.
Dacia Ripensis.
Mysia Prima.
Dardania.
Præualitana.
Est & Macedonia saluta-

ris, q̄ ptim Macedoniæ, ptim Daciæ adſcribitur.
Officium uirorum illuſtriū Præfectorū Præt.
Princeps.
Cornicularius.
Adiutor.
Commentarienſis.
Ab actis.
Numerarij IIII. In his auri unus, operæ uel operarius, alter ſubadiuua.
Cura epiſtolarum.
Regerendarius.
Exceptores.
Adiutores.
Singularij.
Vterq; Præfectus Prætorio euectiões annuales nō habet, ſed Præfectos ipſi emittunt.

SVB MAGISTRO MIlitum Præſentiali.

Vexillationes Palatinæ V.
Eqtes promoti Seniores.
Comites Clibanarij.
Comites Sagittarij Iuniores.
Comites Tarſali.
Equites Arcades.
Vexillationes comitatenſes. VII.
Equites cataphractarij Biturigenſes.
Equites Armigeri Seniores Galliani.
Equites quito Dalmatæ.
Equites nono Dalmatæ.
Equites primo Scutarij.
Eqtes promoti Iuniores.
Equites primo Clibanarij Parthi.
Legiones Palatinæ VI.
Lancearij Seniores.
Iouiani Iuniores.
Herculiani Seniores.
Fortenſes.
Neruij.
Martiarij Iuniores.
Auxilia Palatina XVIII.
Bataui Seniores.
Braccati Iuniores.
Salij.
Conſtantiani.
Mattiaci Seniores.
Sagittarij Sen. Galliani.
Sagittarij Iun. Galliani.
Tertio ſagittarij Valētis.
Defenſores.
Mattiarij.
Angleuarij.
Hiberi.
Vrſi.
Felices Honoriani Iuniores.
Victores.
Tertio Theodoſiani.
Felices Theodoſiani.
Iſaurij.

SVB ALIO MAGIſtro militum.

Vexillationes Palatinæ VI.
Comites Seniores.
Eqtes Braccati Iuniores.
Equites Bataui Iuniores.
Coītes Sagittarij Armeni.
Eqtes Theodoſiani ſen.
Equites Perſæ Clibanarij.
Comitatenſes VI.
Equites Cataphractarij.
Equites Cataphractarij Ambienſes.
Equites ſexto Dalmatæ.
Equites ſecundo Scutarij.
Equites Scutarij.
Equites ſecundo Clibanarij Parthi.
Legiones Palatinæ VI.
Martiarij Seniores.
Daci.
Scythæ.
Primani.
Vndecimani.
Lancearij Iuniores.
Auxilia Palatina XV.
Regij.
Cornuti.
Tubantes.
Martiarij Iuniores.
Sagittarij Sēiores Orientales.
Sagittarij Iuniores Orientales.
Sagittarij dūci.
Vindelici.
Buccinobantes.
Falconarij.
Thraces.
Turingi.
Felices Theodoſiani.
Felices Arcadiani Iun.
Secundo Theodoſiani.

SVB MAGISTRO Mil. per Orientem.

Vexillationes Comitat. X.
Comites Cataphractarij Bucellarij Iuniores.
Equites Armigeri Seniores Orientales.
Equites tertio Dalmatæ.
Equites primo Scutarij Orientales.
Eqtes ſecūdo Stableſiani.
Eqtes ꝓmoti Clibanarij.
Equites quarto Clibanarij Parthi.
Equites primo ſagittarij.
Cuneus Equitū II. Clibanariorū, Palmyrenorum.
Felices Arcadiani ſen.
Legiões Comitatēſes VIII.
Quinta Macedonica.
Martenſes Seniores.
Septima gemina.
Decima gemina.
Baliſtarij Seniores.
Prima Flauia Conſtantia Thebæorum.
Secunda Felix Valentis Thebæorum.
Prima Flauia Theodoſ.
Pſeudocomitatenſes X.
Prima Armeniaca.
Secunda Armeniaca.
Fortenſes Auxiliarij.
Funditores.
Prima Italica.
Quarta Italica.
Sexta Parthica.
Prima Iſaurica ſagittaria.
Baliſtarij Theodoſiaci.
Tranſtygritani.

SVB MAGISTRO Mil. per Thracias.

Vexillationes Palatinæ III.
Comites Arcadiaci.
Comites Honoriaci.
Equites Theodoſiani Iuniores.
Vexillationes Comit. IIII.
Equites Cataphractarij Albigenſes.
Eqtes ſagittarij Seniores.
Eqtes ſagittarij Iuniores.
Eqtes prīo Theodoſiani.
Legiones comitaten. XVIII.
Solenſes ſeniores.
Menapij.
Prima Maximiniana Thebæorum.
Tertia Diocletiana Thebæor.
Tertio decimani.
Quarto decimani.
Prima Flauia Gemina.
Conſtantini Seniores.
Diuitenſes Galliani.
Lancearij Stobenſes.
Conſtantini Daphnēſes.
Baliſtarij Iuniores.
Pannoniciani Iuniores.
Tranni.
Solenſes Galliani.
Iulia Alexandrina.
Auguſtenſes.
Valentinianenſes.

SVB MAGISTRO Mil. per Illyricum.

Vexillationes Comitat. II.
Eqtes ſagittarij Seniores.
Eqtes Germaniciani Seniores.
Legio Palatina I.
Britones Seniores.
Auxilia Palatina VI.
Haſtarij Seniores.
Haſtarij Iuniores.
Petulantes Iuniores.
Sagittarij Lecti.
Inuicti Iuniores.
Antecocti.
Legiones Comitat. VIII.
Martiarij conſtantes.
Martij.
Dianenſes.
Germaniciani Seniores.
Secundarij.
Lancearij Auguſtenſes.
Mineruij.
Lancearij Iuniores.
Pſeudocomitatenſes. IX.
Tunacenſes Auxiliarij.
Felices Theodoſiani Iuniores.
Burgaracenſes.
Scupenſes.
Vlpianenſes.
Metenſes.
Secundo Theodoſiani.
Baliſtarij Theodoſiani Iuniores.
Scapenſes.
Exiſtimantur aūt ſupraſcripti Magiſtri Militum eſſe Cardinales. Habētq; ſub ſe literatā hanc militiam.
Principem.
Numerarios duos.
Commentarienſem.
Primiſcrinios, qui numerarij fiunt.
Scriniarios.
Exceptores, & cæteros apparitores.

SVB MAGIST. Offic.

Schola scutariorũ prima.
Schola scutariorũ secũda.
Schola Gentiliũ Seniorũ.
Schola Scutariorum Sagittariorum.
Schola Scutariorum Clibanariorum.
Schola armaturarũ Iun.
Schola Gentiliũ Iuniorũ.
Schola agentiũ in rebus.
Mensores et Lãpadarij.
Scrinium Memoriæ.
Scrinium epistolarum.
Scrinium libellorum.
Scrinium dispositionum.
Officium commißionum.
Fabricæ Orientis IIII.
Scutaria & armorum Damasci.
Scutaria et armorum Antiochiæ.
Scutaria & armorum Edessæ.
Hastaria Hirenopolitana Ciliciæ.
Ponticæ III.
Clibanaria Cæsareæ Cappadociæ.
Scutaria & armorum Nicomediæ.
Scutaria & armorũ Sardis Lydiæ.
Asianæ II.
Scutaria & armorũ Hadrianopoli, itemq; Aemimontis.
Thraciarum I.
Scutaria & armorũ Martianopoli.
Illyrici IIII.
Thessalonicensis.
Naissatensis.
Rhetiatensis.
Scutaria Hercomagensis.
Officiũ Magistri officiorũ.
Adiutor.
Subadiuua.
Adiutores II.
Fabricarum III.
Barbariorum III.
Orientis I.
Asianæ I.
Ponticæ I.
Thraciarũ & Illyrici I.
Curiosus cursus publici I.
Curiosi p oẽs prouĩcias.
Interpretes diuersarum gentiũ Magister officiorum ipse emittit.

SVB COMITE SACRArum largitionum.
Comites largitionum per omnes diœceses.
Comites commerciorum per Orientem.
per Aegyptum.
per Mysiam.
per Scythiam.
per Pontum.
per Illyricum.
Præpositus Thesaurorũ.
Comes metallorũ per Illyricum.
Comes rationalis summarum Aegypti.
Magistri lineæ uestis.
Magistri priuatæ.
Procurator Gynæceorũ.
Procuratores Baphiarũ.
Procuratores monetarũ.
Præpositi bastagiarum.
Procuratores linificiorũ.
Officium suprascripti Illust. Comitis habet
Primicerũ totius officij.
Primicerium scrinij Canonum.
Primicerium scrinij Tabulariorum.
Primicerium scrinij numerariorum.
aureæ massæ.
auri ad responsum.
uestiarij sacri.
argenti.
anularis.
à pecunijs.
Scriniarios suprascriptorum scriniorum.
Secundocerium officij, qui Primicerius est exceptorum.
Tertiocerium officij, qui tractat bastagias, quarto loculibellos tractat, & cæteros Palatinos ipsius officij.

SVB COMITE REI priuatæ et domꝰ diuinæ.
Rationales rerum priuatarum.
Bastagia priuata.
Præpositi gregum & stabulorum.
Procuratores saltuum.
Officium eiusdem Illustris comitis habet.
Primicerũ totius officij.
Primiscriniũ beneficiorũ.
Primiscrinium canonum.
Primiscriniũ securitatũ.
Primiscrinium scrinij largitionum.
Scriniarios.
Secundocerium officij, q tractat chartas et cæteros Palatinos officij.

SVB COMITE DOmesticorum.
Domestici Equites.
Domestici Pedites.
Deputati eorum.

SVB SPECT. V. Castrensi.
Pædagogia.
Ministeriales dominici.
Cura Palatiorum.
Officium eiusdem.
Tabularius dominicus.
Tab. Dñ. Augustarum.
Adiutor.
Chartularius.
Scrinium ipsius.
Cæteri Palatini officij.

SVB DISPOSITIOne V. spect. Primicerij notariorum omnis dignitatum & administrationũ notitia, tam Militariũ quã ciuiliũ: Scholas etiã & numeros tractat, officiũ aũt nõ habet, sed adiutorẽ de Schola notariorũ.
Magister memoriæ adnotationes oẽs dictat, & emittit, & precibus rñdet.
Magister epistolarum legationes ciuitatũ, consultationes & preces tractat.
Magister epist. Græcarũ, eas epistolas, quæ Græce solẽt emitti, aut ipse dictat, aut latine dictatas transfert in Græcũ: officiũ ex ipsis nemo habet, sed adiutores electos de scrinijs.

SVB V. SP. PROconf. Asiæ.
Asia.
Insulæ.
Hellespontus.

SVB SP. V. PROconf. Achaiæ.
Achaia.
Officium utriusq; Proconf.
Princeps de Schola agentium in rebus.
Ducennarijs, q adorata clemẽtia Prĩcipali cũ insignibꝰ exit trãsacto biẽnio.
Cornicularius.
Commentariensis.
Quæstor.
Adiutor.
Ab actis.
Numerarij.
A libellis.
Exceptores.
Cæteri apparitores.

SVB. SP. V. COMITE Orientis.
Prouinciæ Orientis XV. quarũ noĩa supra retulimꝰ.
Officium idem ferè cum officio Proconsulum.

SVB PRAEF. AVgustali.
Prouinciæ Aegypti VI.

SVB VICARIIS.
Suæ unicuiq; Prouinciæ supra recitatæ.

SVB V. PERFECTISS. præside Dalmatiæ.
Prouincia Dalmatia.
Officium habet
Principem.
Cornicularium.
Tabellarios duos.
Commentariensem.
Adiutorem.
Ab actis.
Subadiuuam.
Exceptores.
Reliquos Cohortalinos, qbus nõ licet ad aliã trãsire militiã sine annotatiõe clementiæ Principalis.
Cæteri Præsides ad similitudinem Præsidis Dalmatiæ officia habent.
Idem & de VIRO CL. Cõsulari Campaniæ, Itẽq; V. CL. Correctore Apuliæ et Calabriæ cõstitutum est.

Finis indicis, & aliorum. An. M. D. XXXI.

NB

18 9bris 1647 mit d[illegible] Herrn [illegible]
[illegible] [illegible], [illegible] [illegible], doch
nach der malzeit, auf [illegible] [illegible], [illegible]
bringen — — — — — fl. 100 —
[illegible] der Diener [illegible] fl. — fl. 30

[illegible] [illegible] abgerechnet, dato 15 dito
bis 23 dito ich genossen malzeit 7
der Diener — — — — — 5

~~8 Xbris obermelt [illegible] [illegible] 1~~ 1
~~9 dito [illegible] — — 1~~ 1

13 8 Xbr 1647 zum nachtmal [illegible] [illegible] andere
und 16 dito nachmittag abgereist.

